UNIV. OF
TORONTO
LIBRARY

A866S
Athenaeus Naucratita
Deipnosophistarum libri XV...
[vol. 6]

ANIMADVERSIONES IN ATHENAEI DEIPNOSOPHISTAS

POST

ISAACUM CASAUBONUM

CONSCRIPSIT

IOHANNES SCHWEIGHAEUSER

ARGENTORATENSIS

INSTITUTI SCIENTIAR. ET ART. POPULI GALLO-FRANC. SOCIUS

ANTIQUAR. LITERAR. IN SCHOLA ARGENT. PROF.

TOMUS PRIMUS.

ANIMADVERS. IN LIB. I ET II.

ARGENTORATI

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS BIPONTINAE

ANNO IX. (1801.)

21456
27/1/92
b

AEQUO LECTORI S.

ATHENAEI DEIPNOSOPHISTAS, tam multiplici eruditione refertum opus, quam vix aliud ullum ex his quae aetatem tulerunt, duobus prioribus Libris & initio Tertii truncatum ad nos perveniſſe; quae autem deſiderabantur, ea ſuppleta eſſe ab Editoribus ex EPITOME eiuſdem Operis, incerto auctore iam complura ante ſecula confecta; dictum eſt in Praefatione, primo Tomo ipſius operis praemiſſa. Ibidem & de *Editionibus Athenaei*, ad hunc diem in lucem emiſſis, & de *Interpretum Latinorum* meritis, denique de *Codicibus msstis*, aliiſque praeſidiis, quibus in adornanda noſtra Editione uſi ſumus, quantum ſatis videbatur, expoſuimus. Quare nil opus eſt, ut in limine harum ANIMADVERSIONUM novo praefamine moremur Lectorem. Quas quod *poſt Iſaacum Caſaubonum* me *conſcripſiſſe* in titulo profeſſus ſum, non vereor ne ita interpretentur iuſti rerum aeſtimatores, quaſi poſt Homerum Iliadem ſcribere praeſumſiſſem: id unum ſignificare in ipſa fronte volui, me eiſdem his Animadverſionibus, quidquid in ſuis

Caſaubonus ſive ad illuſtrandum Athenaei opus, ſive ad emendandum, contuliſſet, fideliter inſeruiſſe. Neque vero, quae ab aliis doctis Viris, ſive ante Caſaubonum, ſive poſt illum Athenaei ſoſpitatorem, ad noſtram uſque aetatem, eumdem in uſum collata ſunt, (quoad quidem vel innotuere mihi, vel patuere) neglecta a me eſſe, intelliget eruditus Lector. Quibus copiis ſi quid de mea penu, quo ſe adiutos ſtudioſi harum Literarum homines in Athenaei lectione ſenſerint, potuero adiicere; & ipſi Athenaeo, & mihi gratulabor. Quae ex aliorum obſervatis a me adnotata ſunt, eorum laudem ad ſuum cuiuſque retuli auctorem. Sicubi veluti meo nomine aliquid adnotavero, quod ab alio ante me occupatum compererit ſtudioſus Lector; non id eo conſilio a me factum profiteor, ut de cuiuſquam docti Viri meritis detractum quidquam vellem; ſed quod aut ita in medio poſitam obſervationem iudicaſſem, ut cuilibet id agenti occurrere debuerit; aut quod non meminerim, vel omnino compertum non habuerim, fuiſſe id ipſum ab alio iam adnotatum.

ANIMADVERSIONES IN ATHENAEUM

IN EPITOMEN LIBRI PRIMI.

Ed. Caſ. p. 1.

EPITOME Primi Libri in ed. Ven. hanc inſcriptionem habet: ΕΚ ΤΩΝ ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΩΝ ΒΙΒΛΙΟΥ ΠΡΩΤΟΥ. Tum initio Libri ſecundi nihil aliud praemittitur, niſi Ἐκ τοῦ βιβλίου δευτέρου. initio tertii Libri, ἐκ τοῦ τρίτου βιβλίου. Eaſdemque inſcriptiones, ut pleraque alia, ex ed. Ven. tenuit Editor Baſileenſis. Caſaubonus, cum Introitum huius Epitomes, qui ex noſtra diſtributione duo priora Capita cum initio tertii Capitis (ad illa uſque verba, οὕτως γοῦν ἄρχεται) complectitur, non ex Athenaei Praefatione excerptum, ſed de ſuo ab Epitomatore adiectum exiſtimaret, introitum illum multo minoribus literarum formis atque omnino ita excudi curavit, ut a reliqua Epitome prorſus diſtinctus videretur; nullumque alium Titulum niſi hunc praemiſit: ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΟΣ: qui titulus quidem etiam in manuſcriptis codicibus comparet, at non tamquam Inſcriptio, ſed tamquam indiculus ad oram adpoſitus, qui indicet, qua de re hoc loco agatur; quemadmodum paulo poſt in eorumdem codicum ora alius notatur indiculus, Δαιτυμόνων κατάλογος, dein Ἐγκώμιον τοῦ ἑστιάτορος, & ſic porro. Deinde demum in ed. Caſaub. ſequitur Inſcriptio Libri primi huiuſ-

modi: ΕΚ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΩΝ ΕΚ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ. Ubi commodius factum fuiſſet, ſi poſt ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΩΝ punctum fuiſſet interpoſitum, quo intelligeretur, duplicem eſſe Inſcriptionem; primam generalem, quae ad univerſam Epitomen pertineret, ἐκ τῶν Ἀθηναίου Δειπνοσοφιστῶν· alteram particularem, quae ad ſolum Primum Librum ſpectaret. Παρεκβολὰς alicubi ipſum Epitomatorem vocare ſuum laborem, docuit Caſaubonus in Animadv. ad Lib. I. cap. 1. id vero eſt, *Excerpta:* quod ipſum adeo nomen Παρεκβολαὶ ad iſta verba Ἐκ τῶν Ἀθηναίου Δειπνοσοφιστῶν, tum rurſus ad illa Ἐκ τοῦ α' vel β' βιβλίου, ſubintelligi debet. Nam Παρεκβολὰς, itemque Ἐκλογὰς, & Ἐπιτομὴν vel Ἐπιτομὰς inſignire ſcripta huius generis conſueverant docti illi viri, qui circa decimum fere poſt Chriſtum natum ſeculum veterum graecorum Auctorum opera, Hiſtoricorum maxime, (prudenti quidem per ſe atque utili conſilio, ſed funeſtum tamen habituro exitum, magnaeque parti ipſorum vetuſtorum doctrinae monumentorum interitum illaturo) in Compendium redigere inſtituerunt. In *manuſcripto codice* olim *Sedanenſi*, nunc *Pariſienſi*, (quem in hiſce Adnotationibus nota *Cod. a.* inſignivi) uno illo quem Pariſienſis Bibliotheca poſſidet, qui *totam Athenaei Epitomen* complectatur: in illo igitur codice Titulus generalis totius operis hic praemittitur: Βίβλος ἡ λεγομένη Δειπνοσοφιστής. tum ſequitur Ἀθηναίου ἐκ τοῦ α' βιβλίου· & ſic deinceps initio cuiuſque libri, Ἀθηναίου ἐκ τοῦ β'. (γ'. δ'. &c.) βιβλίου. Nobis, quo lector in ipſa ſtatim fronte ſimul verum titulum ab ipſo Athenaeo operi huic impoſitum (de quo paulo poſt dicetur) ob oculos haberet, ſimul vero meminiſſet, ſe in prioribus libris non ipſum Athenaei opus, ſed ſolam Epitomen ex illis excerptam habere, viſum eſt, generalem titulum iſtum praeponere, Ἀθηναίου Δειπνοσοφισταὶ κατ' ἐπιτομήν· eique particularem illum, Ἐκ τοῦ πρώτου Βιβλίου (ſcil. Παρεκβολαὶ) ſubiicere.

AD CAP. I.

Ἀθήναιος μὲν ὁ τῆς βίβλου πατήρ. Cum hic introitus totius operis in codicibus mſstis, ut paulo ante ſignificavi, adiectum indiculum haberet, Ὑπόθεσις τοῦ συγγράμματος, id eſt, *Totius Operis Argumentum*; a Argumentum hoc, ait

a *Casaubonus*, scripsit is, qui totius operis Epitomen confecit. " — Nempe totum Prooemium, quod usque ad tertii Capitis initium progreditur, prorsus ab Epitomatore de suo adiectum, & ipsi Epitomae praemissum esse, sibi persuaserat vir doctus: quod mihi quidem non probavit. Quidni enim crederemus, ab ipso Athenaeo praemissum esse Operi suo Prooemium, in quo instituti sui rationem exposuisset? quo sane prooemio opus praesertim tam varii tamque multiplicis argumenti, tamque mira arte dispositum, vel in primis indigebat. Ego certe, quamquam, nonnihil de suo adiecisse Epitomatorem, non negaverim, tamen cautsam nullam intellexi, cur non persuasum haberemus, sicut totam Epitomen ex reliquo Athenaei opere, sic & hoc *Prooemium* ex eiusdem *Auctoris Praefatione* esse excerptam. Quid quod ipse Epitomator satis clare id, quod dico, indicare videtur, cum, quemadmodum in reliqua Epitome saepe verbo φησὶ utitur, significans *Athenaeum id dicere*, sic & in hoc Prooemio (p. 1. c. & f. edit. Casaub.) eodem verbo eadem ratione utitur. Accedit quod Suidas, quem non Epitome, sed integro Athenaei opere usum esse constat, ex ipso Athenaei Prooemio verba nonnulla, quae ab Epitomatore praetermissa sunt, citavit, ut paulo post, ubi de Ulpiano agetur, (ad p. 1. e.) videbimus. Atque etiam ipsa illa verba, quae idem ipse Suidas sub voce Δειπνοσοφισταὶ initio posuit, βιβλίον ἐστὶν οὕτως ἐπιγραφόμενον· Ἀθήναιος δὲ ὁ γεγραφὼς ὄνομα, ex Athenaei Praefatione decerpta mihi visa sunt. Nam, quod Epitomator, cum & ipse bellus scriptor vellet videri, ὁ τῆς βίβλου πατὴρ dixit, laudavit quidem eam dictionem, ut elegantem, Casaubonus; quae mihi adfectata & inelegans, in ipso praesertim libri exordio, visa erat; & probato admodum scriptore, qualem Athenaeum cognovi, indigna: nam aliud est, quod ex Galeno Casaubonus citavit, cum δόγματος aut λόγου τινὸς πατὴρ (*doctrinae alicuius aut systematis philosophici parens*) aliquis dicitur; aliud, cum βιβλίου πατὴρ, *libri pater*. Puto igitur, & ipsum verbum γεγραφὼς ex Athenaeo sumsisse Suidam, & adiectum nomen ὄνομα: quo scilicet diserte indicaverat auctor, ΑΘΗΝΑΙΟΣ proprium sibi nomen esse, non gentile; quae quidem nomina accentu etiam distinguebant Graeci, alterum Ἀθήναιος pronuntiantes, alterum Ἀθηναῖος.

Πρὸς Τιμοκράτην. Nihil per se incommodi habebat Τιμο-

κράτη, quod erat editum: ſed quoniam non modo hic in a terminationem ην, ſed & deinde p. 3. a. in Πολυκράτην, Νικοκράτην, Ἀριστοτέλην conſentiebant noſtri codices, tenendam illam formationem putavi. At in ipſo nomine ſcribendo erratum in manu exaratis libris; quorum alter e noſtris Ἐχικράτην habet, alter Ἐχεκράτην, quemadmodum in aliis pariter codicibus & hîc & multis aliis locis ſcriptum reperiri adnotavit Caſaubonus. At noſtri quidem ſtatim cap. 3. (p. 2. a.) in Τιμοκρ. recte conſentiunt; quod idem nomen deinde in fine libri II. & III. in quarti initio & fine, & ſic porro in plerorumque ſequentium librorum partim initio, partim fine, recurrit. Eſt autem error iſte, verum ſi quaeris, doctior, quam ut librariorum gregi imputandus videatur. Scilicet quoniam Platonis Phaedon, in quo ſunt *Echecratis* partes, fere ab eiſdem verbis (ut eſt etiam a Caſaub. obſervatum) incipit, a quibus apud Athenaeum (cap. 3.) fit diſputationis initium; animo eius, qui errorem iſtum invexit, cum eſſet in Platonis lectione verſatus, obverſabatur *Echecratis* nomen, quod ab eo imprudente pro *Timocratis* nomine hic poſitum eſt. Ac potuit ea hallucinatio ipſi Epitomatori obrepere; cui non hoc uno loco tale quid accidiſſe compertum habemus. Inde in omnes codices is error manavit. Nam quod *Timocratis* nomen recte h. l. in ed. Ven. eſt poſitum, id non tam emendatiori codici manuſcripto, quam docti prudentiſque Editoris conſilio acceptum referendum videtur.

Δειπνοσοφισταὶ δὲ ταύτῃ τοὔνομα. Haud dubie mendoſum erat Δειπνοσοφιστὴς in ſing. quod cum editis h. l. tenebant ſcripti libri omnes. Pluralem oportuiſſe & res ipſa docet, & quotquot ſuperſunt paulo vetuſtiores auctores, a quibus Titulus huius operis nominatim citatur: Stephanus Byzant. in Ἀκόναι, in Γάγγρα, in Γαιτοῦλοι, in Ἰβηρία &c. Etymologus in Βράβηλα: Suidas, in Ἀθήναιος, in Δειπνοσοφισταὶ, in Δαμόξενος, in Διόδωρος κωμικὸς, in Ἐπιγένης, Λύσιππος, Σώπατρος, Σωτάδης, Τιμοκλῆς &c. denique Photius in Biblioth. p. 175 extr. ed. Hoeſch. Euſtathius quidem in Commentariis in Homerum, licet quavis fere pagina loca ex Athenaeo proferat, nuſquam tamen, quod meminerim, titulum operis prodidit: & plerumque ne auctorem quidem nominat; ubi vero nominat, nude vel *Athenaeum* vel *Deipnoſophiſtam* vocat: niſi forte id ipſum nomen Δειπνοσοφιστὴς pro titulo libri

a usurpavit Eustathius, ab *Epitomatore* deceptus, cui ipsi imputandus iste error videtur, non librariis.

Λαρήνσιος. *Laurentium* latine vocat Dalechamp. improbante Fabricio Bibl. Graec. T. III. p. 631. not. d. nulla quidem adiecta caussa. Equidem illud video, Λαυρέντιον graece dicere potuisse Athenaeum, si Laurentium voluisset. *Laurensem* ipse Fabricius vocat l. c. nec vero, cur sic maluerit, quam eam nominis formam retinere, qua Athenaeus usus est, declaravit. Equidem LARENSII nomen tenui; quod quidem verum-ne, an fictum ab Athenaeo sit, non definiam. Equidem fictum putem: in Romanae certe antiquitatis monumentis vix reperitur, quamquam a *Laurento*, vetusto Latii oppido, quod *Larentum* nonnullis vocatur, tale aliquod nomen facile formari potuerit. Caeterum quisquis ille fuerit sive *Larensius*, sive *Laurentius*, sive *Laurensis*; praeter reliquum viri elogium, quod mox cap. 3. continetur, illud notemus, quod avus eius, sive proavus, sive omnino progenitor, (προπάτωρ) Romanorum ille doctissimus Varro fuisse perhibeatur, qui Menippeas fabulas scripserat: IV. 160. c. tum quod ipse *Praeses* sive *Praefectus augustalis Mysiae* olim fuisse dicatur lib. IX. p. 398. c. De eodem vero scire velim quid CASAUBONUS olim commentatus sit; qui in fine Praefationis suae ad Athenaeum promisit Lectoribus suis *Prolegomena*, iam tum confecta, moxque edenda, quibus *de Athenaeo operisque huius argumento, nec non de convivatore Larensio, & omnibus convivis, prolixe a se actum esse* declaravit: quae tamen Prolegomena numquam, quod sciam, in lucem emissa sunt. Caeterum subinde & ipsi huic convivatori partes aliquas, uti par erat, sed breves quidem illas plerumque, in Deipnosophistarum colloquiis tribuit Athenaeus; veluti II. 50. f. IV. 160. b. & e. V. 221. f. IX. 381. f. 389. b. XIII. 555. c. — 558. e. XIV. 648. c. &c.

ἐν τοῖς ἑαυτοῦ δαιτυμόναις ποιούμενος. ἐν τοῖς ἑαυτοῦ, scil. δώμασι, *domi suae*. ἐν τοῖς αὐτοῦ habet noster cod. *a*. eodem sensu. In ipsa autem urbe Roma celebratum id convivium fingitur, ut ex lib. I. p. 3. c. & ex III. 121. f. intelligitur. Nec vero *unius diei* fingitur fuisse convivium, (in quo absurdum foret omnia ista disputantes inducere convivas, quae hoc opere disputantur) sed *plurium dierum*; ut cum aliunde adparet, tum ex lib. V. extr. & XIV. 613. e.

ἰχθῦς — — καὶ τὰς τούτων χρείας. »Intelligit (inquit

»CASAUB.) *auctorum locos* de unoquoque piſcium [gene- a
»re] ab Athenaeo prolatos; non, ut putarunt, ipſorum
»*piſcium uſum.* Nihil enim hîc ea de re: at χρεῖαι & χρή-
»σεις apud philologos & grammaticos, ipſae ſunt aucto-
»rum ῥήσεις.« — Mihi vero vir doctus, quod voluit, mi-
nime perſuaſit. Id enim ſi dicere voluiſſet ſive Athenaeus,
ſive Epitomator, non τὰς τούτων χρείας, ſed τὰς περὶ
vel ὑπὲρ τούτων χρείας erat dicturus. At, cur *locos de*
piſcibus prae caeteris commemoraſſet, cum totius operis
ratio & inſtitutum in eo manifeſte ſit poſitum, ut, qua-
cumque de re ſermo incidiſſet, ſuper ea quid dixerint ve-
teres auctores, cum poëtae, tum philoſophi ac medici, de-
nique hiſtorici & grammatici, commemoraretur. Qui vero
negare Caſaubonus potuit, *de piſcium uſu* in hoc opere
agi? Certe toto ſeptimo libro, quo de Piſcibus quaeritur,
paene in quoque genere piſcium, quod recenſetur, ſimul
diſſeritur, qua ratione maxime ſoleat debeatve in cibum
parari; quod genus aliis, qua parte, quave cauſſa vel
praeſtet vel deterius ſit; denique quam vim, quem effe-
ctum, ſive ſalubrem, ſive noxium, quodque piſcium ge-
nus, quo in cibum homines utuntur, exſerat in varias
corporis humani partes. Nec vero his contentus Auctor,
libro VIII. p. 355 ſeqq. ad idem argumentum redit, eam-
demque quaeſtionem *de viribus atque uſu Piſcium*, tamquam
nondum ſatis diligenter explicatam, denuo pertractat. —
His ſcriptis, video eumdem CASAUBONUM, in *Addendis*
ad ſuas Animadverſiones, ad ſuperiorem adnotationem
haec adieciſſe, in eamdem fere nobiſcum ſententiam: »Si
»quis malit τὰς τούτων χρείας *eorum uſum* aut *utendi mo-*
»*dum* interpretari, referemus ad ea quae ex libris medi-
»corum recitantur variis locis ſuper cuiuſque cibi natura,
»conditione atque uſu.«

ἐκπωμάτων διαφοράς. Perperam διαφορῶν cod. *a.* Vul- b
gatum recte tenet cod. *b.* Argumentum iſtud (de variis
Poculorum generibus atque nominibus) undecimo potiſſi-
mum libro tractatur.

AD CAP. II.

Quum veluti amplum aliquod *Drama* (quod etiam ipſe c
ſive Athenaeus ſive Epitomator ait, initio cap. 3.) com-
poſitum totum hoc opus ſit; enumerantur in hac Prooe-
mii parte *Perſonae*, quibus ſunt ſuae cuique in illo drama-

c te partes; ipſi ſcilicet *Deipnoſophiſtae*, quos vocat, id eſt, docti viri, quos erudito illi convivio apud Larenſium ſimul ſecum interfuiſſe finxit Athenaeus. Et hos quidem, quo & iucundiore & utiliore varietate, probabili quadam ratione, diſtinguerentur ſermones ab eiſdem inſtituti, variis profeſſionum generibus addictos fecit, & e diverſis terrarum regionibus oriundos. Sunt autem in his nomina quaedam aliâs quoque illuſtria; caetera, nobis quidem, obſcuriora. Nos eorum ſingulos breviter hic percurremus, diverſa loca ex ipſo opere (quoad quidem a nobis, aliud agentibus, citra ſummam diligentiam olim adnotata ſunt) declarantes, quibus locis Deipnoſophiſtarum quiſque verba faciens ab Athenaeo noſtro inducitur. Ac de duobus quidem prioribus huius operis libris ſtatui in hoc genere nihil poteſt, quoniam in eis Perſonas nominare, quas diſputantes Auctor induxerat, plerumque ſuperſedit Epitomator.

Primus MASURIUS nominatur, *legum interpres*, id eſt, Iuriſconſultus, *in omnibus diſciplinis diligenter verſatus*. Quem ſi celebrem illum *Maſurium Sabinum* ſtatuit Athenaeus, Auguſti aetate clarum, (de quo conf. Voſſium de Hiſtor. Lat. lib. I. cap. 21. & Io. Bertrandum de Iuriſperitis lib. I. p. 38 ſqq.) qui, cum multa ad Ius civile pertinentia ſcripſit, tum *Memorabilium* libros, Plinio & A. Gellio frequenter laudatos; pridem etiam mortuos homines ſimul cum vivis eidem epulo fecerit adcumbentes: quod quidem ad id, quod ipſi propoſitum erat, parum aut nihil incommodi habebat. Sed fortaſſe illo *Maſurii* nomine *alium Sabinum*, ſua aetate clarum, cui quidem Fabio nomen erat, deſignatum voluit; qui cum Ulpiano & Paullo aliiſque Iuriſconſultis in Alexandri Severi Imp. conſilio fuit, *Cato ſui temporis* dictus; (ut Lampridius docet, in Alex. Sever. ſub fin.) puto, cum ob morum ſeveritatem, tum ob multiplicis doctrinae copiam. Quidquid ſit, *Maſurium* eum, qui hic nominatur, Athenaeus noſter libro XIV. ubi de Muſica, tam graviter, quam erudite diſputantem facit, (p. 623. e. — 639. b.) tali profequitur elogio: Μασούριος ὁ πάντα ἄριστος καὶ σοφός· καὶ γὰρ νόμων ἐξηγητὴς οὐδενὸς δεύτερος, καὶ περὶ μουσικὴν ἐνδιατρίβων ἀεί. Eumdemque Libro quinto, quo fere toto verba facientem inducit, rurſus τὸν πάντα ἄριστον Μασούριον vocat. (p. 185. b.) Μασσούριος duplici litera σσ ſcribitur VI. 271. b. & XIV.

634. b. & 639. a. non minus recte quam alibi ſimplici ſi- c bilante litera.

Μάγνος [— — Μυρτίλος] ποιητὴς &c. Μόνιος ποιητὴς dabant edd. Μόνος ποιητὴς mssti noſtri; nec vero vel *Magni* nomen vel *Myrtili* uſquam hoc loco vel in edd. vel in mſstis comparebat. At in toto Athenaei opere nec Μόνος, nec Μόνιος uſquam nominatur; nec in tota antiquitate ullibi, quod ſciam, nomen tale reperitur. Nam quem *Monum* medicum Aëtius nominat apud Fabric. Bibl. Graec. T. XIII. p. 341. is haud dubie *Nonus* ille eſt, de quo idem Fabric. T. XII. p. 685 ſq. egerat. At MAGNI, (quem natione *Syrum* facit Athenaeus lib. XIII. 571. a.) haud poſtremae ſunt inter *Deipnoſophiſtas* noſtros partes. Diſputans ille quidem inducitur libro III. ab ipſo fortaſſe initio, quod non integrum ad nos pervenit, uſque ad p. 79. a. tum rurſus p. 113. f. — 115. b. porro IV. 160. e. — 164. e. denique XIV. 615. e. — 616. b. ſive qua ſunt alia fortaſſe loca, quae enotare neglexeram. Igitur cum haud quaquam probabile eſſet, viri illius nomen in hac convivarum recenſione fuiſſe ab Athenaeo praetermiſſum, cumque vox manifeſte corrupta Μόνος ſive Μόνιος ad Μάγνος proxime accederet, non dubitandum duxi, quin hoc nomen in illius locum ſubſtituerem. At quae *Moni* ſive *Monii* nomen proxime ſequebantur praedicata, ποιητὴς, ἀνὴρ καὶ τὴν ἄλλην παιδείαν &c. talia ſunt, ut in *Magnum*, qualem quidem hunc Athenaeus nobis notum fecit, non ſatis apte convenire videantur. Eſt vero alius ex *Deipnoſophiſtarum* numero, MYRTILUS, cuius nomen multo etiam minus, quam Magni nomen, praeteriri in hoc recenſu debuit, quippe cuius ſunt etiam partes in eruditis convivarum ſermonibus inſigniores atque frequentiores: cuius nomen hic ſimul cum Magni elogio, ſive librariorum culpa, ſive per ipſius Epitomatoris incuriam, perperam omiſſum eſſe ſuſpicatus eram; adeoque ſuum in locum reſtituendum (cum ea tamen cautione, quam adhibui, ut uncis includerem) putavi. *Theſſalus* fuiſſe perhibetur is *Myrtilus*, cum alibi, tum III. 127. a. & XIII. 568. e. Verba autem faciens ab Athenaeo inducitur I. 11. b. III. 83. a. 106. f. 119. b. 125. a. b. VII. 276. e. 308. b. c. IX. 384. d. 385. c. 386. e. XIII. 563. d. 587. f. XIV. 616. b. &c. Et *poëtam* quidem fuiſſe nuſquam alibi ab Athenaeo diſerte proditum memini; niſi quod cum cognomine vetere poë-

c ta Myrtilo comparatur XIII. 566. f. Sed quod de πολυμαθείᾳ praedicatur, & de *ſtudio* cum *in* reliqua παιδείᾳ *poſito*, tum in ea quam ἐγκύκλιον graeci vocabant, (id eſt, ut perſpecte Caſaub. interpretatur, cum *in reliquis diſciplinis*, tum in *philologia & humanioribus* omnibus *literis*) eam quidem laudem in MYRTILUM merito cadere, e variis ſermonibus, qui huic convivae tribuuntur, abunde adparet. Sigillatim vero ut acris diſputator deſignatur I. 11. b. VII. 308. b. tum diſerte & πολυμάθεια viri, & felix memoria, & mira ingenii linguaeque volubilitas laudatur, qua & veterum poëtarum loca protulerit, &, de quacumque re vellet, diſputaverit. XIII. 587. f. 610. b. Quare etiam, ſive ſerio, ſive per iocum, διδάσκαλον eumdem adpellat Ulpianus IX. 386. e. Ad MAGNUM ut redeam, quis fuerit ille, aut cuias, aut cuius profeſſionis, quem eo nomine inſignitum Deipnoſophiſtam Athenaeus voluit, nuſquam ab auctore declaratum memini. Medicos eius nominis complures Fabricius recenſuit in Bibl. Graec. T. XIII. p. 313 ſq. quibus adiici poteſt (niſi eſt eorumdem unus) Μάγνος ille Emeſenus Syrus, cuius apud eumdem Fabric. T. X. p. 484. num. 58. fit mentio, ubi ἰατροσοφιστὴς adpellatur. Et ſunt quidem ea, quae diſputantem *Magnum* ſuum Athenaeus facit, a Medicorum ſcientia minime aliena; ſed tamen ut philologus magis, quam ut medicus, ille inducitur. Medici vero, qui in Deipnoſophiſtarum numero fuiſſe finguntur, paullo inferius ſeparatim in hoc recenſu nominantur.

Πλούταρχος. PLUTARCHUS, quem dicit, non Chaeronenſis philoſophus eſt & hiſtoricus; ſed Alexandrinus Grammaticus. Vide III. 118. f. IV. 158. d. tum 83. b. IV. 134. d. VI. 234. c. — 248. c. VII. 276. a. IX. 390. d. XI. 460. a. — 503. f. XIII. 562. a. De quo viro Fabricius, Bibl. Graec. T. III. p. 370. ubi varios recenſet Plutarchos, quorum ad nos memoria pervenit, nihil aliud compertum habuit, niſi quod eum colloquentem in Deipnoſophiſtis induxerit Athenaeus: nec nobis quidquam amplius conſtat; ac neſcio, an prorſus ficta ab Athenaeo perſona ſit.

Neque magis caeteroquin noti ſunt, qui porro nominantur *Grammatici*, quamquam τῶν Γραμματικῶν οἱ χαριέστατοι (id eſt, *elegantiſſimi, cultiſſimi, politiſſimi, ſolertiſſimi*) adpellantur. (δοκιμώτατοι, id eſt, *probatiſſimi, celeberrimi*, dicuntur iidem III. 116. d.) LEONIDES, *Eleus*, diſputans

inter Deipnoſophiſtas inducitur lib. III. 96. d. 116. a. IX. c 367. e. XI. 504. b. XIII. 558. e. AEMILIANUS, ὁ Μαυρούσιος, id eſt *Maurus*, (nam graeca forma *Mauruſius* apud Latinos nonniſi poëtae utuntur) verba facit apud Athenaeum lib. III. 83. b. 126. b. 127. a. IV. 169. a. VI. 228. e. & ſeq. (ubi p. 229. c. de *Iuba* rege ſcriptoreque loquens, ὁ ἐμὸς Ἰόβας dicit, id eſt, *popularis meus.*) tum IX. 405. e. 406. a. X. 448. b. XIV. 634. b. ZOILUS *Grammaticus* diſputans commemoratur VII. 277. d. & IX. 366. d. quem coniecta-vit Fabricius Bibl. Gr. T. I. p. 367. intelligendum fortaſſe Cedraſenſem illum Zoilum, cuius meminit Etymolog. M. in Ἀῶος.

Sequuntur in hoc recenſu *Philoſophi*, qui ſimul *polyhiſtores* d fuiſſe finguntur, PONTIANUS, & DEMOCRITUS, ambo *Nicomedienſes*: quorum ille verba faciens inducitur lib. III. 109. b. 123. e. VI. 231. b. X. 443. c. d. 445. c. XI. 504. c. XIII. 561. c. XIV. 640. c. hic vero lib. III. 83. c. VI. 248. c. d. — 270. a. VIII. 331. c. — 347. c. IX. 406. d. 407. d. X. 426. c. — 443. c. XV. 669. d. (ubi μουσικώτατος adpellatur, id eſt, *elegantioribus literis eruditiſſimus*) rurſuſque p. 671. f. &c.

Dein nominatur PHILADELPHUS, *Ptolemaënſis*, cum ſingulari elogio *viri* non modo *in philoſophica contemplatione innutriti*, verum etiam *in univerſa vita probati;* quo praedicato videtur Athenaeus aliquem e ſuis familiaribus, quem magni fecerat, inſignitum voluiſſe, licet proprium ac verum eius nomen conſulto cum alio permutaſſe videatur. At vero hunc eumdem Philadelphum, quiſquis is fuerit, in toto reliquo Athenaei opere nuſquam memoratum memini: quare, niſi fortaſſe obſervationem meam in caeteris libris effugit huius nomen, oportet eum in altero e duobus prioribus inductum fuiſſe verba facientem; quibus in libris qui loquentes inducti erant Deipnoſophiſtae, eorum nomina reſecuit brevitatis ſtudioſus Epitomator.

Sequuntur *Cynici* philoſophi, quorum plures erant. Nam quamvis ambigue dictum videri poſſet τῶν δὲ Κυνικῶν εἷς ἦν, quo & ſignificari poterat, *e Cynicis philoſophis, qui aderant*, *unum fuiſſe*, quem *Cynulcum* Athenaeus vocat, & *e Cynicis philoſophis nonniſi unum Cynulcum* interfuiſſe illi convivio; tamen ambiguitatem tollit quod mox de ἀγύρει, i. e. *coetu* Cynicorum ſubiicitur: &, plures utique ex hoc genere hominum praeſentes finxiſſe Athenaeum, ex ipſo

d pariter operis decurſu adparet. Quare etiam communi nomine, ὦ ἄνδρες κύνες, feſtive nonnumquam compellantur, ut IV. 160. b. Quin &, praeter Cynulcum, alius etiam Cynicus, HESPERIUS, (Dalechampium quidem ſi audias, quem Ionſius ſecutus eſt, de Script. Hiſt. Phil. III. 7. 8. & Fabric. Bibl. Gr. T. II. p. 363.) nominatim inducitur libro VII. p. 307. f. At ibi quidem, cum ait Athenaeus τῶν κυνικῶν τις ἑσπέριος ἐλθών, verum ſi quaeris, non eſt proprium viri nomen Ἑσπέριος, ſed adpellativum quod aiunt grammatici, ut ἑσπέριος ἐλθὼν dicatur *qui ſub veſperam advenerat:* quibus verbis indicare voluiſſe videtur auctor invocatum convivam, (cf. IV. 164. a.) qui, cum auditu aut etiam naribus percepiſſet lautum convivium celebrari apud Larenſium, ſub veſperam etiam tum adcurriſſet: ſimul vero, reſpectu habito ad illud Homericum de Cyclope, ἑσπέριος ἦλθεν, (Odyſſ. ι'. 336.) cum Cyclope quodammodo conferens Athenaeus hunc Cynicum, feritatem hominis ac voracitatem notare voluiſſe videtur. Sed Cynicorum partes uni maxime prae caeteris, etiam velut illorum duci atque principi, tribuit, quem CYNULCUM vocat, quaſi diceret *canes poſt ſe trahentem;* nomine ducto (ut intelligitur ex IV. 156. e.) e Parmeniſci ſcriptione, cui titulus τὸ τῶν Κυνικῶν Συμπόσιον. Rationem nominis ipſe Athenaeus reddit, cum ait: *quem non modo, ut Telemachum concionantem, duo canes ſtrenui comitabantur,* (vide Odyſſ. β'. 11.) *ſed multo plures quam Actaeonem.* (de quo vide Ovid. Metam. III. fab. 2. alioſque auctores, quos Heynius laudavit ad Apollodori Bibliothec. III. 4, 4.) *Canes* autem ipſum Cynicorum gregem dicit, qui illum veluti ductorem ſequebantur. Fingit autem idem Athenaeus, proprium quidem nomen aliud fuiſſe homini, ſcil. THEODORUS; (vide XV. 669. e. & 692. b.) ſed verum ſuum nomen diſſimulaſſe ipſum, & *Cynulcum* adpellari maluiſſe. IV. 160. d. Huic igitur Cynulco adeo frequentes in convivarum ſermonibus partes tribuit auctor, ut nemini fere frequentiores; quamquam raro admodum longiorem aliquem ſermonem inſtituentem inducit. Facit autem erudite quidem (ut reliquos omnes convivas) nec ſine ſale diſputantem, caeterum ſic, ut Cynici perſonae, illorum praeſertim temporum, conveniebat; ſcilicet, ut fidentem hominem, atque etiam gnaviter impudentem, conviciis non parcentem, & in primis voracem. Verba faciens Cynulcus inducitur,

cum perſaepe aliâs, tum III. 97. c. IV. 156. a. 158. d. d
159. e. 164. e. 165. b. &c. Paullo etiam longiorem ſermonem inſtituit VIII. 347. d. & ſeqq. (ubi *Megalopolitanum* ſe eſſe ſignificat, p. 347. e.) rurſuſque XIII. 566. f. & ſeqq. ubi in Myrtilum contumelioſe invehitur.

Eminet porro in Deipnoſophiſtarum numero ULPIANUS, *Tyrius:* quem ait perpetuo *inſectatum eſſe cum alios, qui aliquid differebant, tum Cynicos praeſertim*, &c. Nam ὧν pronomen, ubi ait ὧν κατέτρεχε, ad *Cynicos*, quos proxime nominavit, referendum; non ad *Rhetores*, quorum nullus nec in hoc Prooemio nominatur, nec, quod mireris, in toto operis decurſu (ſi recte memini) verba faciens inducitur. Verbum κατέτρεχε, pro quo nonnullis (ut adnotavit Caſaub.) κατῆρχε placuerat, nihil habet difficultatis. Eſt enim καταιρέχειν τινὸς, *inſectari aliquem, reprehendere, traducere, perſtringere;* qua notione idem verbum apud Noſtrum eodem modo conſtructum I. 10. e. V. 220. c. VII. 278. f. recurrit. Sed illud & inficete dictum mihi viſum erat, & ambigue, ὧν κατέτρεχε μετὰ καὶ τῶν ἄλλων: ubi haud ſatis ſcias, dicat-ne, illos *alios ſimul cum Ulpiano traduxiſſe Cynicos*, an, *ſimul cum Cynicis traductos ab Ulpiano.* Equidem cum interpretibus in poſteriorem partem accepi, ſuadente ipſo operis decurſu. Nam » Toto opere (ut ad h. l. ait CASAUB.) » inducitur Ulpianus, & alios quidem, » ſed maxime Cynicos ſuis interrogatiunculis vexans, » crucemque illis figens. « — Caeterum nihil ad rem facere videtur, quod κατέτρεχον pro κατέτρεχε habet noſter codex *a.* in terminatione verbi peccans, quo nullum erratum librariorum frequentius. Neque ulla difficultas ineſt illis verbis, ἔσχεν ὄνομα τοῦ κυρίου διασημότερον, nec in eis quidquam variant libri. Quare recte monuit Caſaubonus, praeter rationem factum eſſe, quod in Aldina editione vocabulum κυρίου afteriſco notatum eſt. Quod de ludicri nomine Κειτούκειτος ratione mox adfertur, οὗτος ὁ ἀνὴρ νόμον εἶχεν ἴδιον, μηδενὸς ἀποτρώγειν, πρὶν εἰπεῖν, κεῖται; ἢ οὐ κεῖται; vocabulum ἴδιον, ut ſub contextu etiam indicavi, cum abeſſet & in edd. & in Epitomes codicibus mſstis, e Suida (voc. Δειπνοσοφισταὶ, & Κειτούκειτος) recepi: non quod Suidam in ſuo codice *Epitomes* (ut innuere videtur Caſaubonus) illud inveniſſe putarim: ſed quod in ipſius *Athenaei Prooemio*, quod operi integro olim praefixum erat, legiſſe illud Suidas mihi viſus erat. Loco

e verborum κεῖται; ἢ οὐ κεῖται; quae ſic ex eodem Suida reſtituenda iam olim Paul. Leopardus (Emend. VI. 20. in Gruteri Theſ. Crit. T. III. p. 121.) monuerat, eodemque modo Caſaubonus ſuis e membranis, conſentientibus noſtris, edenda curavit, corrupte prorſus in ed. Ven. legebatur κεῖται ἢ οὐκετεῖται, quod editor Baſileenſis ſua de coniectura in κεῖται ἢ ποῦ κεῖται mutavit, reſpiciens fortaſſe III. 58. b. c. IV. 165. d. IX. 366. a. & ſimilia loca, ubi vel παρὰ τίνι κεῖται, vel id ipſum ποῦ κεῖται legitur. At eodem fere modo, quo Epitomes libri mssti conſentiente Suida hic dabant, legitur in ipſo opere III. 97. c. d. τὸν χρόνον ἅπαντα περὶ ταῦτα κατετρίβης, ζητῶν, κεῖται; οὐ κεῖται; εἴρηται; οὐκ εἴρηται; Porro vero, quum poſt ἡμέρας μορίου; vulgo illa ſtatim ſequerentur verba, ἢ εἰ μήτρα &c. perſpecte idem Leopardus monuit, inſerenda eſſe iſta καὶ εἰ ὁ μέθυσος ἐπὶ ἀνδρός; quae apud Suidam duobus locis, paulo ante laudatis, eodem prorſus modo (haud dubie ex integro Athenaei Prooemio, quo ille cum reliquo huius auctoris opere uſus erat) interſerta leguntur; quae cur hoc loco reſtituere auctori dubitarem, cauſſam nullam vidi. In proxime ſequentibus verbis, εἰ ἢ μήτρα κεῖται, veram iſtam ſcripturam, quam edidi, ambo noſtri dedere codices. Prorſus corrupte rurſus in ed. Ven. ſcribebatur, εἰ εἰ μὴ κεῖται, quod Baſileenſis in ἢ εἰ μὴ κεῖται mutavit, Caſaubonus in ἢ εἰ μήτρα κεῖται. Mox ibidem omnes vulgo editi ſcriptique libri ἐπὶ τῶν ἐδωδίμων βρωμάτων in plurali numero dabant, parum commode; pro quo ἐπὶ τοῦ ἐδωδίμου βρώματος in ſing. ex Suida recepi. Id ipſum etiam, aut ἐπὶ τοῦ τῶν ἐδωδίμων βρωμάτων, quam vulgatum, malle ſe profeſſus erat Caſaub. in Addendis ad Animadv. Praeterea vero etiam nunc illud (per Epitomatoris, puto, culpam) turbatum eſt, quod, poſtquam dixiſſet, *morem fuiſſe Ulpiano, nihil cibi deguſtare, quin prius quaeſiſſet, ſcriptum-ne, an non, legeretur nomen*, continuo ſubiicitur, *veluti, an vocabulum ὥρα ſcriptum reperiatur de parte aliqua diei.* Abſurde ſane; quaſi *cibi* genus quoddam ὥρα eſſet. Multo profecto commodius apud Suidam digeſta haec leguntur. Nam, cum dixiſſet, Κειτούκειτον adpellatum fuiſſe Ulpianum διὰ τὸ συνεχῶς προβάλλειν, (iſta quidem, ἐν ταῖς ἀγυιαῖς &c. quae commode tenuit Epitomator, conſulto Suidas, ut ſuum ad propoſitum nihil admodum facientia, praetermiſit) εἰ κεῖται ὥρα

ἐπὶ τοῦ τῆς ἡμέρας μορίου· καὶ εἰ ὁ μέθυσος ἐπὶ ἀνδρός· καὶ e
ἡ μήτρα ἐπὶ τοῦ ἐδωδίμου βρώματος· σύαγρός τε εἰ κεῖται
ἐπὶ τοῦ συός· tum demum haec subiicit: καὶ νόμον εἶχεν
ἴδιον, μηδενὸς ἀποτρώγειν, πρὶν εἰπεῖν, κεῖται ἢ οὐ κεῖται.

Superſunt quaedam hoc loco de ſingulis nonnullis verbis notanda. »Verbum κεῖσθαι (ut monuit CASAUB.) eo »ſenſu, quo hic ſumitur, frequens in Graecorum inter»pretum libris. Dicunt enim κεῖσθαι παρὰ τῷ δεῖνι, quae »*in* eius *ſcriptis leguntur*. In Graecorum commentariis, »τὸ Κείμενον eſt praepoſitus *textus* ad interpretandum, ut »fieri amat ab interpretibus.« Quo de uſu etiam nos nuper in Notis ad Simplicii Comment. in Enchirid. p. 193. monuimus. Quod ad illam Quaeſtionem ſpectat, Εἰ κεῖται ὥρα ἐπὶ τοῦ τῆς ἡμέρας μορίου; id eſt, *An reperiatur in ſcriptis veterum Graecorum* ὥρα, *pro diei parte?* »Certum »eſt, inquit CASAUBONUS, neque Platonis, Ariſtotelis, »& aequalium ſaeculo, neque aliquanto poſt tempore, »has diei partes, quas *horas* vocamus, fuiſſe in uſu. Qua»re vocabulum ὥρα in antiquorum illorum ſcriptis illa no»tione legi non potuit. Ideo Pollux libro primo [cap. 7. »ſect. 68 ſqq.] voces recenſens quibus diei noctiſque par»tes deſignantur, dictionis ὥρα non meminit. Sed mox »ſcribit idem: [ſect. 71.] ὥρα δὲ, καὶ ἡμιώριον, σημεῖον, »ὡς Μένανδρος, ὠνομάζετο παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Et ſane ita »eſt: quod poſterioribus Graecis Latiniſque *hora* ſignifi»cat, id priores, qui gnomonum ſciotericorum tantum »uſum habebant notum, σημεῖον & στοιχεῖον dixere. Non »neſcimus, Batonem comicum in fabula Ἀνδροφόνῳ [apud »Athen. III. 163. c.] nominaſſe ὡρολόγιον: ſed inter νέας »κωμῳδίας poëtas fuit hic Bato.« — Haec ille: cum quibus conferri poſſunt, quae de eodem argumento diſputavit Menag. ad Laërt. II. 1. & fuſe, ut ſolet, Salmaſius ad Solin. p. 451 ſqq. Caeterum, ſicut alias quaeſtiones, quae mox deinde commemorantur, in ipſo Athenaei opere tractatas videmus, ſic & hanc ibidem tractatam fuiſſe, non dubito: quod quum in reliquo opere nuſquam factum compareat, in duorum priorum Librorum altero, quos non habemus integros, agitatam arbitror hanc quaeſtionem ab Ulpiano fuiſſe; cui movendae opportunam dare occaſionem illud poterat, quod lib. I. p. 8. c. de *diei partibus ex umbra olim definiri ſolitis* ex Eubulo comico adferebatur. Sed illam quidem diſputationem, ut alia multa, praeter-

e miſit Epitomator. Neque vero magis alteram quaeſtionem, quam a Suida commemoratam adiecimus, (ſcilicet, *an vocabulum μέθυσος* hâc forma *de vīro uſurpatum apud veteres Graecos reperiatur*) in ea operis parte, quae integra ad nos pervenit, tractata eſt; quare & hanc quaeſtionem primo Libro, ubi fuſe *de vino* & *de potu* agebatur, agitatam fuiſſe ſuſpicor. Multam de vocabuli illius uſu controverſiam olim fuiſſe inter Grammaticos, ſatis adparet ex eis, quae de eodem cum apud Pollucem VI. 25. apud Thomam Mag. apud Moeridem, & Phrynichum leguntur, tum quae ab horum interpretibus adnotata ſunt. Conf. Graev. ad Luciani Soloeciſt. cap. 5. &, qui plena manu quae ad eandem quaeſtionem pertinent profudit, Wetſten. ad I. Corinth. V. 11. De vocabuli *μήτρα* uſu quaeſtionem movet Ulpianus apud Noſtrum lib. III. p. 96. f. coll. p. 100 ſq. ubi videmus, haud poſtremis in deliciis illud edulium fuiſſe veteribus. De *σύαγρος* vocabulo quaeſtio, quae hic commemoratur, ea lib. IX. p. 401. méd. & ſeq. agitata eſt.

Iam, ut ad ipſum ULPIANUM pauliſper redeamus, *Tyrium* hunc facit Athenaeus, adeoque & *Phoenicem* paſſim adpellat: ut prorſus videatur celebrem illum Iuriſconſultum *Domitium Ulpianum*, coaevum ſuum, quem Phoenicem Tyrium fuiſſe conſtat, deſignare voluiſſe: de quo dubitavit quidem Fabricius in Bibl. Graec. T. III. p. 632. nullam tamen dubitandi cauſſam adferens; pro certo autem ſumſerunt cum alii viri docti, tum Cuiacius Obſervat. lib. XXIV. cap. 39. & Io. Bertrandus lib. I. de Iuriſperitis p. 122. Id ſi verum eſt, habebimus certam temporis notam, quo ſcriptum ipſum hoc opus ab Athenaeo eſt. Nam, cum per ſe etiam probabile eſſet, viros ſibi coaevos nonniſi poſt eorum obitum inducere eum voluiſſe ficto a ſe convivio adcumbentes, eaque diſputantes quae numquam illi locuti erant; ecce, diſertis verbis commemorat ipſe Auctor, (XV. 686. c.) *Ulpianum* illum ſuum *paucis poſt id convivium diebus ſubita morte fuiſſe oppreſſum; quam mortem ipſi* quidem *optimo viro* (ſic adpellatur Ulpianus, ὁ πάντα ἄριστος, IX. 398. b. & ἀνδρῶν λῶστος, IV. 176. f.) *felicem, quoniam cum nullo morbo ei fuit colluctandum, familiaribus autem ipſius perquam luctuoſam* ait *accidiſſe*. Occiſus autem eſt Ulpianus ICrus circa A. U. 981. poſt C. N. 228. De cuius caede, a militibus ob diſciplinae ſeveritatem, cum eſſet praefectus praetorio ſub Imp. Alexandro Severo, patrata,

vide Dionem ſive Xiphilin. T. II. p. 1369. ed. Reim. & e quos ibi editor laudavit auctores. Quae nota temporis ſicut optime convenit cum eis quae ſunt a viris doctis de Oppiani Cilicis, Ἁλιευτικῶν auctore, & de Aeliani aetate, qui Varias Hiſtorias & Animalium Hiſtoriam ſcripſit, diſputata; quos inter auctores medius Athenaeus ſuos Δειπνοσοφιστῶν libros edidit: (vide Athen. I. 13. b. Scalig. ad Euſeb. p. 222. Perizonii Praefat. ad Aeliani Var. Hiſt. & Fabric. Bibl. Gr. T. III. p. 625 ſq.) ſic eadem nota viciſſim ad eorumdem duorum, quos dixi, auctorum iudicandam aetatem valuerit. Iam mirum quidem videri poterat, de Iuriſprudentiae laude in Ulpiano ſuo prorſus tacuiſſe Athenaeum, & tamquam egregie quidem doctum virum, ſed maxime tamquam ὀνοματοθήραν (quo nomine paſſim adpellatur) eumdem induxiſſe. At idem ipſum nomen ὀνοματοθήρας, id eſt, *vocabulorum venator*, haud ita male conveniſſe in ICtum Ulpianum, nec immerito ei tributum ab Athenaeo eſſe, ipſe eruditiſſimus Iuriſconſultus Cuiacius (loco paullo ante citato) iudicavit: cuius iudicio facile ſubſcribet, quiſquis nonam Legem Digeſt. lib. XXXIII. tit. 6. perlegerit, quae ex Ulpiani libris ad Sabinum decerpta eſt; quos libros ſi integros hodie haberemus, multas fortaſſe eiuſdem generis ſubtiles vocabulorum diſtinctiones in eis eramus deprehenſuri. Nec vero putandum eſt, nonniſi cum aliqua contemtus ſignificatione (ut ex III. 98. a. & XV. 671. f. colligat fortaſſe aliquis) nomine ὀνοματοθήρας adpellari hunc virum apud Athenaeum: nam apud eumdem Athenaeum & Democritus philoſophus, facete quidem, at ſane non per contemtum, quem modo ὦ καλέ μου λογιστὰ adpellarat, mox dein eumdem Ulpianum iſto nomine καλὲ ὀνοματοθήρα compellat, XIV. 649. b. & Alcides muſicus in eadem diſputatione, qua cum obſervantiae haud vulgaris ſignificatione adloquitur Ulpianum, tituliſque honorificentiſſimis (Οὐλπιανὲ σοφώτατε, IV. p. 175. b. & ἀνδρῶν λῷστε, 176. e.) proſequitur, eumdem eodem pariter nomine Οὐλπιανὲ ὀνοματοθήρα compellat, p. 184. b. Ulpianum porro ſuum Athenaeus *Stoicae diſciplinae alumnum* facit, (VII. 308. a. coll. XIII. 563. e.) quod ab ICti Ulpiani profeſſione minime alienum videri debet. Iam, quod ſimul ut iucundum feſtivumque, ſimul ut varia doctrina imbutum convivam, Ulpianum ſuum induxit auctor noſter; percommode id congruit cum eo, quod de Domitio Ulpiano Lampridius in Alexandri

e Severi vita c. 34. refert. *Cum inter ſuos* (inquit) *convivaretur Alexander*, (quem & ipſum *in iocis dulciſſimum, in fabulis amabilem, in conviviis comem* fuiſſe ait c. 44.) *aut Ulpianum, aut doctos* [*aut alios*, puto, dixit *doctos*] *homines adhibebat, ut haberet fabulas* [confabulationes intellige] *literatas, quibus ſe recreari dicebat & paſci.* Ac in his quidem quae de Ulpiano Bertrandus in eius Vita commemoravit, aut quae alibi de hoc Iuriſconſulto ſcripta legi, nihil memini me reperire de ſingulari *Graeci ſermonis* atque *Atticae* praeſertim *puritatis ſtudio* huius viri: & pertinere poterat hoc ad dramaticam Athenaei fictionem, qua totum ſuum opus inſtruxit exornavitque, ut prae caeteris φιλαρχαῖον hunc virum fingeret, id eſt, ita *antiquitatis ſtudioſum, ut videri vellet nihil eloqui niſi quod Attici eſſet ſermonis*, ut ait III. 126. e. Quare & Συραττικὸν, id eſt, *Syrum Atticum*, paſſim eum compellatum facit, III. 126. f. IX. 368. c. & 398. b. ipſumque inducit de *Eleuſine*, adeoque de ipſis Athenis, ita loquentem, tamquam ibi vel patriam vel certe ſedes lareſque ſuos haberet. IX. 406. e. Sed ne opus quidem videtur, ut iſta prorſus ficta arbitremur: nimis pauca ſunt quae aliunde de Ulpiano novimus, quam ut negare poſſimus in eum iſta cadere. Immo vero, Ulpianum ICtum, quamquam Romanorum ſermone de Iure Romano & reſponſa & libros edidit, tamen Graeco ſermone ut patrio uſum eſſe, vel ipſa patria Tyrus, ubi Graeca lingua vigebat, declarat: fuiſſe autem Graecis literis haud vulgariter eruditum, ex eo colligi poteſt, quod idem, de quo iam dixi, imperator Alexander Severus, qui Graecarum literarum inprimis amans atque ſtudioſus fuiſſe proditur, nullius viri magis, quam eiuſdem Ulpiani, familiaritatem coluerit, ita ut & patris loco habuerit, &, quum compluribus viris doctiſſimis & omni genere virtutum praeſtantiſſimis amicis uteretur, (Lamprid. c. 68.) nullum tamen ex his umquam ſolum ad ſe, niſi Ulpianum, admiſerit. (idem, cap. 31.) Sed ſatis de ULPIANO; pergendum ad alios. Modo, poſt loca iam citata, alia adhuc nonnulla notabimus, ubi inter Deipnoſophiſtas verba ille faciens ab auctore inducitur. Vide igitur, ſi lubet, II. 49. a. III. 96. f. 99. c. 115. b. 127. a. IV. 165. b. d. VII. 284. e. XI. 459. a. XIV. 613. d. XV. 671. b.

Sequuntur in Deipnoſophiſtarum catalogo *Medici*, quo-

rum primus DAPHNUS *Ephesius;* cuius verum-ne, an fictum nomen sit, non definiam. Video quidem apud Fabric. Bibl. Graec. T. XIII. p. 135. Ephesium Daphnum in Medicorum recensu relatum, sed uno Athenaeo auctore. Disputantem illum Daphnum auctor noster inducit, cum alibi fortasse, (nec enim singula loca notavi) tum II. 51. a. III. 79. a. 116. f. 120. b. VII. 276. e. VIII. 355. a. — 359. d. Ad elogium viri quod spectat, cum ait Athenaeus, ἱερὸς τὴν τέχνην καὶ κατὰ τὰ ἤθη, τῶν Ἀκαδημαϊκῶν λόγων οὐ παρέργως ἁπτόμενος· haec monuit CASAUBONUS: »Id est, *vir, sive artem ipsius spectes, sive mores, divinus.* »Male vir eruditus, [Dalechampius interpres:]„ *divinos* »*honores ob artis suae peritiam meritus:* quasi esset idem ἱερὸς »& ἀνιερωθεὶς vel ἀποθεωθείς. Proprie dicitur ἱερὸς, homo »θεῷ ἀνακείμενος, ut apud Iudaeos Levitae, qui etsi non »erant omnes ἱερεῖς, erant tamen ἱεροί. Dicuntur etiam »ἱεροὶ, homines *religione ipsa tuti*, Latinis *sacrosancti:* qua»les olim habiti populi quidam, ut Elei: [de quibus vide »Polyb. IV. 73. 9 sq. & auctores ibi a nobis citatos:] qua»les item apud Romanos Tribuni plebis libera republica, »postea Imperatores: apud omnes gentes legati & κήρυ»κες. Dio Chrysostomus: πολὺ τῶν σπονδοφόρων καὶ τῶν »κηρύκων ἱερώτερος. Sed & pro homine *sancto*, *atque excel»lentis virtutis*, accipitur. Eo sensu ἱερὸς τὴν τέχνην καὶ τὰ »ἤθη Daphnus medicus hic dicitur, & Hippocrates libro »IX. [p. 399. b.] ἱερώτατος. Vetus scriptor apud Sui»dam [in Ἰακωβος ἰατρός.] de Iacobo medico, vere Chri»stiano: οἱ ἰατροὶ, inquit, διέβαλλον αὐτὸν ἀεὶ, καὶ ἔλοι»δόρουν, οἷά τινα οὐκ ἰατρὸν, ἀλλὰ θεοφιλῆ τινα καὶ ἱε»ρόν· hoc est, *ceu divinum aliquem virum, qui non arte ho»mines sanaret, sua que industria, sed favore numinis.* Sic Pla»tonem vocat ἱερώτατον [Athenaeus] lib. XV. [p. 670. f.] »Et Lucianus in Fugitivis de eodem, ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος. [sect. »18. T. VIII. ed. Bip. p. 320. itemque de Amorib. sect. »31. T. V. p. 293.] Eiusdem successores in schola ἀν»θρώπους ἱεροὺς καὶ φιλολόγους alius apud Suidam [in »Πλάτων ὁ φιλόσοφος] nuncupat. Dio Cocceius vocem »latinam *sanctissimus* vertit ἱερὸς, ut ad Suetonii Domitia»num [cap. 10.] notabamus. Paullo aliter scriptor incer»tus in Suidae collectaneis, πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἱερώτατος »ἐγεγόνει, de Antonio monachorum principe.« [Nempe ibi ἱερὸς idem valet ac εὐβεσὴς, de qua notione Suidas

e in Ἱερὸς monuit.] » Interpretes, qui poſt τέχνην diſtin-
» guunt, & ſequentia verba uno ſpiritu cum reliquis huius
» periodi connectunt, [ſic ſcil. Dalechampius, editionem
» Baſileenſem ſecutus;] ſuam ſententiam nobis non pro-
» bant. Atque haec eo ſunt a nobis pluribus expoſita, ne
» quis temere putet pro ἱερὸς eſſe hoc loco ἰατρὸς τὴν τέχνην
» ſcribendum.«

GALENUM *Pergamenum*, *medicum philoſophumque* ita clare deſignavit auctor, ut nullum dubitationi locum reliquerit. Quod vero ait ἐκδέδωκε συγγράμματα φιλόσοφά τε καὶ ἰατρικὰ, adnotavit CASAUBONUS: » Praetermittit ſcri-
» ptorum Galeni genus illud, quod maxime adfine eſt ſub-
» iecto iſtius operis; quod quidem philoſophicum proprie
» non eſt, ἰατρικὸν autem multo minus. Suſpicabar, ſcri-
» ptum prius fuiſſe φιλόσοφά τε, vel φιλοσοφικὰ, καὶ φι-
» λολογικὰ, καὶ ἰατρικά.« [In eamdem quidem ſententiam Suidas, de eodem Galeno loquens, πολλὰ συντεταχὼς, inquit, ἰατρικά τε καὶ φιλόσοφα, ἔτι τε γραμματικὰ καὶ ῥητορικά.] » Multa Galenum ſcripſiſſe ad philologiam per-
» tinentia, ipſe teſtis eſt nobis. Tales erant, de Dictioni-
» bus Atticis libri XLVIII. Nominum πολιτικῶν, quae apud
» Ariſtophanem, libri quinque: (quid autem appellet *civi-*
» *lia nomina*, declarat hic eiuſdem Galeni locus e tertio
» Commentario in Epidem. Hippocratis: φαίνεται Ἱππο-
» κράτης συνηθεστάτοις τε καὶ διὰ τοῦτο σαφέσι τοῖς ὀνό-
» μασι κεχρημένος, ἃ καλεῖν ἔθος ἐστὶ τοῖς ῥητορικοῖς πο-
» λιτικά.) Eorum quae apud Cratinum, libri duo: De vo-
» cibus quae ſunt Comicis propriae, liber ſingularis; &
» ſimilia his alia.« — Rarius tamen, quod quidem vel meminerim vel in commentariolis meis adnotaverim, hunc tantum tamque eruditum virum verba facientem induxit auctor noſter. De Vinorum Italicorum variis generibus virtutibuſque differentem facit lib. I. p. 26 ſeq. dein de Panibus, placentis, & polenta, III. 115. c. — 166. a.

f RUFINUM *Nicaeenſem*, quem in Medicorum veterum Elencho nonniſi ex hoc Athenaei loco Fabricius Bibl. Gr. T. XIII. p. 385. poſuit, nuſquam in toto operis decurſu commemoratum memini: de quo idem, quod ſupra de Philadelpho Ptolemaënſi, dicendum eſt; niſi me memoria aut obſervatiunculae meae fallunt, videri hunc in eis libris, quorum nonniſi Epitome ſupereſt, commemoratum fuiſſe ab Athenaeo.

Poſtremum Ἀλκείδην, ALCIDEM, nominat, *Alexandri-* f *num*, arte *muſicum*: qui de inſtrumentis muſicis, aliiſque rebus ad illam artem pertinentibus, libro IV. p. 174. b. uſque ad finem eiuſdem libri diſputat.

Praeter eos vero, qui hactenus nominati ſunt, *alios* inſuper *nonnullos Deipnoſophiſtas*, quos in hoc recenſu ſilentio praeteriit Athenaeus ſive eius Epitomator, in ipſo opere commemoratos, atque etiam verba facientes, reperio; quorum adponere nomina non erit ab hoc loco alienum. Διονυσιοκλῆς, DIONYSIOCLES, *Medicus*, diſputans nonnulla inducitur lib. III. p. 96. d. & 116. d. - 118. d. Eodem loco, (III. 118. d.) poſt Dionyſiocleм, ſermonem excipit *Grammaticus*, qui in editis quidem libris ad hunc diem inſolito nomine Οὖδρος, (id latine UDER foret) in optimis vero Veneto-Pariſienſibus membranis Οὔαρος, id eſt VARUS, adpellatur; quod nomen Caſaubonus ex aliis etiam mſstis nonnullis enotatum reperit. De quo quidem *Varo* nihil aliud compertum habemus; niſi forte *Grammaticum* Athenaeus adpellavit, quem *ſophiſtam* alii dixere, *Laodicenſem*, *Polemoni ſophiſtae* (qui ſub Antonino Pio vixit) *aequalem*; cuius Suidas meminit in Οὔαρος, & uberius Philoſtratus in Vitis Sophiſtar. lib. II. p. 615. ut ad Suidam Kuſterus adnotavit. Commemoratur porro, & diſputans nonnulla inducitur, Ἀρριανὸς, ARRIANUS, *Grammaticus*, III. 113. a. qua ſub perſona quis lateat neſcio: illud vix dubitandum, certum aliquem virum iſto nomine inſignitum voluiſſe Athenaeum; nam poſtquam pauca eum de diverſis *panis* generibus diſputantem fecit, primum ipſe faceto ſale hominem traducit, dicens: (p. 113. d. e.) Ταῦτ' ἐκθεμένου τ' ἀριστάρχεια δόγματα τοῦ Ῥωμαίων μεγαλοσοφιστοῦ, id eſt, *Haec Ariſtarcho-digna placita quum expoſuiſſet primarius Romanorum Sophiſta*: tum de eodem haec facit exclamantem Cynulcum: *Quanta, ô diva Ceres, hominis iſta ſapientia eſt! Non fruſtra ſane diſcipulos habet arenam numero aequantes admirandus hic Blepſias*, [quaſi *Acute-cernens* diceret] *divitiaſque ſibi paravit ex hac praeclara ſapientia tantas, ut opibus Gorgiam ac Protagoram ſuperet.* & quae ibidem ſequuntur. Denique ſemel, (IX. 397. a.) inducitur brevia nonnulla verba inter Deipnoſophiſtas proferens Παλαμήδης, ὁ Ἐλεατικὸς, PALAMEDES *Eleates*, quem ὀνοματολόγον dicit Athenaeus, id eſt, *Vocabulorum collectorem explanatoremque*. Fuit autem verum illud

f *Palamedis* nomen, *Grammatici* alicuius, qui Athenaei aetate vixiſſe videtur, aliunde etiam nobis cogniti; de quo vide Hemſterh. ad Ariſtoph. Plut. p. 98 ſq. Et Ὀνοματολόγος (ut ex Suida in Παλαμήδης intelligitur) proprie titulus erat, quem Grammaticus ille Lexico aut Onomaſtico a ſe edito praepoſuerat.

Sed in *Deipnoſophiſtarum* numero fuerat etiam ipſe noſter ATHENAEUS; qui, cum illorum ſe convivio interfuiſſe dicat, (mox cap. 3. lib. I. p. 2. a.) ſermones ab illis habitos hiſce libris ſeſe expoſuiſſe profitetur. Verumtamen in toto operis decurſu non memini Athenaeum uſquam ſibi ipſi in Deipnoſophiſtarum colloquiis partes aliquas tribuentem: quod ille verecundia ductus feciſſe videtur, quaſi ipſum decuiſſet, inter viros illos, eruditione partimque etiam aliis laudibus inprimis inſignes, attenti auditoris magis perſonam agere, quam eius qui & ipſe ſuas dicendi partes haberet. Eàdem, puto, modeſtiâ factum, ut in omni ſermonum copia varietateque, quos inter ſe convivae illi miſcent, nonniſi bis (quod meminerim) ipſum Athenaei nomen, & id quidem obiter admodum, commemoratum reperiatur: ſcilicet lib. V. p. 211. a. ubi Maſurius Deipnoſophiſta mentionem facit *libri ab* ATHENAEO *de Syriae regibus ſcripti;* & lib. XI. p. 480. e. ubi Plutarchus Deipnoſophiſta, de Poculorum variis generibus nominibuſque differens, ait: *Conficiuntur etiam eximia pocula in convivae noſtri Athenaei patria Naucrati.* Ac diſputat quidem interdum nonnulla Athenaeus, tamquam ſuo nomine loquens: at tunc non ait, iſta a ſe in illo Eruditorum conſeſſu dicta eſſe, ſed rectâ ad ſuum Timocratem, cui totum opus dedicavit, dirigit ſermonem. Sic initio Libri quarti, ubi narrationem inſtituit ſplendidiſſimi epuli nuptialis a Carano praebiti, eique narrationi deinde alia nonnulla (uſque ad p. 134. d.) ſubiicit; ibi non ad convivas tamquam ipſe unus e Deipnoſophiſtis dirigit orationem, ſed ad Timocratem, & quidem non modo in ipſo Libri illius exordio, (ut fere ſolet cum initio, tum in fine, ſingulorum Librorum) verum etiam in media ſua diſputatione, p. 130. e. Pari fere modo lib. III. p. 85. c. ubi doctam ingreditur diſputationem *de Oſtreis aliiſque teſtas incolentibus animalibus*, quae uſque ad p. 94. c. progreditur, ſuo quidem nomine videtur loqui, ſed ita, ut orationem ſuam ad lectorem aut

ad Timocratem ſuum unice convertat, non quaſi ipſe inter Deipnoſophiſtas iſta diſputaſſet. *Adpoſita deinde ſunt nobis*, inquit, *multa oſtrea aliaque teſtacea, quorum pleraque, quae quidem memorabiliora ſunt, apud Epicharmum reperio verſibus illis comprehenſa:* &c. Attamen aliquanto poſt, ubi finita illa diſputatione ad aliud genus rerum pergit; poſtquam dixit, *Circumlatis autem patinis multa carne elixa onuſtis;* veluti ſuae illius rationis oblitus, ſubito *Ulpianum* compellat, & ſic loquitur, tamquam in medio Deipnoſophiſtarum coetu adcumberet. At ibi vereor, ne per librariorum culpam turbatus ſit greſſus orationis, aut nonnihil interciderit: nam aliàs quidem minime abſurdum, immo vero ſatis etiam ſolertem artificem cum in ſignandis perſonis, tum in earum partibus diſtribuendis, & in ſervando toto orationis dramatico colore tenoreque, Athenaeum noſtrum reperiet aequus quiſque perituſque lector. Rurſus libro XII. quo toto diſputatur de *his qui ob Luxum deliciaſque, quibus indulſerant, famoſi olim fuere*, univerſam illam diſputationem nulli alii e convivis tribuit; ut videatur ſignificare velle, eſſe eam ſymbolam a ſe ad *Deipnoſophiſtarum* ſermones collatam; nec tamen id aperte profitetur, ſed *Timocratem* ſuum compellans ait: (XII. 510. b.) *Quoniam obnixe a me contendiſti, ut ſermonem etiam de his qui ob Luxum celebrantur, de eorumque Luxuria, adiicerem, hunc quoque adponam.* Subinde vero etiam, ubi ſuo nomine loqui videri poterat, (quemadmodum libro VII. quo de ſingulis *Piſcium generibus*, nominibus ſecundum literarum ſeriem diſpoſitis, copioſe eruditeque diſputatur) id ita fecit auctor, ut diſerte primum praefatus ſit, (VII. 277. b. c.) ſe nonniſi ea repetere, quae a Deipnoſophiſtis fuerint diſputata; ſed ob differentium multitudinem, quorum alius aliam ſymbolam ad eum ſermonem contuliſſet, noluiſſe ſe ad ſingulas diſputationis particulas nomen adponere convivae, cuius illa ſymbola fuiſſet.

Peracto *Deipnoſophiſtarum recenſu*, haec in Contextu ſubiiciuntur verba: Καὶ ἦν ὁ κατάλογος οὗτος στρατιωτικὸς, φησὶ, μᾶλλον, ἢ συμποτικός. Ubi verbum φησὶ ab Epitomatore adiectum intelligi debet, & ad Athenaeum relatum. *Athenaeus ait*, (inquit Epitomator) *tantum fuiſſe convivarum numerum, ut eorum recenſus videatur militum magis eſſe catalogus, quam convivarum.* Quibus verbis ad Archeſtrati verſus illos reſpexerat, quos paullo inferius ipſos adpoſi-

tos legimus, p. 4. f. ubi poëta praecipit, *convivas ad ſummum quinque eſſe debere; maiorem enim numerum, militum contubernio magis, quam convivio, convenire.*

AD CAP. III.

a Αὐτὸς, ὦ Ἀθήναιε, &c. In ed. Ven. & Baſ. eſt ΤΙ αὐτὸς, ὦ Ἀθ. ubi non de Τί pronomine interrogativo eſſe cogitandum, ſed literas initiales nominis Τιμοκράτης intelligendas, monuit H. Stephanus, Schediaſm. lib. II. c. 1. At ne ſic quidem adiecta illa nota Τι. opus erat, quam & ignorant codices noſtri, & omiſit Caſaubonus, recte, & ex uſu qui in Platonis dialogis obtinet. Nam quoniam nomina perſonarum, Τιμοκράτης, Ἀθήναιος, ſuperne adſcripta ſunt, ſatis hoc eſſe poterat ad intelligendum, eam perſonam, cuius nomen priori loco poſita eſt, dicendi facere initium. Imitatum autem hic eſſe Athenaeum exordium Phaedonis Platonici, iam ſupra notavimus, ubi de Timocrate dicebamus, & ante Caſaubonum monuerat H. Steph. l. c. Simile vero etiam exordium Convivii Platonici reperies, paullo poſt prima dialogi illius verba: intelligeſque, utrumque Platonis locum in animo habuiſſe Athenaeum, cum haec ſcriberet.

Τοῖς ἑταίροις διεξήεις. In ἑτέροις conſentiunt *codices mssti cum editis;* quem conſenſum in notulis contextui ſubiectis a me ſemper indicari voce *vulgo*, ad ſcripturam ibi adlatam adiecta, ſciat teneatque Lector, cuius intereſt fundum diverſarum lectionum cognitum habere. Iſtud ἑτέροις ſi quis tenendum fuiſſe contenderit, teneat illud, fruaturque, quoniam ſic placet. Nec ego quidem abieci, ſed ad oram ſepoſui; conſulto & lubens Caſaubono, ἑταίροις ſcribere monenti, obſecutus; non quidem quod a Platone hoc accepiſſe Athenaeum, ut Caſaubono viſum erat, putarim, (quamquam in prooemio Convivii Platonici reperiri verba huiuſmodi, τοὺς τοῦ ἑταίρου λόγους ἀπαγγέλλειν, bene novi) ſed quod id huius eſſe loci habuerim perſuaſum.

Τῶν καλῶν ἐπικυλικίων λόγων. Non damno ἐπικυλικείων, quod erat editum; ſed noſtros codices ſum ſecutus. De ipſa dictione monuit CASAUBONUS: »Graecum »dicendi genus una voce expreſſit, quo uſus Plato, λέ»γειν ἐπὶ τῇ κύλικι. Verba illius ſunt in Convivio, [T.

» X. p. 254. ed. Bip.] οὕτως οὔτε τι λέγομεν ἐπὶ τῇ κύλικι, a » οὐδέ τι ᾄδομεν; Alii ſcriptores pro eo dixerunt ἐπὶ τοῦ » ποτηρίου, ut Theophraſtus & Plutarchus.« — Sic ille: plura de eadem dictione dabit Hemſterh. ad Luciani Timon. c. 55.

Τρὶς δ' ἀπομαξαμένοισι θεοὶ διδόασιν ἄμεινον· ὥς που φησὶν ὁ Κυρηναῖος ποιητής. » Scribunt multi veteres codd. » τρὶς δ' ἀποδεξαμένοισι. Quam παραδιόρθωσιν non dubito » ab illis profectam, qui veram ſcripturam non intellige- » bant, pridem expoſitam nobis ad Theophraſtum. Omni- » no enim ad veterem *circumferendi & luſtrandi ritum* allu- » ſit poëta, huius verſiculi auctor, ſive is *Callimachus*, ſi- » ve *Eratoſthenes*. Proprie id ſignificatur hac paroemia, » quod aliis verbis Cicero extulit, cum ait, *Omnia levius* » *caſura rebus divinis procuratis*, de Divinat. libro II. [c. » 10.] Longius deinde proverbii uſus extendi coepit, & » tunc quoque uſurpari, cum ad *iterum ſubeundum exhau-* » *ſtum iam laborem* hortari aliquem vellent. Sic hoc loco ac- » cipitur a Timocrate: eodem plane ſenſu atque illud vulgo » notum, δὶς καὶ τρὶς τὰ καλά. Verebatur enim ille, ne » grave eſſet Athenaeo, longum adeo ſermonem, narra- » tum iam aliis, retexere, &, ut poëta ait,

αὖτις ἀριζήλως εἰρημένα μυθολογεύειν.

» Haec loci huius mens, hic proverbii iſtius uſus: quod » etiam confirmat anus illa, quae apud Antiphanem co- » micum ſtimulans ipſa ſeſe ad bibendum, φέρε, inquit, » μέχρι τριῶν γάρ φασι τιμᾶν τοὺς θεούς. Ritui circumla- » tionis, quae voce ἀπομάττεσθαι declaratur, ſimilis » fuit veterum illa ſuperſtitio, quae in XI. Geoponico- » rum [cap. 18.] legitur, tergendi oculos tribus roſarum » calyculis; quod dixit ille auctor τρισὶ ῥόδων κάλυξιν » ἀπομάξασθαι τὰ ὄμματα. Similia his multa item alia » apud veteres, parum iis obſervata, qui adeo abſurdas » verſiculi huius παροιμιώδους interpretationes ſunt com- » menti.« Sic ad hunc locum commentatus eſt CASAUBONUS. Ubi illud ſtatim moneo, prudenter feciſſe doctum commentatorem, quod verſiculum iſtum, de quo agitur, non pro certo ad *Callimachum* auctorem retulerit; quem eumdem verſiculum Bentleius, neſcio quo documento nitens, citra ullam dubitationis ſignificationem, Callimacho auctori tribuit, in Fragmentis illius Poëtae p. 512. ed. Erneſt. num. 189. Erat quidem utique Cyrene

a oriundus Callimachus, potueratque adeo iſto nomine *Cyrenaei poëtae* deſignari; quem ipſe etiam Caſaubonus in Notis ad Theophr. intelligendum h. l. cenſuerat: at nuſquam aliâs ea adpellatione utentem Athenaeum, ubi de Callimacho loquitur, memini; contra lib. II. p. 36. f. ubi rurſus τὸν Κυρηναῖον ποιητὴν laudat Noſter, haud dubie *Eratoſthenem* dicit, ut ad illum locum videbimus. Nec vero adſecutus ſum, idem Bentleius quid ſive in mente ſive ob oculos habuerit, cum in eodem verſiculo, ubi Athenaei locum in Nota adfert, ἀπομαξομένοισι ſcripſit, quaſi ita apud Athenaeum editum eſſet, ac tunc demum monuit, ἀπομαξαμένοισι legendum; quam ipſam tamen ſcripturam (ἀπομαξαμένοισι) omnes quae exſtant Athenaei editiones, Aldina, Baſileenſis, & tres illae quae Caſauboni nomen praeferunt, communi conſenſu tenent; in qua nec noſtri codices manuſcripti quidquam mutant, pariter & illam quam Bentleius adtulit ſcripturam ἀπομαξομένοισι neſcientes, & illam ἀποδεξαμένοισι, quam in neſcio quibus vetuſtis codicibus Caſaubonus ſe reperiſſe profeſſus eſt. Ad ſententiam verſus quod adtinet, eam Dalechampius latino hoc verſiculo expreſſam voluit:

Scilicet abſterſis ter, Dii donant meliora.

A quo parum diſceſſit Bentlei: *Ter autem ſe abſtergentibus Dei dant melius.* ERASMUS in Adagio, *Faciem perfricare*, & *Frontis perfrictae*, (artic. *Imprudentia*, p. m. 316.) cum monuiſſet; »*Frontem aut faciem perfricuiſſe* dici, qui pudorem omnem dedidicerunt, velut abſterſo manu a fronte »pudore;« eodem fortaſſe pertinere ait iſta verba ab Athenaeo e Cyrenaeo poëta adducta, & „Subindicat, »(inquit) ni fallor, *impudentius* id *poſtulari*, ut quae ſint »acta in convivio, narret.« Quem potiſſimum in animo habuiſſe Caſaubonum, cum *abſurdas* nonnullorum *interpretationes* diceret, ex eiuſdem ad Theophraſti Charact. notis p. 304. intelligitur. Paullo tamen propius ad Caſauboni interpretationem idem ERASMUS alio loco accedit, (tit. *Modeſtia;* Adag. *In tuum ipſius ſinum inſpue.* p. m. 507.) ubi eumdem locum, de quo agimus, ſpectans, ait: »Indicat Athenaeus, *priſcos ad depellenda mala ſolitos ter* »*abſtergeri.*« — Planius vero & apertius praeiverat Caſaubono ADR. IUNIUS, qui in Adagio *Beatis bona obtingunt* (artic. *Induſtriae*, p. m. 369.) locum noſtrum ſic interpretatur: „Poſtularat Timocrates communicari ſibi ſermones

» eruditos in menſa variis de rebus habitos, neque pa- a
» tiebatur ſe excludi ab ea auditione tanquam profanum,
» & myſteriorum cognitione indignum. Solebant vero an-
» tea quam ſacra attingerent, luſtrari ter ſe lavando aut
» circumferendo: quod ipſum antiquum eſt ſacrorum ver-
» bum, pro purgare &c.« Ac videtur utique verbum ἀπομάττειν (ut ad Theophraſti Charact. cap. περὶ Δεισιδαιμονίας p. 304. adnotavit Caſaub.) de *luſtratione* ſive *purgatione* uſurpari apud Demoſth. pro Cor. p. 506. ed. Harl. ubi ait, καθαίρων τοὺς τελουμένους, καὶ ἀπομάττων τῷ πηλῷ καὶ τοῖς πιτύροις, id eſt, (ut idem interpretatur Caſaub. a quo tamen in omnia alia diſceſſit Taylor in Notis ad eadem verba, p. 304 ſeq. ed. Reisk.) *purgans initiatos, & abſtergens luto & furfuribus.* Igitur »Sic accipiendum (ait Caſaub. ad Theoph. ib.) » & in illo Callimachi, ut pu-
» to, verſiculo, initio Athenaei, - - quem locum non
» recte Eraſmus & alii aliorſum conati ſunt trahere, cum
» ex hoc ritu ſit explicandus.« — Eumque ritum ſpectaſſe poëtam, cuius eſt ille verſiculus, magis etiam probabile videri poterat e verbis adiectis Ζεοὶ δίδοασιν ἀμεινον, quae adludere videbantur ad formulam illam in eiſdem purgationibus ſollennem, quam & Demoſthenes ibidem continuo adiecit, ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἀμεινον. Sed in hanc partem accipiendo verbo ἀπομάττεσθαι, oportebat illud hoc loco non ad Athenaeum, verum ad Timocratem referre, totumque locum eadem ratione interpretari, qua ab Adr. Iunio (haud ſane ita abſurde) factum vidimus. At orationis connexio videbatur tamen potius deſiderare, ut ad Athenaeum referretur argumentum huius verſiculi, quo in hanc ſententiam uſus eſſet hoc loco Timocrates, ut *Athenaeo* diceret, *poſtquam is iam uni aut alteri amicorum expoſuiſſet doctos illos ſermones convivales*, melius etiam ei rem ceſſuram, ac felicius, *exactiuſque eum ſingula, quae diſputata a Deipnoſophiſtis fuiſſent, & memoriâ ſecum repetiturum eſſe, & verbis expreſſurum.* Et tali quodam modo accipiendum iſtum verſum perſpecte quidem vidit Caſaubonus: ſed, quo pacto ea ſententia verbis poëtae aut ineſſet aut ſubiici poſſet, parum feliciter declaraſſe mihi viſus eſt, cum ait: uſum *proverbii*, quo *de luſtrationibus* proprie agebatur, latius deinde extendi coepiſſe, ut uſurparetur illud etiam *de iterum ſubeundo labore iam exhauſto.* Nam, quum latioris illius uſus nullum aliud protulerit exemplum, ſed ex hoc

a uno Athenaei loco illum ſatis firmatum cenſuerit; frigidum atque etiam violentum quodammodo videri debebat, ſtatuere, illud, *qui ter ſe abstergit*, idem hic valere ac *qui ter eumdem ſubit laborem*. Quid enim aut *abſtergendi* notio commune habet cum notione *eumdem laborem iterandi?* aut quo tandem pacto *repetitio ſermonum convivalium*, quam ab Athenaeo poſtulat Timocrates, cum *luſtrandi caerimonia* potuit conferri? Id docere debebat Caſaubonus, quo ſuam illam interpretationem probaſſet Lectoribus, quos non unice in verba iurantes magiſtri ſibi propoſuiſſet. Atqui, non per latiorem ſive longiorem, ut Caſaubonus ait, proverbii extenſionem, ſed per proprium & inprimis uſitatum verbi ἀπομάττεσθαι ſignificatum, id ipſum dicit poëta, quod ab eo dici cum eodem Caſaubono intelligimus. Scilicet, praeter *abſtergendi* notionem, alia ineſt verbo ἀπομάξασθαι, non minus pervulgata, qua idem valet hoc verbum ac ἀποτυποῦν, ἐκτυποῦν, ἐκμάξασθαι, id eſt, *imprimendo typum aliquem vel ſigillum in ceram vel lutum exprimere eam figuram quam praeibat typus*, adeoque *imitando repraeſentare, effingere;* &, generatim, *imitari, iterare, repetere:* quam in partem complura ex pluribus auctoribus exempla cum ab H. Stephano in Theſ. Gr. Ling. T. II. col. 802. f. tum ab Hemſterhuſio ad Pollucem p. 1116. prolata ſunt. Quo & ſpectat quod Heſychius habet, Ἀπομάττεσθαι· ἀναλαβεῖν, μιμήσασθαι: & Suidas, Ἀπομάττεσθαι· ἀναλαβεῖν, μιμεῖσθαι, καὶ ἀποτυποῦν &c. ubi verbum ἀναλαβεῖν non, ut vulgo (in Kuſteri certe editione) factum video, *ſuſcipere* vertendum erat, ſed *repetere, iterare;* quae notio illius verbi non praetermiſſa eſt a Lexicographis. Haud vero alienum videtur, quod Caſaub. monuit, reſpici ſimul ad illud proverbium, Δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν. id eſt, χρὴ τὸ καλὸν πολλάκις λέγειν, ut cum Zenobio III. 33. interpretatur Suidas in Δὶς ἑπτὰ &c. At nunc hoc amplius dicit poëta, *ubi tertia vice effingitur exemplum, de prototypo exemplari ductum, meliori ac feliciori ſucceſſu id fiet.* Sermones a Deipnoſophiſtis habiti, *exemplar* ſunt *prototypon;* cuius ἀπόμαγμα eſt narratio & repetitio eorumdem ſermonum ab Athenaeo facta ſodalibus, quos eoſdem & ſibi nunc repeti cupit Timocrates.

AD CAP. IV.

b Quod ait πολλοὺς τῶν ἀπὸ παιδείας, pervulgatae ſunt

dicendi formulae, οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς, *Stoici*, οἱ ἀπὸ τοῦ b περιπάτου, *Peripatetici*, IV. 151. e. 153. f. & his similes aliae: sed paullo insolentior ista videri poterat, οἱ ἀπὸ παιδείας, *eruditi, literati.* Simillima vero ratione & οἱ ἀπὸ τῶν μαθημάτων *mathematici* dicuntur, & οἱ ἀπὸ φιλοσοφίας καὶ λόγων, *philosophi & literarum studia tractantes.*

Οὐ μόνοις τοῖς ἄλλοις. Sic editt. vett. consentientibus mssris. οὐ μόνον edidit Casaub. praeter necessitatem a librorum scriptura discedens.

Quod ait μετὰ κριτικῆς καὶ Σωκρατικῆς ἐπιστήμης, nota omnibus est admiranda illa Socratis in interrogando solertia: κριτικὴν vero recte monuit Casaub. non ad eam artem hic referri, unde Critici dicti Eratosthenes, Aristarchus, aliique veterum; sed ad animi facultatem κριτικὴν, id est, ad iudicium & acumen. Commodius igitur verba ista latine sic reddi poterant, *cum sagaci* (vel, *cum solerte*) *& Socratica quadam scientia.* τῶν ζητήσεων τὴν τήρησιν *quaestionum subtilitatem ac inventionem* interpretatus erat Dalechamp. Commodius *miram quaestionum seriem* Casaub. Proprie *observationem quaestionum*, id est, *ordinem rationemque quam in eis proponendis ille tenebat.* Paullo inferius τήρησις τῶν δογμάτων est *observatio & studium senatusconsultorum* sive *edictorum.*

Ὑπὸ τοῦ πάντ' ἀρίστου βασιλέως Μάρκου. *ab optimo ma-* c *ximo Imperatore Marco.* Cum prima haec nota esset, quae in Athenaei opere occurreret, e qua de aetate auctoris coniectura quaedam capi posset, inde factum puto, ut ipsum *Athenaeum* Suidas *Marci Imperatoris aetate vixisse* proderet; quod tamen ex hoc loco haud satis certa ratione colligebatur. Videtur enim Larensium suum Athenaeus fingere se ipso aetate grandiorem: &, quod *hunc* ait *ab Imp. Marco sacris fuisse praefectum*, id iam olim factum statuere potuit. Similiter rursus alibi (lib. I. p. 20. c.) sive ipse Athenaeus, sive potius Deipnosophistarum aliquis, qui ab eo loquens inducitur, *Memphin saltatorem*, qui sub Imperatore Vero, Marci collega, claruit, *sua aetate* ait *vixisse.*

Ἀστεροπαῖόν τινα. Heroëm *Asteropaeum* παρὰ δέξιον fuisse ait Homer. Iliad. φ'. 163. quod *ambidextrum* interpretantur, nempe ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ δεξιῶς χρώμενον. Eam adpellationem festive Athenaeus ad *utriusque linguae scientiam*, graecae latinaeque, adcommodavit. Quod autem

c dicit ἐπίσης ἀμφοτέρων τῶν φωνῶν προϊστάμενον, id est, *quasi antistitem utriusque pariter linguae*, significat, *exquisitam perfectamque ac minime vulgarem* in hoc viro fuisse *utriusque sermonis peritiam.*

Mox dein ἱερουργιῶν scripsi, ut postulabat usus, praeeunte Brunckio, qui in ora sui libri hoc notaverat. Vulgo omnes ἱεροεργιῶν, nescio quo sive casu sive consilio. Πομπιλίου, ut par erat, correxit editor Venetus, cum Πομπηΐου mendose darent libri.

d Ἔτι δὲ νόμων συναγωγῆς, (οὓς ἔτι διδάσκουσιν,) ὡς τὰ Πινδάρου ὁ κωμῳδιοποιὸς Εὔπολίς φησιν, ἤδη κατασεσιγασμένων ὑπὸ τῆς τῶν πολλῶν ἀφιλοκαλίας. Pro συναγωγὴν, quod erat in edd. & msstis, συναγωγῆς correxi, praeeunte Turnebo (qui primum Athenaei librum olim speciminis caussa separatim ediderat, suis coniecturis emendatum) & Brunckio: quam emendationem connexio orationis necessario desiderare visa est, ut genitivus συναγωγῆς (pariter atque ψηφισμάτων & δογμάτων) penderet a nomine τηρήσεως. Scilicet *iuris civilis scientiam comparasse sibi Larensium* ait *ex observatione* (sive *notatione ac studio*) *veterum plebiscitorum ac senatusconsultorum*, (sic enim ψηφίσματα & δόγματα interpretari licet; sive magis generaliter malueris, *decretorum edictorumque*) *tum etiam ex studio collectionis legum* &c. Istam autem *collectionem veterum legum*, quas *adhuc in scholis doceri* ait, *vulgo non amplius legi solitas, &, quamquam per se praeclarae essent, tamen veluti vetustate obliteratas & neglectas;* istam, inquam, veterum Legum collectionem Athenaeus, ut mihi quidem videtur, *XII Tabularum leges* dixerat. Cum quo fere convenit quod apud Ciceronem de Legib. I. 5. legitur: ubi, postquam de fontibus iuris naturalis Tullius dixerat, respondet Atticus: *Non ergo a praetoris edicto, ut plerique nunc, neque a XII tabulis, ut superiores, sed ex intima philosophia hauriendam iuris disciplinam putas.* Ab hac nostra emendatione interpretationeque in omnia alia discedens Casaubonus, haec ad hunc locum commentatus erat, quae adponere non gravabor, ut penes Lectores integrum maneat iudicium. „Ait Athenaeus, ἔτι δὲ νόμων συναγωγὴν, οὓς ἔτι »διδάσκουσι. Inest orationi vitium: deest enim verbum, »sine quo non potest esse ὁ λόγος ἀρτίπους: puta ποιῆσαι, »aut aliud simile. Imo vero ita scribendum est, ἔτι δὲ νό»μους συναγαγεῖν, & paulo post, ἤδη κατασεσιγασ-

» μένους: nam κατασεσιγασμένων in noſtram editionem e » mſstis male irrepſit.« [Scilicet κατασεσιγασμένους erat in ed. Ven. & Baſ. quod ex editoris Veneti ingenio profectum videtur; nam in genitivum caſum conſentiunt noſtri mssti cum eis quibus Caſaub. uſus eſt: & ferri hoc potuit, adeoque debuit, verba iſta οὐς ἔτι διδάσκουσιν velut in parentheſi poſita intelligendo, quare & ſignis parentheſeos ea incluſimus.] » Quae ſequuntur verba, οὐς ἔτι διδάσκουσι, » Athenaei non eſſe evincit particula ἔτι: neque enim ſic » eſſet locutus de re paucis ante inſtituta annis. Sunt vero » Abbreviatoris, qui poſt Iuſtiniani tempora natus, & in li- » beralibus quam Iuris civilis ſtudiis verſatior, putavit » falſo, Corpus legum quae in utraque Roma & Beryti » ipſius aetate docebantur, id ipſum eſſe quod a Lauren- » tio compoſitum ait Athenaeus. Nos non dubitamus, ſi » quem Romanarum legum Codicem Laurentius unquam » compoſuit, delituiſſe eum in privatarum bibliothecarum » aut etiam fortaſſe propriis ipſius forulis. Nam ſi lucem » vidiſſent illae Pandectae, aut in Iuris ſcholas ſemel fuiſ- » ſent admiſſae, extaret haud dubie illius hodieque in Iu- » riſconſultorum libris aliqua mentio: ſicut perpetui Edi- » cti, quod a Salvio Iuliano iiſdem fere temporibus fuit » compoſitum. Adrianus Turnebus, acerrimi iudicii vir » & profundae eruditionis, emendabat olim, ἔτι δὲ νόμων » συναγωγῆς: ingenioſiſſima coniectura, quam equidem » neque probem neque improbem temere, priuſquam do- » ctiorum ſuper ea fuerint habita comitia. *Pindarum* dixit a » Eupolis comicus κατασεσιγᾶσθαι, id eſt, *non ſolitum* » *legi*, ſed *ſilentio quaſi obrui* a ſui temporis hominibus. » Certum eſt, dictum hoc fuiſſe ab Eupolide corruptam » ſuorum hominum diſciplinam & vitam obiurgante, quod » mollia & laſciva aliorum poëtarum erotopaegnia Pin- » daricae Muſae, hoc eſt, foedam plumbi ſcoriam puro » puto auro anteponerent.“ — Haec ille: quibus unum hoc, ad Eupolidem quod ſpectat, adiicere liceat, verſum huius poëtae, quem ſpectaverat Athenaeus, videri huiuſmodi fere fuiſſe:

ἤδη τὰ Πινδάρου κατασεσιγασμένα.

Illa autem verba ὑπὸ τῆς τῶν πολλῶν ἀφιλοκαλίας ſuo nomine Athenaeus videtur adieciſſe.

Βιβλίων -- ἀρχαίων Ἑλληνικῶν. Copulam τε, quam ad Ἑλληνικῶν adiectam habent editi libri, ignorant mssti; re-

a de, ut mihi visum erat. Scilicet Latino sermone scriptos libros parum curat Graecus scriptor Athenaeus, solorum Graecorum voluminum habens rationem. Mox dein Πολυκράτην & Νικοκράτην & Ἀριστοτέλην scripsi, codices nostros secutus, cum litera ν in fine abesset in editis.

Εὐκλείδην τε τὸν καὶ αὐτὸν Ἀθηναῖον. »*Euclides*, qui in»ter antiquissimos supellectilis librariae collectores nomi»natur, archon fuit Athenis non multo post institutum »id genus magistratus. Is est enim de quo exrat prover»bium, πρὸ Εὐκλείδου, vel ὑπὲρ Εὐκλείδου.« Casaub. — De eo *Euclide* vide Fabric. Bibl. Graec. T. II. p. 368. not. e. & auctores ibi laudatos.

Καὶ τὸν τὰ τούτου διατηρήσαντα βιβλία Νηλέα· παρ' οὗ πάντα, φησὶ, πριάμενος ὁ ἥμεδαπὸς βασιλεὺς Πτολεμαῖος, Φιλάδελφος δὲ ἐπίκλην, &c. „Lege τὰ τούτου, non τὰ »τούτων. Unius enim, quod sciam Aristotelis biblio»theca, a Theophrasto prius possessa, ipsius dein Theo»phrasti testamento ad Neleum pervenit. Nota historia »ex Strabone, [lib. XIII. p. 608 sq.] Plutarcho, [in Syl»la, p. 468. ed. Francof.] Diogene. [V. 52.] Discas »ex Strabone, quomodo illud παρ' οὗ mox sit capien»dum: & quam sit verum, emisse Ptolemaeum a Neleo, »aut eius posteris, libros philosophi.« Casaub. — Nisi post Ἀριστοτέλην τε τὸν φιλόσοφον, sive Epitomatoris culpâ, sive librariorum, interciderunt quaedam verba huiusmodi, καὶ τὸν τούτου μαθητὴν Θεόφραστον, haud dubie τούτου pro τούτων fuit corrigendum. Gallicus quidem Athenaei interpres, τούτων tenens, inter Aristotelis Neleique nomina *Theophrasti* nomen medium interserere non dubitavit. Nempe, Aristotelem Theophrasto, Theophrastum Neleo suas bibliothecas testamento reliquisse, satis constat: &, quemadmodum probabile erat, Aristotelis bibliothecam post eius obitum auctam fuisse a Theophrasto, sic etiam Strabo, de *Theophrasti bibliotheca* loquens, disertis verbis ait, *in ea comprehensam fuisse Aristotelis bibliothecam*. Caeterum, istam Theophrasti Aristoteliscque bibliothecam a Ptolemaeo Philadelpho emtam esse, nemo, quod sciam, praeter Athenaeum nostrum, tradidit: quin potius clare docere videntur Strabo & Plutarchus, bibliothecam illam, diu absconditam & situ squaloreque corruptam, ad extremum ab aliquo e Nelei posteris Apelliconti Teio venditam esse, & post huius obi-

tum a Sylla Romam delatam: cum quibus etiam ipſe a Athenaeus lib. V. p. 214. d. e. conſentire videtur. Quos auctores cum Athenaeo, ipſumque Athenaeum ſecum, ſi conciliare oportet, ſtatuendum erit, (quod & ipſe Strabo & Plutarchus ſignificare videntur) ipſorum maxime duorum philoſophorum ſcripta, Ariſtotelis & Theophraſti, a Nelei poſteris, nempe ut longe pretioſiſſima κειμήλια, ſtudioſe recondita fuiſſe, nec prius e manibus emiſſa quam ſitu & humiditate ad extremum corrupta fuiſſent: quod non impedit quo minus credere poſſimus, iam olim ipſum Neleum (quemadmodum dicere Athenaeus videtur) grandem fortaſſe natu, & lucri amore captum, aut eius proximum haeredem, reliquam bibliothecam, quae Ariſtotelis Theophraſtique fuerat, Ptolemaeo Philadelpho vendidiſſe. Ad graeca verba quod ſpectat, haud ſatis commoda videtur δὲ particula poſt Φιλάδελφος, quae nihil prorſus quo referatur habet; niſi forte ante iſta verba intercidit aliquid, verbi cauſſa, ὁ δεύτερος, aut βασιλεὺς δεύτερος Πτολεμαῖος, quemadmodum pater eius Πτολεμαῖος ὁ πρῶτος adpellatur V. 203. a. In Νιλέα recte conſentiunt mssti cum ed. Ven. & ſic reſtitutum eſt in ed. 3. Caſ. cum in ed. 1. & 2. perperam Πηλέα, in ed. Baſ. vero Νιλέα fuiſſet excuſum.

In ANTIPHANIS *verſu poſteriori* recte ὅπου τε habent b edd. ubi particula τε, quam deſiderabat metrum, deeſt noſtris mssts. Talia pleraque (ubi in eamdem mendam uterque noſter codex conſentit, cum veram aut certe probabilem lectionem editio Veneta habeat) ex docti editoris Muſuri ingenio emendata eſſe ſciendum eſt: plures enim myriadas ſphalmatum ex Athenaeo ab illo viro ſublatas eſſe, ipſe titulus editionis Aldinae profitetur. Verſibus Antiphanis latinam Grotii verſionem ſubieci ex eiuſdem Excerpt. p. 632. THEBANUS *poëta*, PINDARUS eſt; cuius verſiculi ducti ſunt ex Ode Olymp. I. 22.

Ἔχοντι τοῖς φίλοις. Perperam ἔχοντα mssti. Mox pro c κωμῳδιοποιὸν eſt κωμῳδοποιὸν in ed. 3. Caſ. κωμικὸν vero in noſtris codd. quarum ſcripturarum nulla per ſe improbanda. Sed quam mediam poſui, ea in hunc locum caſu aut per operarum incogitantiam irrepſit, adeoque non fuit nobis repetenda. Vocabulo κωμικὸς Epitomator ſolet uti, ubi locus e *comico poëta* adducitur: ipſe vero Athenaeus (ut quidem loca quam plurima ex eis libris, quos inte-

c gros habemus, declarant) iſtam vocabuli formam, quam h. l. ex ed. Ven. & Baſ. & prima Caſauboniana tenui, κωμῳδιοποιὸς frequentaverat; in quam eamdem etiam paulo ſuperius in ipſa Epitome (p. 3. a.) libri omnes conſentiebant.

Pulcros APOLLODORI verſiculos recepit Grotius in ſua Excerpta p. 806 ſq. unde latinam verſionem adſcivi. Eoſdem laudarunt, ac partim emendarunt, cum alii, tum Toup ad Theocr. p. 328. & Valckenaer ad Theocriti Adoniaz. p. 353. *Verſ.* 5. ἔσηνε utique malueram cum Toupio, quam formam aoriſti primi verborum in αινω Atticis praeſertim frequentatam eſſe docent grammatici. Sed quum in ἔσανε nihil diſcreparent libri, ferendum hoc cum Grotio & Henr. Stephano (in Schediaſm. II. 1.) putavi. At, quod ſequebatur, ὑπήντησέ τις, id vero nec orationis connexio ferebat, nec metrum. Quare non dubitavi Grotii emendationem adoptare, quam eamdem & Toupius ſuam fecit, (ſive ipſe in eam inciderat, ſive, unde acceperat, oblitus erat:) & Valckenaer ſuo calculo adprobavit.

AD CAP. V.

d Cum ſic legeretur vulgo, conſentientibus libris, Τοιούτους ἔδει καὶ τοὺς λοιποὺς εἶναι πλείους, CASAUBONUS: »Aut ego fallor, inquit, aut non eſt oratio iſta Graeca. »Scribo καὶ τῶν λοιπῶν. Poteſt & alia emendationis ratio »iniri, mutata voce πλείους in πολίτας.“ — Mihi vero, ſicut nec vulgata ſcriptura placuerat, ſic neutra ex emendationibus a Caſaub. propoſitis faciebat ſatis: quarum loco cum ab Adamo, qui ante Villebrunium gallicam Athenaei verſionem inſtituerat, πλείους iſtud in πλουσίους mutatum vidiſſem; temperare mihi, quin hoc ipſum reciperem, non potui: nec veritus ſum, ne eam emendationem cuiquam paulo ſubtilioris iudicii lectori minus eſſem probaturus.

Quod vulgo legebatur, Τί μικρολογεῖς; non ferendum duxi. Nec enim graecum verbum eſt μικρολογέω, ſed μικρολογέομαι, μικρολογοῦμαι. Itaque ex imperito corrigendi ſtudio ortam iſtam ſcripturam ſuſpicatus ſum, cum μικρολογεῖ atticâ formâ pro μικρολογῇ ſcriptum fuiſſet. Quamvis vero praeciſe Caſaubonus pronunciet, falli eos, qui ex aliquo poëta ſumta iſta verba putant; tamen

ita plane adducuntur illa ab auctore noſtro, ut a drama- d
tico aliquo poëta utique mutuata mihi videantur. Ea qui-
dem quae ſequuntur, πλεῖαί τοι οἴνου κλισίαι &c. disiecta
membra ſunt duorum Homericorum verſuum ex Iliad. ι'.
70 ſq. coll. Il. ν'. 475.

Κόνων δὲ — — τειχίσας τὸν Πειραιᾶ. Rem narrat Xe-
nophon Hiſt. Graec. lib. IV. p. 404. & 419 ſq. (ed. Baſ.
1569.) tum Diodor. Sic. XIV. 83 & 85. & Cornel. Nep.
IX. 4. Nec vero *hecatombes* hi mentionem faciunt; quam
vere, *non falſo nominatam*, *ſacrificaſſe Cononem* ait Athe-
naeus; id eſt, *centum re vera bobus mactatis*. Notus eſt enim
varius apud veteres vocabuli Ἑκατόμβη uſus, de quo con-
ſuli Grammatici poſſunt, Heſychius, Etymologus, & Eu-
ſtath. ad Iliad. α'. p. 36 extr. & ſq. Apud Suidam, in
Ἀθήναιος, ubi nonnulla ex hoc ſermone *de munificis convi-
vatoribus* decerpta leguntur, perperam haec, quae ad *Co-
nonem* ſpectabant, ad *Alexandrum M.* referuntur, verbis
nonnullis per amanuenſis culpam praetermiſſis.

Ἀλκιβιάδης δὲ, Ὀλύμπια νικήσας ἅρματι πρῶτος καὶ e
δεύτερος καὶ τέταρτος. Sic „Thucydides (VI. 16.) ſcribit,
» Alcibiadem ex ludis circenſibus Olympicae ſolennitatis
» palmam reportaſſe primam, ſecundam & quartam. Eu-
» ripides vero, ut obſervat Plutarchus, [in Alcibiad. p.
» 196. ed. Francf.] *tertiam* dixit, loco *quartae*.» Casaub. —
Conf. quae Dukerus notavit ad Thucyd. l. c. Quod ait,
εἰς ἃς νίκας καὶ Εὐριπίδης ἔγραψεν ἐπινίκιον, ex illo *Eu-
ripidis carmine* Plutarchus l. c. hos verſiculos citavit, quos
& Musgravius in Euripidis Fragm. p. 607. retulit:

Σὲ δ' ἀείσομαι, ὦ Κλεινίου παῖ.
Καλὸν ἃ νίκα· καλλίστον δ'
(ὃ μηδεὶς ἄλλος Ἑλλάνων)
ἅρματι πρῶτα δραμεῖν
καὶ δεύτερα καὶ τρίτα,
βῆναι δ' ἀπονητὶ
δὶς στεφθέντ' ἐλαίᾳ
κάρυκι βοᾷν παραδοῦναι.

Paulo poſt, πανήγυριν ἅπασαν erat editum; percom-
mode id quidem: ſed πᾶσαν dedere noſtri codices, quos
ſecutus ſum. Habet tamen ἅπασαν Suidas etiam in Ἀθή-
ναιος.

In ſcribendo nomine Λεώφρων (cum in Λεόφρων con-
ſentirent edd. & mssti & Suidas l. c.) Caſaubono obtem-

e peravi, monenti ſic ſcribendum, ut Λεωπρέπης & Λεώκριτος, aliaque nomina hominum Athenienſium ad id exemplum; aut Λαόφρων, ut Λαοσθένης.

De *Empedoclis bove* conf. Diog. Laërt. VIII. 53. ibique Menag. Ex melle & farina confectum illum bovem Laërtius tradit. Sic olim Pythagoras, cuius ſectam ſecutus Empedocles eſt, poſt inventum theorema de laterum trianguli rectanguli ratione, bovem e farina effictum Diis ſacrificaſſe fertur, (ut narrat Porphyr. in eius Vita cap. 36.) abſtinens ſcilicet animalibus, ac nonniſi farre, libo, thure ac myrrha placare numen ſolitus.

f Ἑκάστῳ τῶν Ἀθηναίων ἔδωκε Χίου κεράμιον. *Athenienſium cuique Chii vini plenum fictile donavit.* CASAUBONI iudicio ſteti, cuius eſt ad hunc locum Animadverſio huiusmodi: » Narrat deipnoſophiſta, Ionem Chium tragicum, » Athenis coronatum contra ſuos antagoniſtas eiuſdem » generis poëtas, viritim cuique civium dediſſe Χῖον κε» ράμειον, *fictile Chium*: neque interpretibus, neque aliis » viris doctis, qui hunc locum tractarunt, ulla oborta » mendi ſuſpicio in his verbis. Ac fieri poteſt, ut recte » habeant. Acrius tamen cogitanti mihi de auctoris men» te, videtur legendum Χίου κεράμιον, *vini Chii ple» num fictile*, non Χῖον. Iudicii huius cauſſas habeo iſtas: » primum, quod inter *rarae cuiuſdam munificentiae exempla* » recenſetur haec Ionis diviſio. Egregiam vero liberalita» tem, *teſtis Athenienſes donare*, populum celſi animi, & » altum adeo ſpirantem! Accedit eo, quod *Chiarum figlina» rum* tam altum apud veteres ſcriptores ſilentium, quam » frequens in eorum ſcriptis *vini Chii* habetur mentio. Quid » quod fictilium palma penes Athenienſes fuit illis tempo» ribus? qua de re vide infra cap. 22. (p. 28. c.) Itaque » figulina Athenas ex Chio aſportare, id vero fuiſſet quod » Attici ſcurrae dicebant, *Noctuam Achenas.* « — De Athenienſium arte vaſa e terra fingendi conferri poſſunt, quae ex Eratoſthene apud Macrob. Saturn. V. 21. ex Plutarch. T. II. p. 42. d. & ex Ariſtoph. Acharn. 901 ſq. adnotavit Iacobs ad Anthol. Vol. I. P. II. p. 141. De vocabulo κεράμιον notaſſe hoc loco iuvabit errorem in Suidae editionibus corrigendum. Ibi, in Küſteri quidem editione, ſic legitur: Κεράμειον. ἀγγεῖον. τὸ δὲ κύριον Κεράμιον, διὰ τοῦ ι. εἰ μὴ πρόσκειται τὸ ἀγγεῖον. καὶ κεράμειαι τεύχη. Quae latine ſic vertunt: Κεραμειον. *Cum de vaſe dicitur,*

(*significans* figlinum, *per* ει *scribitur.*) *At nomen proprium* f Κεράμιον, *per* ι. *Nisi addatur* ἀγγεῖον. *Et* κεράμεια τεύχη, *vasa figlina.* Qua in versione quot verba, tot fere errores. Dele in Graecis punctum post Κεράμειον, ut cohaereant verba Κεράμειον ἀγγεῖον, quemadmodum in fine iuncta sunt ista, κεράμεια τεύχη. Tum vero post κύριον scribe κεράμιον, minuscula litera initiali, non maiuscula. Denique sic verte: Κεράμειον ἀγγεῖον. *Figlinum vas.* [*Scilicet adiectivum vocabulum per diphthongum* ει *scribitur.*] *Substantivum vero,* Κεράμιον, *per simplicem vocalem* ι, *ubi non adiectum est nomen* ἀγγεῖον. *Pari modo* κεράμεια τεύχη *dicuntur figlina vasa.* Conf. Athen. XI. 473. b. & IV. 154. b. At librariorum vulgus, quo & nostri sunt referendi, sicut omnino vocales ει & ι susque deque habent, sic & in his vocabulis distinctionem illam, de qua Suidas monuit, parum curare soliti sunt. Recte vero apud Hesychium scribitur: Κεράμιον· τὸ τοῦ οἴνου ἢ ὕδατος σταμνίον. Caeterum dissimulare non debeo, scripturam Χῖον, quam habent hodie libri omnes pro Χίου, iam ante Epitomatoris aetatem codices Athenaei occupasse. Sic certe iam & Suidas, quem integris duobus prioribus Athenaei libris usum esse probabile fecimus, hic legerat, & Aristophanis Scholiastes ad Pacem vs. 835. Eademque scriptura, quam in voce Ἀθήναιος secutus est Suidas, ubi plura hinc verba citavit, rursus apud eumdem Suidam in voce Χῖον repetitur; ubi alterum quoque vocabulum corrupte κεράμειον scribitur, cum priori loco recte κεράμιον esset scriptum. Porro videndum est, ne Aristophanis Scholiastes ipsa Athenaei verba pleniora repraesentaverit, quam vel Epitomator, vel Suidas, apud quem in his, quae ex hac disputatione decerpta exhibentur, multa partim scribarum errore turbata sunt, partim consulto ab ipso Lexicographo in brevius contracta. Sic igitur scribit Comici interpres l. c. φασὶ δὲ αὐτὸν ὁμοῦ διθύραμβον καὶ τραγῳδίαν ἀγωνισάμενον Ἀθήνησι, καὶ νικήσαντα, ἑκάστῳ τῶν Ἀθηναίων δοῦναι Χῖον κεράμιον. Sed istud quidem minime urgebo: nihil est enim quod magnopere nobis persuadeat, ex Athenaeo potius, quam ex alio auctore, ista sumsisse doctum illum interpretem, nisi forte hoc ipsum, quod eum cum Athenaei codicibus in eamdem scripturam Χῖον κεράμιον consentientem videmus. Qui si ex alio auctore sua hausit, habebit hoc ipso scriptura illa, quae mendi a no-

f bis damnata eſt, novum patronum, cuius fide auctoritateque ſeſe tueatur. Et, ecce, dum haec ſcribo, ac mecum ipſe dubito, an prudentius forraſſe fuiſſem facturus, ſi ſuo loco ſervaſſem vulgatam illam & tam miro conſenſu comprobatam ſcripturam, opportune incurrit in oculos *ſupplementum* aliquod *ſuperioris Animadverſionis* CASAUBONI, quod in prima editione Caſauboniana, qua potiſſimum uti conſuevi, (quae una ab ipſo Caſaubono curata eſt) cum aliis *Addendis* ad calcem voluminis reiectum, adhuc effugerat meam obſervationem. Ibi igitur doctus Animadverſor ſic ſcribit: „Poſt verba *Noctuam Athenas* adde: Χίου κεράμιον igitur, ut apud alios κάδος Χίου. Hedylus: [apud »Athen. XI. 473. a.] ἀλλὰ κάδοις Χίου με κατάβρεχε. »Sed & Χῖον ſervari poteſt, manente ea quam aſſeri»mus ſententia. Sic Χία κύλιξ apud Hermippum, pro »*Chii vini calyx*. & Κλεωναῖαι ὀξύδες, apud Ariſtopha»nem, *aceti Cleonaei acetabula*. & Machon, Παρῆν ἔχων »δύο Χῖα, Θάσια τέτταρα. nempe κεράμια. Atque ita re»citantur verba Athenaei in Ariſtophanis ſcholiis, & apud »Suidam non ſemel.« — Ubi e tribus locis a viro docto pro adſtruenda vulgata ſcriptura Χῖον adlatis, priores quidem duo non admodum movere nos debent. Nam Ariſtophanis verba de *Cleonaeis acetabulis* (apud Athen. II. 67. d.) ipſa controverſa ſunt, & ex ingenio a Caſaubono ita, ut ea produxit, emendata. In Hermippi verbis vero (apud eumdem Athen. XI. 480. e.) Χία κύλιξ non eſt *calix Chii vini*; nec enim is (quod ibi Hermippus dicit) *e clavo ſuſpenditur*; ſed *calix in Chio inſula confectus*: quamquam eo ipſo, quod ibidem *Chii calices laudantur*, labefactatur id, quod de auctorum ſilentio ſuper Chiis vaſis ſuperius dixerat Caſaubonus. At Machonis verſiculus, quem tertio loco (ex Athen. XIII. 579. e.) citavit, turiſſimum utique praeſidium ſcripturae illi, quam e contextu in oram relegavimus, offerre videtur; licet dubitari etiam nunc poſſit, an in ſoluta quoque oratione & in hiſtorico ſtylo eadem loquendi forma fuerit uſitata. Quidquid ſit, his perpenſis, lubens ſuam in ſedem remigrare vocem ſepoſitam patiar, & Χῖον κεράμιον legam; quod ſimul *vas e Chia terra* ſive *Chio lapide confectum*, ſimulque illud *Chio vino repletum*, poſſit intelligi.

Τοῦ γάρ τις ἄλλου &c. »In elegantiſſimis verſibus AN»TIPHANIS *de uſu opum legitimo*, ſcripſimus παραβοηθεῖν ex

» libris, pro περιβοηθεῖν, quod ante fuit; voce neque huic ſ
» loco apta, neque uſu recepta. Τὸ παραβοηθεῖν elegans
» eſt & uſu tritum verbum, de *vicinis* proprie uſurpatum,
» *qui mutuas ſibi operas opemque praeſtant, ut quemque illo-*
» *rum premit neceſſitas.* Poſtremorum verſuum ſententia
» neque in illis plane continetur, neque ab interpretibus
» recte eſt expreſſa. Eſt autem haec: *Si magnarum opum*
» *poſſeſſio nihil aliud earum dominis afferret commodi, praeter*
» *illam quae eſu potuque percipitur voluptatem, cauſſam eſſe*
» *nullam cur divitias quiſquam expetat. Nam illam, quam di-*
» *ximus, voluptatem, divitum inopumque ex aequo eſſe com-*
» *munem, pariterque ab utriſque percipi. Quippe ſedari famem*
» *non qualitate exquiſitarum dapum, ſed conveniente cuiuſque*
» *alimenti quantitate. Quid eſt igitur, dicat aliquis, cur ἐν τοῖς*
» *μάλιστα αἱρετοῖς omnium ſuffragiis divitiae cenſeantur?*
» *Nempe* hoc, *quod poſſeſſores ſuos, liberales, velint modo,*
» *praeſtent & munificos.* Ex ſuperioribus Antiphanis verſi-
» bus, & ſermone Athenaei, hanc eſſe patet ſententiam.
» Nae dignus erat hic locus, qui pluribus a nobis expo-
» neretur: eſt enim illuſtris, & plane philoſophicus. Si-
» milia legas apud Senecam multa, & in Theocriti Cha-
» ritibus, quae inde petant ſtudioſi.« CASAUBONUS. —
Eamdem horum verſuum veriſſimam ſententiam, quae
quidem non admodum recondita fuerat, commode Gro-
tius expreſſit, cuius verſionem ex Excerpt. p. 634. grae-
co contextui ſubieci. Ad verba quod ſpectat: *Verſ. 1.* ha-
bent codices noſtri Τοῦ δὲ γάρ τις, ubi particulam δὲ,
ut nec ſententiae nec metro aptam, omiſi, praeeuntibus
ſuperioribus editoribus. *Verſ. 3.* recte codices noſtri cum
Caſaubonianis in παραβοηθεῖν conſentiunt, ubi perperam
περιβοηθ. erat in Ven. & Baſ. *Verſ. 6.* Particulam δὲ poſt
οὐχὶ reſtitui ex codicum noſtrorum cum editione Ven. &
Baſ. conſenſu. Nam & ſententiae apta erat, nec repugna-
bat altera coniunctiva particula γὰρ in fine verſus, quae
cum δὲ iuncta eamdem vim habet ac latinorum *ſed enim;*
nec refragabatur metrum; nam admittit apud Comicos
iambicus verſus in quarta ſede anapaeſtum, & in οὐχὶ
ultima ſyllaba brevis eſt, poteſt certe brevis haberi. Li-
cet enim praecipiant grammatici longum eſſe iota parago-
gicum in adverbiis & pronominibus, eâ tamen regulâ ad-
verbium οὐχὶ non tenetur, quod apud Homerum quidem
Iliad. ὁ. 716. π'. 762. υ'. 255. ultimam brevem habet. Me-

f mini quidem Machonem comicum apud Athenaeum noſtrum XIII. 582. a. (ex optimi noſtri codicis Veneti ſcriptura) eamdem particulam οὐχὶ ultimâ longâ uſurpare; at ibi ob caeſuram produci vocalis brevis poterat: quod ni ita eſſet, nil aliud tamen inde colligere liceret, niſi in utramque partem accipi in hac voce poſſe ultimam vocalem.

Ὅτι Ξενοφάνης — — — συμποτικοὺς νόμους ἔγραψαν. Totam iſtam ῥῆσιν ignorant ſuperiores editiones. Commodiori loco poſita videri poſſet, ſi paulo inferius poſt iſta, quae de *Gellia* mox traduntur, inſerta fuiſſet: ſed hoc ipſo loco eam inſerunt duo codices, quorum ad me notitia pervenit; alter, noſter cod. *a.* nunc Pariſienſis, olim Sedanenſis; alter, qui olim Ger. Corſelii fuerat, ICti Lovanienſis, e quo codice eadem verba in lucem primus produxit Andr. Schottus, Obſervation. Humanar. lib. I. c. 6. p. 9. Conf. infra notata ad p. 14. f. Quod autem in utroque illorum codicum legebatur βασιλικοὺς νόμους, id quidem ab hoc loco prorſus eſſe alienum facile adparebat; certam vero erroris correctionem nobis offerebat ipſe noſter Athenaeus lib. V. p. 186. b. ubi ait: τοῦ γοῦν Ξενοκράτους ἐν Ἀκαδημίᾳ, καὶ πάλιν Ἀριστοτέλους, συμποτικοί τινες ἦσαν νόμοι.

a Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ Ἀκραγαντῖνος Γελλίας. Cum Τελλίας vulgo conſentientibus libris legeretur, haec adnotavit CASAUBONUS: » Malim Γελλίας, non Τελλίας. Hic » eſt ille mortalium munificentiſſimus *Gellias*, de cuius » φιλοξενίᾳ, & in omnes hoſpitalitate, multa Diodorus Si» culus libro XIII. [c. 83.] nec pauciora Valerius Maxi» mus libro IV. cap. ult. Sic reſcripſerat olim in ora ſui » codicis & Nicolaus Sturio, Belga, vir doctiſſimus. Cae» terum quae hic narratur hiſtoria, paene ad verbum e » libro XV. Timaei [teſte Diodoro l. c.] eſt deſumta. Prae» termittendum tamen non eſt, Euſtathium non ſemel aut » iterum, ſed ſaepius, ex iſto loco *Telliam* vocare iſtum, » non *Gelliam*: ut ſcias, non hodie atque heri depravata » eſſe Athenaei exemplaria. « — Caſauboni emendationem probavit Weſſeling. ad Diodor. l. c. ac perfacile ſane ex Γ in Τ aberrare librarius potuerat. *Gillias* viri nomen ſcribitur apud Valerium Maximum. Apud Euſtathium nomen Τελλίας nonniſi ſemel reperi, eo loco quem Index monſtrabat, ſcil. ad Od. γ'. p. 133. 24. Alibi legere non me-

mini. Sed apud Suidam bis atque ter idem corruptum nomen occurrit; primum in Ἀθήναιος, tum in ipsa vocabulorum serie a T litera incipientium. Athenaeum non nisi ex Epitome cognitum habens Eustathius, certe sola Epitome constanter utens, exemplo usus est haud multo minus vitioso quam sunt codices, qui hodie superstant: quorum errorum alii quidem scribis utique imputandi, quorum opera Epitome haec in vulgus emanavit & posteritati transmissa est; alii vero per ipsius Epitomatoris negligentiam aut festinationem commissi sunt; haud exigua vero pars etiam ex ipso codice integri operis, quo haud parum mendoso usus Epitomator erat, (conf. II. 61. a.) in Epitomen propagata est. Certe in sequentibus Athenaei libris videbimus bene multis locis veram Athenaei scripturam in optimis nostris membranis Veneto-Parisiensibus conservatam, ubi corruptus Epitomatoris codex fuerat. Et, hunc etiam errorem, qui in *Gelliae* nomine admissus est, e vetere quodam codice in Epitomen transiisse, Suidas fidem facit, qui eamdem corruptam scripturam in suo invenerat exemplo. Quo loco, quod ad Fragmenta spectat a Suida ex Athenaeo collecta, non debeo praetermittere, esse eorum nonnulla, quae videri possint non ex integro Athenaei opere, sed ex Eclogarum collectione desumta. Quod non eo dico, quod persaepe Athenaei verba in brevius contracta exhibeat hic Lexicographus; id enim consulto ipse facere potuerat, ea seligens, quae pro suo consilio potiora visa essent: sed quod subinde verbis ab eo citatis adhaerentem in fronte videmus formulam illam ὅτι, qua constanter uti consueverunt hi, qui Eclogas e veteribus scriptoribus collegerunt: quod etiam de Fragmentis ex Appiano ab eodem Suida citatis olim adnotavi in Notis ad illum auctorem, T. III. p. 898 sq. Sic eodem loco ubi de *Gellia* hoc, sive *Tellia*, ut ipse vocat, ex professo Suidas agit, in hunc modum legitur: Τελλίας. ὅτι Τελλίας ὁ Ἀκραγαντῖνος &c. At potuit pariter ipse Suidas, aut amanuensis cuius opera ille in excerpendis auctorum fragmentis usus est, illam particulam ex more aliorum compilatorum adiicere; (quemadmodum in artic. Ἀθήναιος sub finem bis factum videtur:) potuit vero etiam alia quidem loca ex integro Athenaei opere excerpere, alia rursus ex Eclogarum collectione aliqua depromere. Denique etiamsi omnia ex Eclogarum collecti-

a one hauſiſſe eum ſtatuas, illud certum manebit, fuiſſe eam Collectionem diverſam a noſtra Epitome, & multis in locis hac pleniorem auctioremque.

Καὶ πάντας πολυωρῶν. Tria iſta verba & Euſtathius & Suidas praetermiſerunt. In Epitome vero, uno conſenſu καὶ πάντας πυλωρῶν habent libri omnes; quod Dalech. interpretatus eſt, *cunctis hoſpitibus aedium ſuarum valvas aperiens.* CASAUBONUS vero: »Nove dictum, (inquit,) πάντας πυλωρῶν, pro *ſtare ad fores ut omnes praetereuntes invites.* πυλωρεῖν eſt τῶν πυλῶν ὥραν ποιεῖν, *iamque habere curam:* hic vero aliter, &, ut dixi, nove; »imo, ut cenſeo, barbare. Aſſentior enim divino viro »Adr. Turnebo, qui correxit olim πολυωρῶν, *omnes ſua »cura dignans, & ſtudio amplectens.* Eo verbo utitur Athe»naeus & lib. V. [p. 211. b.] ἐπολυώρει οὖν αὐτὸν ὁ Ἀλέ»ξανδρος, καίπερ ὄντα τῷ βίῳ φαῦλον.« — Videri quidem poterat vulgata ſcriptura ad id referri, quod apud Diodorum l. c. his verbis expreſſum eſt: πρὸς ταῖς πύλαις ἔταττεν οἰκέτας, οἷς παρηγγελμένον ἦν ἅπαντας τοὺς ξένους καλεῖν ἐπὶ ξενίᾳ. Sed, quod perſpecte Caſaubonus monuit, barbare id, non graece, dictione iſta πάντας πυλωρῶν fuiſſet expreſſum. Turnebi emendatione, a Caſaubono commendata, nihil verius, nihil certius iudicabunt puto omnes, quorum iudicium in huiuſmodi rebus aliquo in numero debet haberi. Qui plura verbi πολυωρεῖν exempla deſiderat, abunde ei ſatisfaciet H. Stephani Theſaurus Tom. IV. col. 797 ſq. Mox deinde recte ἐκ Γέλας editum eſt, ut apud Diodorum, e quo fortaſſe correxit editor Venetus. Noſtri quidem codices corrupte (ſic) ἑ ἀγέλας habent. Satis notum Siciliae oppidum, *Gela.*

AD CAP. VI.

Priora huius capitis verba in ed. Ven. ſic ſcribuntur: Ὁ τρεχέδειπνος φησὶ σοφιστής. Κλέαρχος· Χάρμον τὸν Συρακ. Quae verba Natalis Comes ſic vertit: *Clearchus ſophiſta conviviorum frequentator, Charmum Syracuſium ſcribit* &c. quaſi ante Κλέαρχος non praeceſſiſſet maior orationis diſtinctio. Ad eamdemque ſententiam dein Baſileenſis editor ipſa Graeca adcommodavit; Ὁ τρεχέδειπνος φησὶ σοφιστὴς Κλέαρχος, Χάρμον τὸν Συρακ. Inde rurſus Dalech. ſic interpretatus eſt hunc locum: *Clearchus ſophiſta, quem*

τρεχέδειπνον vocarunt, *Charmum Syracuſium tradit* &c. Quae a ab his, quae aut Athenaeus aut etiam Epitomator ſcripſit, prorſus aliena eſſe, recte a Caſaubono monitum eſt. *Clearchum, Solenſem, Ariſtotelis diſcipulum*, cuius libros περὶ Βίων, alioſque bene multos, frequenter laudavit Athenaeus, numquam niſi cum honore nominat auctor noſter; apud quem etiam (XV. 701. c.) οὐδενὸς δεύτερος τῶν τοῦ σοφοῦ Ἀριστοτέλους μαθητῶν idem philoſophus polyhiſtor nominatur: de quo conſuli merentur quae docte collegit Ionſius de Scriptorib. Hiſtor. Philoſ. I. 18. p. 113 ſq. Recte vero diſtincta oratio erat in ed. Ven. ſed illud male habebat, quod poſt Κλέαρχος omiſſum fuerit verbum φησὶ, quod ibi ſuis e codicibus adiecit Caſaub. cum quibus & noſtri duo conſentiunt. Rurſus tamen idem CASAUBONUS illud incommode fecit, quod vocabulum σοφιστὴς a ſequente Κλέαρχος non niſi commate, adeoque leviſſima diſtinctione, ſeiunxerit. Nempe is verba iſta (quae non Athenaei eſſe, ſed Abbreviatoris, recte viderat) ſic vertenda cenſuerat: *Sophiſta coenarum adſectator ait, Clearchum narrare*, &c. *Sophiſtam* autem τρεχέδειπνον, intelligebat *Theodorum Cynulcum;* »cuius voracitas (inquit) »& λιχνεία multis operis huiuſce locis perſtringuntur.« Quod mihi paulo aliter ſe habere viſum erat. Scilicet e ſequente apud Noſtrum ſermone ſatis adparet, diſputare hoc loco coepiſſe Athenaeum (ſive, quod perinde eſt, aliquem e Deipnoſophiſtis, quem ille loquentem induxerat) de *invocatis conviviorum ſectatoribus*, quo quidem e genere utique Cynulcus & alii Cynici (ut ſupra ad cap. 2. ubi de Cynulco agebamus, monuimus) erant. Id igitur hominum genus, qui *Paraſiti* vulgo dicebantur, (quorum multi, ut mox dein ait, Larenſii convivio aderant) feſtive aliquis apud Athenaeum τρεχεδείπνους vocavit, perapto & e re ipſa ficto vocabulo; quod novum tunc, nec admodum certe uſitatum fuiſſe, e Plutarchi Sympoſ. VIII. 6. intelligitur. Eodem rurſus vocabulo pro ſynonymo τοῦ παρασίτου utitur Noſter VI. 242. d. Indeque proprium nomen famelici paraſiti fecit Alciphron lib. III. Epiſt. 4. Id igitur vocabulum cum placeret Epitomatori noſtro, adnotavit illud hic homo; diligens ſcilicet non *rerum* modo, de quibus apud Athenaeum diſſeritur, verum etiam *verborum* & nudorum ſubinde *vocabulorum* obſervator. Sic idem paulo poſt (p. 4. c.) notavit dictio-

a nem illam, τὸν βίον εὐσταθεῖς, οὐκ ἐγχειρογάστορες. Sic p. 20. b. adnotavit, *Romam* apud auctorem noſtrum οἰκουμένης δῆμον adpellari. Sic II. 47. a. monuit, ἀνατίθεσθαι apud eumdem pro ἀναβάλλεσθαι uſurpari: & quae ſunt eiuſdem generis alia. Igitur σοφιστὴς, quem dicit Epitomator, ipſe *Athenaeus* eſt; quem eumdem alibi τὸν ῥήτορα vocat, ut II. 50. f. alibi τὸν φιλόσοφον, ut II. 50. d. ſed & haud ſemel τὸν σοφιστήν: ut I. 26. c. II. 49. a. Commodius quidem utique feciſſet h. l. Eclogarius noſter, ſi pro φησὶ σοφιστὴς, adiecto articulo φησὶν ὁ σοφιστὴς ſcripſiſſet: ac fortaſſe ſic ille ſcripſerat, articulus vero per librariorum intercidit negligentiam. Habemus tamen locum, huic ſimillimum, I. 20. c. ubi pariter omiſſus articulus eſt: Τὸν ἐφ' ἡμῶν, φησὶ φιλόσοφος, ὀρχηστήν, Μέμφιν ἐκάλεσαν. quem quidem locum corrupere librarii, ex ſaltatore philoſophum facientes. Porro turbare nos aliquantulum poterat, quod ὁ τρεχέδειπνος in recto caſu ponitur; cum commodius videri poſſet τὸν τρεχέδειπνον φησὶν ὁ σοφιστής. At quoniam materialiter, ut aiunt Grammatici, vocabulum illud h. l. accipitur, ubi ipſa vox magis, quam eius ſignificatus ſpectatur, recte poſitus nominativus caſus cenſeri debet: parique ratione mox infra (p. 4. d.) vocabulum ἐγχειρογάστορες in primo caſu ponitur. Licebat vero ſuſpicari, non Ὅ, ſed Ὅτι τρεχέδειπνος ſcripſiſſe Epitomatorem: nec enim ulla vis h. l. ineſt illi articulo; & voculam ὅτι, pro more Eclogariorum, ſimili occaſione paſſim uſurpat noſter, veluti I. 22. d. 23. e. 24. b. 27. d. & nonnumquam ita compendioſe ſcripta vocula illa in veteribus codicibus reperitur, ut de ea nihil ferme niſi prima vocalis ο adpareat; unde etiam factum I. 20. b. ut ex ὅρα ὅτι, quod ibi ſcripſiſſe videtur Epitomator, ὅρος fecerint imperiti librarii. Caeterum laetor, in interpretando hoc loco in eamdem me ſententiam incidiſſe, quam Viro exquiſite docto & in Athenaei lectione verſatiſſimo FRANCISCO LAPORTE-DUTHEIL probatam video; cuius inter Notas ad hunc auctorem ſpectantes, quas pro ſua benevolentia mecum communicavit, hanc reperio: »*Je penche à croire, que ces* »*mots* (Ὁ τρεχέδειπνος φησὶ σοφιστής.) *n'ont rien de com-* »*mun avec ce qui ſuit, & qu'ils forment un* excerptum *ſeparé.* »*L'Abbreviateur aura voulu noter le mot* τρεχέδειπνος. Conf. »Scaligerum, de Emend. Temp. lib. V. pag. 457. «. —

Quid eo loco ad id, de quo quaeritur, contulerit Scali- a
ger, (cuius liber nunc mihi, dum haec ad prelum paro, non eſt ad manus) viderint quibus otium eſt.

E *verſiculis, a Charmo Syracuſio ad fercula epularum adcommodatis*, primus ille, Ἥκω λιπὼν &c. ſumtus eſt ex initio Troadum Euripidis. Eumdem verſum Menander in Nauclero ſuo mutuatus eſt, ut docet Athen. XI. 474. c. Alter, Χαίρετε κήρυκες, ex Iliad. ά. 334. ductus, ludit in ambiguitate vocabuli κήρυξ, quod & *buccinum* ex conchyliorum genere, & *praeconem* denotat.

Τὴν χορδὴν, quae dein commemoratur, cum Dale- b
champio *flexuoſas lactes* interpretatus ſum; &, quo planius eſſet quid intelligeretur, adieci *agnorum & hoedorum*. Suidas quidem in Χορδὴ, τὸ παχὺ ἔντερον τῶν προβάτων, *craſſum inteſtinum ovium*, interpretatur; ſed idem in Χόρδευε generatim ait: τὰ ἔντερα τῶν τετραπόδων, χορδὰς καλοῦσιν: quae verba ex Schol. Ariſtoph. ad Eq. 214. deſumta ſunt; ubi etiam alius Scholiaſtes ait, Χορδὴ γάρ ἐστι τὸ λεπτὸν ἔντερον. E quibus ſatis adparet, *quaelibet inteſtina quadrupedum* χορδὴν vel χορδὰς fuiſſe nominata; quae nimirum, vario modo a coquis parata, menſis adponebantur: conf. Scholia Ariſtoph. modo citata, & Athen. III. 94. f. & 95. a. Praecipue vero *hoedinae & agninae lactes* laudabantur: (*lactes* enim latine *inteſtina in cibum parata* dicebant:) quarum meminit Athen. VII. 390. c. & VI. 269. d. Sed iſtud edulium haud ſatis ad palatum fuiſſe videtur parato Charmo, qui ad illud adcommodat verba iſta ex Euripidis Androm. 448. ἕλικτὰ, κοὐδὲν ὑγιές. ad quae CASAUBONUS: »Euripidis, inquit, ver-
»ſus eſt ex Andromacha, ubi ſic legitur: [ſcil. in Al-
»dina. edit. Eurip.] ἕλικτὰ, κοὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ πάντα
»πέριξ φρονοῦντες, mendoſe dubio procul. Guilielmus Can-
»terus - - emendabat, ἀλλὰ πάντ' ἀπρίξ. Puto verius
»quod venit nobis nunc primulum in mentem: [quod de-
»inde, conſentientibus etiam msstis, in contextum rece-
»ptum eſt:] οὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ πᾶν πέριξ φρονοῦντες.
»Idem ſignificant ἕλικτὰ φρονεῖν, & πᾶν πέριξ φρονεῖν,
»*habere conſilia obliqua & curva, nec recta*. Cicero ad At-
»ticum [II. 25.] de Varrone: *Ego mallem ad illum ſcri-*
»*pſiſſes, mihi illum ſatisfacere; non, quo faceret; ſed,*
»*ut faceret: mirabiliter enim moratus eſt, ſicut noſti:*
»ἕλικτὰ, καὶ οὐδέν. - - - Simile apud Ariſtotelem in Rhe-

b »toricis, [III. 14. 37. aliis quidem III. 9. 3.] λέγειν τὰ »κύκλῳ, *ambagibus uti, neque rem dicere ipsam.* Apud Ly- »cophronem, [vs. 1466.] ἑλικτὰ κωτίλλειν. Sic accipit »τὸ ἑλίττειν Galenus non raro. Libro VI. de Dogmatis »Hipp. & Plat. ἄνω καὶ κάτω τοὺς λόγους ἑλίττειν, ἀπο- »σαφεῖν δὲ οὐδέν. In libro de Missione Sanguinis contra »Erasistr. οἱ δὲ περιέπλεον μὲν ἄνω κάτω τοὺς λόγους ἑλιτ- »τοντες, ἑτέραινον δὲ οὐδέν." — Ad Euripidis locum ex Androm. referenda videtur Hesychii glossa, Ἑλικτά· στρε- βλὰ, σκαμβά. quam ad Levit. VI. 21. retulerat Bielius, ubi tamen rectius alii ἐρικτὰ vel ἐρεικτὰ legunt.

Εἰς δὲ τὴν ὠνθυλευμένην τευθίδα· Σοφὴ, σοφὴ, σύ. Rur- sus Euripidis versum esse, statim se suspicatum ait Ca- saub. cum ex repetitione vocabuli σοφὸς, quo nullum poëtam frequentius Euripide usum esse constat, tum e σιγματισμῷ, fatali eiusdem poëtae vitio. Est autem ex eodem dramate Androm. vs. 244. ubi

Σοφὴ, σοφὴ σύ· κατθανεῖν δ' ὅμως σε δεῖ.

»Porro, qualis ciborum (inquit idem Casaub.) paratura »fuerit ὀνθύλευσις, sive μονθύλευσις, (nam utrumque di- »citur) parum explicate docent nos Graeci grammatici. »Hesychius ὠνθυλευμένον ἄρτυμα interpretatur τὸ διεστα- »μένον, *condimentum (olei vel aceti) guttis irroratum.* Sed »non displicet viri & Graecarum literarum & naturae »totius callentissimi Conradi Gesneri coniectura, pro διε- »σταγμένον scribentis διασεσαγμένον. [De Aquatilibus, f. Historiae Animalium libro IV. p. 497. quem super hoc loco consuluisse neminem poenitebit.] „Quod si doctis »probemus, erit ὠνθυλευμένη τευθὶς, quae Antiphani σα- »κτὴ nominatur: eam interpretor *farctam:* & ὀνθυλεύειν, »*indere impensam*, sive *farctum.* Mirum condimenti genus »excogitavit interpres [Dalechamp.] qui sic vertit, *loli- »go atramento suo perfusa:* nobis neque sapit condimen- »tum, neque placet commentum. Quid? putavit docti- »simus vir, ὀνθυλεύειν proprium esse *habentium atramentum* »verbum, puta loliginum aut sepiarum? Atqui σπλῆνα »ὀπτὸν μεμονθυλευμένον reperimus libro sequente. [II. 49. »f.] & νάρκην ὠνθυλευμένην, [VII. 314. d.] & ἀρνα σύμ- »πηκτον ὠνθυλευμένον libro octavo. [. . . .] In XIV »[661. b.] γαστρίον ὠνθυλευμένον. Libro autem VII. [324. »a.] ὑπόσφαγμα σηπίης apud Hippocratem dicitur fuisse »expositum a nonnullis τὸ μέλαν τῆς σηπίης· id Dale-

»campius probavit, & ad ὀιθύλευσιν retulit. Haud ſane b
»debuit: nam Athenaeus ipſe improbat, & longe aliter
»explicat. Lege eius verba, & compone ſodes prolatum
»ibi locum Alexidis de ſepiarum conditura cum alio, qui
»eodem libro affertur ex eodem poëta de loliginum ὀνθυ-
»λεύσει· [p. 326. e.] intelliges, non aliud eſſe ὀνθύλευ-
»σιν quam id, quod diximus. Doctiſſimus Criticorum He-
»ſychius, cum verbum βομβυθυλεύειν interpretatur σὺν τῇ
»ὄνθῳ ἀρτύειν, duorum ſimul nos admonet: non aliud eſ-
»ſe βομβυθυλεύειν, quam ὀνθυλεύειν: &, hoc proprie ſi-
»gnificare *cibos condire immixta ontho.* Quid autem per ὄν-
»θον intellexerit is Grammaticus, vellem nos docuiſſet:
»non enim id, opinor, quod Homerus Iliad. Ψ'. [775
»ſqq. ſcil. *ſtercus*, *fimum bubulum.*] Verius cenſeo, origi-
»nem dediſſe huic voci coloris aliquam ſimilitudinem in-
»ter condimentum ita vocatum & veram ὄνθον. Heſychii
»locum, & mutilum, & corruptum, ita ſcribe: Βομβυθυ-
»λεύματα· τὰ μαγειρικὰ ἀρτύματα περιττῶς κατεσκευασ-
»μένα· ἔνιοι, τὸ σὺν τῇ ὄνθῳ ἀρτύειν.« Haec *Caſaub.* —
Cum quibus, praeter ea, quae ab aliis viris doctis ad He-
ſychium adnotata ſunt, conferendus Pollux VI. 60. & 91.
tum quae notavit Hemſterh. ad Ariſtoph. Plut. p. 394 ſqq.
& quae ad Athen. X. 442. a. monuit Heringa, Obſerv.
cap. 24. p. 208. quorum uterque pro Βομβυθυλεύματα apud
Heſychium Βονθυλεύματα legendum cenſuit, ſed id rurſus
ex Μονθυλεύματα corruptum Hemſterhuſius iudicavit. De
cuius verbi proprio ſignificatu quum mihi non conſtiterit,
generatim interpretatus ſum de *exquiſita & artificioſa ratio-
ne cibi parandi*, Pollucem ſcilicet ſecutus, qui VI. 60. cum
Heſychio fere conſentiens ait, τὰς περιττὰς σκευασίας
ciborum, ὀιθυλεύσεις & μονθυλεύσεις (ſive βονθυλεύσεις, ut
habebat codex Falckenb.) adpellatas eſſe. Rurſus τευθὶς
ὠνθυλευμένη commemoratur VII. 293. c.

Quum ἕψητοὶ ſint *minuti piſciculi* varii generis, ὥραιον ve-
ro *ſalſamentum ex piſcibus*, ſ. *piſces ſalſi*, nec vero ſatis ſci-
rem quid eſſet *ſalſamentum in piſciculis*; τὸ ἐν τοῖς ἑψητοῖς
ὥραιον, hariolando magis, fateor, quam certam rationem
ſecutus, *ſalſamentum ex minutis piſciculis* interpretatus ſum:
ſuſpicatus ſcilicet, erratum fortaſſe eſſe nonnihil in ver-
bis; aut fuiſſe illud ipſum nomen, quo indigitaretur vulgo
id ferculum, de quo h. l. agitur. Et habent quidem ἑψη-
τοὶ nomen παρὰ τὸ ἕψειν, a *coquendo* vel *elixando*; puta,

b quod multi vulgo ſimul elixarentur, nec propter parvitatem varia genera ſeligerentur, ut monuit Rondelet, apud Geſner. de Aquatil. p. 71. cf. Euſtath. ad Iliad. κ'. p. 814. 9. Sed obtinuiſſe videtur uſus, ut eodem nomine adpellarentur, quacumque demum ratione fuiſſent parati. Itaque apud Athenaeum noſtrum lib. VII. p. 301. ubi de ἑφθοῖς ex profeſſo agitur, iſtius derivationis a verbo ἑφέω, aut proprii ſignificatus inde ducti, ne ſit quidem mentio: & Heſychius Ἑφθεῖς (pro quo Ἑφθοὺς legendum recte monuerunt interpretes) generatim τὰ μικρὰ ἰχθύδια interpretatus eſt. Varia piſciculorum genera, iſto nomine comprehendi ſolita, recenſet Dorion apud Athen. VII. 300. f. Τὸ ὡραῖον *ſalſamentum piſcium* eſſe, ſive *ſalſum piſcem*, inter omnes conſtat; de quo multa Noſter lib. III. pag. 116 ſq. Nominis ratio haud ſatis perſpicua. Videri enim poſſunt a *maturitate* dicta ὡραῖα, *utpote nec recentiora, nec vetuſtiora, quam par ſit;* ut ait Geſner de Aquat. p. 973. l. 41. ſive a pulcritudine, *tamquam pulcra & ſpecioſa*, ut ait idem pag. 817. 6. ſive κατ' εὐφημισμὸν modeſtiore elegantioreve nomine ὡραῖα dicta, pro οὐραῖα, παρὰ τὴν οὐρὰν, ut intelligantur *ſalſamenta de partibus caudae proximis*, ut tradit idem pag. 817, 7. & 819, 28. Sic Dalechampius h. l. accepit, ipſum etiam nomen mutans, cum vertit: *Epſetis, ſalſamento quod οὐραῖον vocant admixtis.* Quem eo nomine reprehendit Casaubonus, ſcribens: »Ex libro tertio diſcimus, & οὐραῖον & ὡραῖον ge»nus aliquod *ſalſamenti* fuiſſe apud veteres: ut mirer in»terpretem non neceſſario ſine libris hoc loco reſcriben»tem οὐραῖον.« — At ego quidem in tertio Athenaei libro vocem οὐραῖον me legere non memini, nec ibi eam nunc quaerenti uſquam reperire mihi contigit: libro ſeptimo vero p. 303. e. & f. Θύννης vel Θυννίδος οὐραῖον (ſcil. τέμαχος) nihil aliud utique dici videtur niſi *thynni fruſtum de partibus caudae proximis*: neque aliter accipienda *uraea cybia*, Plinio memorata lib. XXXII. 11, 53. conf. Harduin. ad Plin. T. I. p. 506 ſq. not. 10. Heſychio ſi credimus, (cui quid obſtet, non video) ὡραῖον, ſcil. τάριχος, eo dictum eſt quod *verno tempore* confici ſolitum eſſet. Caeterum non negaverim, nonniſi fere de *maioribus piſcibus* dictum τὸ ὡραῖον reperiri: quem uſum ſpectans hoc loco Casaubonus, poſtquam verba illa εἰς δὲ τὸ ἐν τοῖς ἑφθοῖς ὡραῖον ſic interpretatus eſt, *cum in paropſide piſciculis mi-*

nutis plena inferretur falſamentum ὡραῖον, pergit in hunc b modum: »Subiectus verſus, Homeri eſt:

» Οὐκ ἀπ' ἐμοῦ σκεδάσεις ὄχλον ταλαπείριε πρέσβυ;

»Facete ὄχλον vocat *piſciculos & minutos & viles*, qui »Graecis ἕλκητοί. At vocabulo πρέσβυ innuitur non mi»nus facete *falſamentum factum e grandibus cetis*, &, quan»do capti ſunt, *vetulis*. In omnibus libris poſtrema ver»ba Homerici verſus ſunt omiſſa. Ego non dubito, in»tegrum fuiſſe & pronunciatum, & ab auctore ſcriptum, »eo quem diximus ſenſu.« — Quae ſi vera eſt docti Commentatoris interpretatio, (quod ego nec ſpondere auſim, nec negare) non idcirco opus eſt ut ſtatuamus, integrum verſum debuiſſe vel ab iſto paraſito pronunciari, vel ab Athenaeo adponi. Caeterum, quonam loco *apud Homerum* legerit iſtum verſum Caſaubonus, pervelim ſcire.

»Ultimum Charmi facetiarum exemplum eſt hoc: *Il»lata anguilla, cui fuerat detracta cutis, dixit Charmus:* Οὐ »προκαλυπτομένα βοστρυχώδεα. Scribendum βοστρυχώ»δεος. Eſt in Phoeniſſis Euripidis, [vſ. 1493.]

» Οὐ προκαλυπτομένα βοστρυχώδεος
» ἁβρὰ παρηΐδος.

»Adi Scholiaſten.« CASAUB. — Confer quae ad eumdem Euripidis locum a Valckenario adnotata ſunt.

»Addit Athenaeus, Laurentii conviviis plures Charmo »ſimiles interfuiſſe, ὥσπερ συμβολὰς κομίζοντας τὰ ἀπὸ »τῶν στρωματοδέσμων γράμματα. Inepte prius editum »στρωματοδεσμένων. [Veram ſcripturam tenent noſtri codd. Paulo ante vero, Λαρίνσου habent pro Λαρηνσίου: alibi vero ſaepius Λαρίνσιον ſcribunt.] »Vocant Graeci »στρωματόδεσμον, *ſtragulae veſtis involucrum*: Auguſtinus »in XXII. de Civitate Dei, *colligatum involucrum*. Solitos »veteres ſtragulam veſtem pellibus involvere & loris con»ſtringere, etiam Iuriſconſulti ſunt teſtes, titulo de Su»pellectile legata. στρωματόδεσμος, *involucrum* ipſum eſt, »non *lorum*. Appianus III. Belli Civilis, [immo lib. IV. »cap. 40.] in Proſcriptionis hiſtoria: Ἄντιον ἡ γυνὴ στρω»ματοδέσμῳ κατείλησε, καὶ ἐπέθηκε τοῖς μισθοῦ φέρουσι. »Similis apud Plutarchum hiſtoria, [in C. Caeſare, p. 731. »d. ed. Francf.] de Cleopatra, quae & ipſa periculum fu»giens, ſtragulorum in modum involuta στρωματοδέσμῳ, »exemta noxae, & ad Caeſarem eſt delata. Conſtat au-

b » tem ex veterum lectione, & ſtragula ſuperiora, & in- » volucrum iſtud, quod antiquiores στρωματόδεσμον, re- » centiores στρωματεῖς vocarunt, variis coloribus diſtin- » cta fere fuiſſe. Inde translatae eae dictiones ad *res* ſi- » gnificandas *varietate inſignes:* cuiuſmodi fuit piſcis στρω- » ματεὺς dictus, *ob coloris aurei virgas per totum ipſius cor-* » *pus productas*, inquit Athenaeus lib. VII. [p. 322. a.] Si- » militer & viri docti *Excerpta* ſua ex variis auctoribus, » aut propria etiam ſcripta, ſed veterum referta teſtimo- » niis, ſoliti Στρωματόδεσμα vel Στρωματεῖς appellare: » ut Clemens Alexandrinus, [vide Stromat. lib. IV. haud » procul initio p. m. 347. med.] Origenes, Plutarchus, » [conf. Fabric. Bibl. Gr. T. III. p. 369.] alii. Pari ratio- » ne Mnaſeas Colophonius, qui Paegnia ediderat, Σάλ- » πης (nomen hoc eſt piſcis, diverſi coloris maculis diſtin- » cti) nomen invenit, διὰ τὸ ποικίλον τῆς συναγωγῆς, » auctore Athenaeo. [VII. 321. f.] Ita hic accipio vo- » cem στρωματοδέσμων· & τὰ ἀπὸ τῶν στρωματοδέσμων » γράμματα interpretor *veterum ſcriptorum* χρείας, quas » convivae ſymbolarum loco ex ſuis quiſque *Adverſariis* » promebant. Ipſe auctor explicat ſe, ſcribens lib. VII. » initio, [p. 277. b.] οἱ δειπνοσοφισταὶ πάντες συνεισίνεγ- » καν εἰς αὐτοὺς τὰς ἐκ βιβλίων συμβολάς. Et in Octavo » quoque ait idem, [p. 331. b. c.] viros doctos, ad Lau- » rentii convivia ventitantes, praeter λογάρια nihil afferre ſolitos. Sed in hoc ipſo libro [I. 8. d.] locus alius » eſt, qui hanc iſtius eſſe ſententiam luce meridiana cla- » rius facit. Unus enim convivarum, recitatis multis poë- » tarum verſibus, *En*, inquit, *mercedem, quam domo huc* » *attuli; ne quis putet, veniſſe me in hoc convivium nihil ha-* » *bentem quod pendam στεγανομίου loco.*" CASAUBONUS.

ὅτι ὁ Χάρμος - - - ἐδόκει τοῖς Μεσσηνίοις πεπαιδευμένος εἶναι. Articulum ante nomen Χάρμος ignorat noſter cod. *a.* » Μεσσήνιοι, apud quos futili commento eruditi vi- » ri exiſtimationem collegit Charmus, *Meſſanii* Siculi fue- » re, Romanis dicti Mamertini; non Meſſenii in Peloponneſo." CASAUB.

c Καλλιφάνης, ὁ τοῦ Παραβρύκοντος κληθείς. Dalech. *Calliphanes, cognomine* παραβρύκων. Rectius CASAUBONUS: » *Calliphanes, qui ſolitus appellari Parabrycontis, filius* vi- » delicet; ut Θουκυδίδης τοῦ Ὀλόρου. Non erat cauſſa cur » mutaret hanc lectionem Dalecampius, & membranarum

»& Suidae ſuffragiis probatam. Parabrycon, ut Para- c
»renchon apud Feſtum, *Non omnibus dormio*: & παρα-
»μασύντης pro *paraſito* non ſemel in ſequentibus libris.“
— Scilicet, ſicut παράσιτος, & παραμασήτης VI. 242. c.
vel παραμασύντης IV. 134. b. *convivam* denotat *invocatum, qui abſque ſymbola ad convivium venit*; ſic nomen παραβρύκων (a verbo βρύκω, *mordeo, rodo, deglutio,*) eumdem habet ſignificatum. Quod vero adiectum eſt verbum κληθείς, quo non erat opus ſi verum illud fuiſſet patris nomen, indicare videtur, non admodum quidem diſſimile, ſed paululum tamen diverſum fuiſſe patris nomen, & per iocum ita mutari detorquerique ſolitum, ut filii mores iſto veluti paterno nomine deſignarentur. Duo verba καὶ λόγων, id eſt, *& orationum*, poſt ποιημάτων, deſunt vulgo in edd. & mssſtis, praetermiſſa ſcilicet ab Epitomatore noſtro. Adjeci ex Suida, qui in Καλλιφάνης locum hunc ſive ex integro Athenaei opere ſive ex aliis plenioribus Excerptis recitavit. Pro ἐγγραφάμενος autem apud eumdem Suidam συγγεγραμμένων legitur, & deinde ſic pergitur: ἄχρι τριῶν ἢ τεσσάρων στίχων ἀπαγγέλλων, πολυμαθείας δόξαν προσεποιεῖτο. Quae cum Epitome noſtra conferens, ſuſpicor, pro ἀνειλήφει, quod poſuit Epitomator, Athenaeum ſcripſiſſe ἀνειληφὼς ἀπήγγελλε, hoc eſt, *cum tres aut quatuor verſus memoriae mandaſſet*, (id eſt enim ἀναλαμβάνειν) *recitare hos ſolebat.*

Πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι διὰ στόματος εἶχον τὰς ἐν Σικελικῷ μυραίνας &c. Ut indicare videtur Athenaeus, ita eſt: paene in proverbium abiit iſte *recenſus eduliorum quorumdam ab iis locis inſignitorum, quibus quodque genus prae caeteris excellere exiſtimabatur.* Vide Clementem Alex. Paedag. II. 1. p. m. 103. & Pollucem VI. 63. quos & Caſaubonus laudavit auctores. Sic ibi Clemens: Οἱ δὲ ἐξυμνεῖν οὐκ αἰσχύνονται τὰς ἀφετέρας ἡδυπαθείας· τὰς ἐν τῷ πορθμῷ τῷ Σικελικῷ σμυραίνας πολυπραγμονοῦντες, καὶ τὰς ἐγχέλεις τὰς Μαιανδρείους, καὶ τοὺς ἐν Μήλῳ ἐρίφους, καὶ τοὺς ἐν Σκιάθῳ κεστρεῖς, καὶ τὰς Πελωρίδας κόγχας, καὶ τὰ ὄστρεια τὰ Ἀβυδηνά. οὐ παραλείποντες δὲ τὰς ἐν Λιπάρᾳ μαινίδας, οὐδὲ τὴν γογγύλην τὴν Μαντινικὴν, ἀλλ' οὐδὲ τὰ παρὰ τοῖς Ἀσκραίοις τεῦτλα· &c. Pollux: Παρὰ τοῖς παλαιοῖς εὐδοκίμουν, μύραινα ἐκ πορθμοῦ, καὶ μύραινα Ταρτησία, καὶ Σύννος Τύριος, καὶ κεστρεὺς ἐκ Σκιάθου, καὶ ἔριφος ἐκ Μήλου, καὶ κόγχαι Πελωριαί· ὅθεν ἴσως καὶ

καὶ νῦν καλούμεναι Πελωρίδες ὠνομάσθησαν· τεῦτλον ἐξ Ἄσκρης, μαινίδες ἐκ Λιπάρας, γογγύλαι ἐκ Μαντινείας, &c. Quas Athenaeus πλωτὰς ἐγχέλεις dicit, non videntur esse diversae a ταῖς μυραίναις, sed diversum nomen eiusdem piscis: sunt enim μύραιναι (sive, quod perinde est, σμύραιναι: Romanis *muraenae*) ex *anguillarum* genere, & πλωταὶ, (*flutae*) nominantur, quod *in summa aqua fluitare* amant. Quare & πλωτὴ μύραινα dicitur ab Archestrato apud Nostrum VII. 313. a. & Pollux l. c. quas initio μυραίνας ἐκ πορθμοῦ dixit, easdem paulo post ibidem τὰς πλωτὰς ἐγχέλεις ἐκ Σικελίας videtur dicere. At distinxit tamen Macrobius, Saturnal. III. 15. sic scribens: *Accersebantur muraenae ad piscinas nostrae urbis ab usque freto Siculo, quod Rhegium a Messana despicit. Isthic enim optimae a prodigis esse creduntur, tam hercule quam anguillae. Et utraeque ex illo loco Graece* πλωταὶ *vocantur, latine* flutae; *quod in summo supernantes* &c. Quod ait Athenaeus τῶν Παχύνου (sive τῶν ἐκ Παχύνου malueris) θύννων τὰς ἠτριαίας, pro θύννων perperam θυήνων habent codices nostri; sub quo tamen nihil aliud, nisi illud ipsum, videtur latere: quamquam aliâs *thynnos ex Pachyno* non memini prae caeteris laudatos reperire. Polybius tamen (lib. XXXIV. cap. 2. nostrae edit.) gregatim in Sicula maria adventantium thynnorum facit mentionem. τὰς ἠτριαίας in τὰ ἠτριαῖα mutatum voluit Casaubonus, praeter necessitatem. Nam a τὸ ἦτρον, id est *imus venter*, formatur quidem adiectivum ἠτριαῖος, unde τὸ ἠτριαῖον, sc. τέμαχος, *frustum ex imo piscis ventre*, III. 104. f. IX. 374. f. Quo spectat quod Pollux habet II. 170. ἀπὸ δὲ τοῦ ἤτρου καὶ ἠτριαῖα τεμάχη (sic enim ibi scribendum recte hoc loco ab eodem Casaub. monitum est) οἱ κωμῳδοὶ λέγουσιν. Sed eâdem notione pariter substantivum foeminini generis ἡ ἠτριαία usurpatur, ut diserte Etymologus in ἦτρον monuit; quam vocem nostro III. 96. d. & 110. f. restituimus. Sunt igitur τῶν θύννων αἱ ἠτριαῖαι idem ac τὰ ὑπογάστρια, quae in thynnis praecipue laudantur VII. 302.

τοὺς κεστρέας, id est, *mugiles*, ait, *laudari*, τοὺς ἐν Συμαίθῳ. Est autem *Symaethus* vel *Symaethum* Siciliae oppidum, ad cognominem fluvium situm, vix aliâs notum, nisi quod cives *Symaethii* apud Plinium III. 8, 14. commemorentur. Id autem oppidum eo minus hoc loco dictum intelligi poterit, si verus est situs, quem ei tabulae

geographicae (nescio quidem quo iure) in mediterraneis ad- c
signant. Quod si vera librorum apud Athenaeum scriptura, oportebit de *fluminis Symaethi ostio*, quod haud procul Catana est, accipere. Sed quum & Clemens & Pollux *Sciathum* pro *Symaetho* nominent, inde corrigendos nostros codices censuit Casaubonus; ita tamen, ut ubique Σκυάθῳ per υ scribendum contendat, itemque in fine huius libri (p. 30. f.) Σκυάθιος pro Σκιάθιος corrigere iubeat, scilicet Ptolemaeum & veteres Plinii editiones secutus. At in emendatioribus Plinii editionibus, IV. 12, 23. & ubique aliàs, apud Strab. IX. p. 436. d. apud Apollonium Rhod. I. 583. apud Stephanum Byz. & alios, constanter Σκιάθος, *Sciathus* scribitur; quae est Aegaei maris insula, ad Thessaliam, ex adverso Magnesiae, prope Euboeam. Νῆσος ἡ Σκιάθός ἐστι (ait Scholiastes Apollonii l. c.) τῆς Θεσσαλίας, ἐγγὺς Εὐβοίας. Quo accedit quod Palmerius ad Athen. VII. 307. c. notavit, πλῶτας (id κεστρέας) Σκιαθίδας nil aliud ibi esse nisi *mugiles ex Sciatho insula*. Quo magis fit probabile, ἐν Σκιάθῳ h. l. scriptum oportuisse. Verumtamen quoniam mirum utique videri debuit, librarios, a vera scriptura longe aberrantes, forte fortuna incidisse in nomen obscurum quidem, & incognitum illis hominibus, sed quod per se tamen nec vitiosum esset, & ferri etiam fortasse posset; loco movere constantem librorum scripturam non sum ausus. Quid quod etiam ἐν Συμαιθᾳ suspicari licebat: erat enim Σύμαιθα, ut Stephanus Byzant. docet, Thessaliae oppidum; quod fortasse haud procul a Sciatho insula aberat, ut, quos pisces alii a *Sciatho insula* denominare adsueverant, alii a *Symaetha oppido* nominare potuerint.

καὶ τῶν ἀδόξων δὲ, τὰς Πελωρίδας κόγχας. »Id est, »*& inter ea quae viliora sunt* [*edulia*,] *celebrabant Deipno-* »*sophistae conchas Pelori*. Non dicit, inter conchas parvi »aestimari quae capiuntur ad Pelorum: sunt enim *Pelo-* »*rides* in genere concharum nobiles. Sed inter *ciborum* ge- »nera *conchae* sunt *ignobiles*, item *maenides*, & quaecun- »que deinceps hoc loco nominantur. Falluntur & qui »aliter interpretantur, & qui pro ἀδόξων volunt scribi »ἐνδόξων.« Casaub.

In isto ludicro, Ἔγχει πιεῖν μοι, faciunt sequentia ver- d
ba καὶ τὸ πέρδικος σκέλος cum praecedentibus istis iustum senarium: sic & ista, ἢ πλακοῦντα &c. cum praecedenti-

d bus Ἀμίδα δότω τις. Sed quo pacto posteriora hemistychia cum prioribus, quod ad sententiam spectat, cohaereant, videat doceatque qui me est ingeniosior. In postrema editione Casauboniana post καὶ τὸ, ante πέρδικος σκέλος, comma insertum video; consulto-ne, an casu, nescio. Caeterum docent graeci interpretes Aristophanis ad Aves vs. 1292, proverbii loco usurpatam olim fuisse dictionem illam, Πέρδικος σκέλος, in hominem pede claudum, a caupone claudicante, cui Perdix nomen fuerat. Quo & spectare videtur Περδίκειος ποῦς apud Suidam; ad quae verba nihil adnotavit Küsterus. Sed quid ad hunc locum istud proverbium faciat, haud satis perspicio.

Τὸν βίον, φησὶν, εὐσταθεῖς, οὐκ ἐγχειρογάστορες. Haec verba, & quae sequuntur usque ad finem capitis, sic vertit aut (verius dicam) pervertit Dalechampius: *Aristophanes esse nonnullos ait in degenda vita constantes ac frugales, abdomini ventrique minime servientes, plebiscitorum quisquilias & vinacea gestantes.* Errorum erroribus in ista versione cumulatorum primus ac praecipuus fons fuit, quod non animadverterat vir doctus, priora illa verba, quae supra posui, cum sequentibus nihil commune habere, sed separatam continere observationem Epitomatoris, qui dictionem illam, τὸν βίον εὐσταθεῖς, οὐκ ἐγχειρογάστορες, quae apud Athenaeum occurrebat, adnotavit; simili prorsus ratione, qua supra (initio huius cap.) vocabulum τρεχέδειπνος adnotaverat. Quid sit autem quod dicit τὸν βίον εὐσταθεῖς, minime obscurum videtur; nempe, ad verbum, *quibus firmus vitae status est*, id est, *quibus suppetit probabilis rei familiaris copia, qui certos unde vivant reditus habent, ut non a fortunae casibus pendeat eorum victus.* Hesychius: Εὐσταθής· βέβαιος, & καλῶς ἑστώς. Nec video, cur solicitata sit ea vox a viris doctis, in qua nullus est, quod sciam, librorum dissensus. Alios εὐσταλεῖς legere, adnotavit Dalech. quod etiam a Brunckio in sui libri ora adnotatum vidi. KUSTERUS in ora exempli editionis Casauboniana, quo is olim usus erat, monuit: »Lege εὐπαθῆ. Harpocration in Παρουσία· ἔχοντες εὐπαθῆ βίον.« Quae per se quidem haud incommoda erant, sed minime necessaria. Tales igitur, inquit, *non sunt* ἐγχειρογάστορες, id est, *qui manuum suarum opera victum quaerere coguntur*, ut interpretatur Hesychius, (apud quem fugit docti editoris aliorumque interpretum diligentiam

locus hic Athenaei) & Euſtath. ad Iliad. β'. p. 216, 45 d ſq. & ad Odyſſ. ι'. p. 346, 16. Alias, eâdem notione, vulgo magis in uſu fuiſſe videtur vocabulum minus compoſitum χειροχάστωρ.

Γυργάθους ψηφισμάτων φέροντες, Ἀριστοφάνης φησί. Sic, Τυργάθους, recte ſcriptum in ed. Ven. & msstis, non Γυργάτους, quod ex operarum errore, in ed. Baſ. primum admiſſo, in primam Caſaubonianam, indeque in nonnulla huius noſtrae editionis exemplа irrepſit. Idem error fraudi fuerat Dalechampio, ut γιγάρτους corrigeret, & neſcio quae *vinacea* huc inveheret. »Γύργαθοι proprie »dicuntur *reticula quibus uſi vetores in portando pane* & aliis »id genus, ut dictum nobis alibi. [ad Theophraſti Char. »p. 297.] At facetiſſimus *Ariſtophanes geſtare ait ſuos ci»ves* ψηφισμάτων γυργάθους: *perſtringens* vel in univer»ſum *Athenienſes, ut litibus & iudiciis deditos nimis*; quod »nemo neſcit qui hiſtoriam Atticam non plane ignorat: »vel privatim Demagogos, qui in legibus & ſenatuſcon»ſultis figendis ac refigendis erant toti.« Casaub. — Tum Idem in *Addendis*: »Porro extat ipſe hic Ariſtopha»nis locus apud Iul. Pollucem, lib. X. cap. 35. [ſect. 158.] »ubi tractans de vaſis ad uſum fori, Προσθετέον, ait, τού»τοις καὶ γύργαθον καὶ ϑώκους· Ἀριστοφάνους ἐν Δαιτα»λεῦσιν εἰπόντος, Ἢ μὴ δικῶν τε γύργαθος, ψηφισμάτων »τε ϑῶκος.« — Apud Pollucem, pro ϑῶκος, quod *ſellam* denotat, recte dein ex msstis ϑῶμος receptum eſt, id eſt, *acervus*.

AD CAP. VII.

Συρακούσιος ἢ Γελῷος. »Scripti habent γελοῖος, male: »ſed poteſt etiam Γελαῖος ſcribi. Vide Stephani Ἐθνικά.« Casaub. — In noſtris codd. ad latus mendoſae vocis γελοῖος ſcripta eſt litera ω, veram ſcripturam indicans, de qua conſulendi Stephani Interpretes, &, qui ab his laudatus eſt, Cluverus in Sicilia Antiq. Conf. Athen. IV. 162. b.

ἐν τῇ, ὡς Χρύσιππος ἐπιγράφει, Γαστρονομία. Sic e edidi codicum noſtrum auctoritate; cum ante ἐπιγραφομένη Γαστρ. editum eſſet. Iſtud *Archeſtrati carmen*, quod frequenter a Noſtro citatur, praeter titulos hic commemoratos, etiam Γαστρολογία paſſim indigitatur, ut III.

e 104. b. IV. 162. b. VII. 272. a. Ipſum hominem Caſaubonus »ganeonum infamem laniſtam, non malum alio» quin poëtam« dixit.

ὡς δὲ Λυγκεὺς καὶ Καλλίμαχος. Bentleius in Callimachi Fragmentis (p. 471. ed. Ern.) retulit hoc ad illud Callimachi ſcriptum, cui titulus fuit Πίναξ πάντοδαπῶν Συγγραμμάτων, id eſt, *Tabula Librorum omnis generis.*

ὡς δὲ Κλέαρχος, Δειπνολογία. Bene apud Suid. in Ἀθήναιος, poſt Κλέαρχος additur ὁ Σολεύς: de quo viro iam ſuperius dictum. Mirâ vero negligentiâ (cuius quidem & ſimile exemplum iam ad pag. 3. d. obſervavimus) apud eumdem Suidam ibidem haec cum illis, quae ſuperiori capite de Charmo Syracuſio dicta ſunt, ita iunguntur, quaſi carmen, de quo agitur, Charmi eſſet. Ὅτι Χάρμος ὁ Συρακούσιος εἰς ἕκαστον τῶν ἐν τοῖς δείπνοις παρατιθεμένων στιχίδια καὶ παροιμίας ἔλεγεν. Κλέαρχος δὲ ὁ Σολεὺς Δειπνολογίαν καλεῖ τὸ ποίημα &c. Et, quod magis etiam mireris, eadem eodem modo apud eumdem in Χάρμος repetuntur.

Quod ad exordium *carminis* ARCHESTRATI ſpectat, cuius primum verſum hunc citat Athenaeus,

Ἱστορίης ἐπίδειγμα ποιούμενος Ἑλλάδι πάσῃ;

ſecundum verſum his fere verbis conceptum fuiſſe coniecit Caſaub. ex eis quae lib. VII. p. 278. e. leguntur:

λέξω ὅπου κάλλιστον ἅπαν βρωτόν τε ποτόν τε.

In *altero* abhinc *verſu* eiuſdem Archeſtrati, pro ἢ τέσσαρες, perperam ἢ ἓξ habet cod. *a.* Quod dein ait ἢ τῶν πέντε γε μὴ πλείους, id rurſus in memoriam revocat Athenaeus XV. 671. a. Praeterierat hoc Archeſtrati praeceptum Eraſmi diligentiam in expoſitione proverbii, *Septem convivium, novem convicium.* Confer quae de convivarum numero M. Varro praecepit apud A. Gellium XIII. 11. Ad *poſtremum verſum*, μισθοφόρων ἁρπαξιβ. &c. ſpectabat id, quod in fine Prooemii p. 1. a. de *catalogo militari* dixit Athenaeus.

Quod ſubiicit, ἐν τῷ Πλάτωνος συσσιτίῳ ὀκτὼ καὶ εἴκοσι ἦσαν, pro ὀκτὼ, quod e msstis reſtituit Caſaubonus, corrupte οἵ τινες legebatur in ed. Ven. & Baſ. In ὀκτὼ vero conſentiunt noſtri codices & ii, quibus Natalis Comes uſus erat, & Suidas in Ἀθήναιος. Sed habet quod nos turbet ipſe ille numerus *viginti octo convivarum apud Platonem.* Certe in Dialogo Platonis, cui e re *Convivium* eſt

nomen inditum, plures decem aut duodecim convivas e poſſe numerari merito pernegavit CASAUBONUS; rectequepronunciavit, interpretes, de *Convivio Platonis* haec interpretatos, auctorem mendacii reum feciſſe. Vellem, clarius mentem ſuam explicaſſet idem vir doctus, cum ſe nihilo minus numerum illum, quem praeibant libri, probare profeſſus eſt, hac una obſervatione adiecta: »Συσσίτιον eſt *contubernium*, & *hominum eâdem quadrâ viventium* »*coetus*. Conſortes eiuſdem συσσιτίου Charondas in Legibus ſuis ὁμοσιπύους, Epimenides Cretenſis ὁμοκάπους, »Pythagoras κοινοβίους dixere.« — Ego vero apud Platonem τὰ συσσίτια quidem vel ξυσσίτια commemorata ſaepius novi, velut de Repub. lib. III. ſub fin. de Legib. VI. p. 272. (T. VIII ed. Bip.) rurſuſque p. 308. & 309. VIII. 425. Numeri vero convivarum nuſquam mentionem factam reperire me memini. At de Legib. VI. p. 297. ubi de *convivio nuptiali* agit Philoſophus, (quam quidem ἑστίασιν ibi, non συσσίτιον, vocat) vult ad illud adhiberi non amplius quinque e numero amicorum, quinque e numero amicarum, totidemque e numero cognatorum & cognatarum; unde prodit numerus viginti convivarum; cui ſi ſponſum ſponſamque, & utriuſque parentes, & avum aut aviam, ſi forte in vivis fuerint, adiicias, numerus *viginti octo* unâ epulantium complebitur. Sed fortaſſe alius illuſtrior Platonis locus, quem reſpexerat Athenaeus, obſervationem meam praeteriit. Illud vero inſuper notatum velim, Suidam l. c. non vocabulo συσσιτίω, ſed συμποσίῳ uti. Ὅτι ἐν τῷ συμποσίῳ Πλάτωνος, inquit, εἰκοσιοκτὼ ἦσαν δαιτυμόνες.

ANTIPHANIS lepidi *verſiculi*, de *paraſitis*, *tamquam muſcis*, *ad epulas civium*, quas *dextre* odorantur, *advolantibus*, in ed. Ven. & Baſ., ut in msstis, veluti ſoluta oratione ſic ſcribebantur: Οὗτοι δὲ τὰ δεῖπνα τῶν ἐν τῇ πόλει ἀφορῶσι. καὶ πέτονται δεξιῶς ἐπὶ ταῦτα ἄκλητοι. (Mendoſe vero ἄκλητος habent noſtri codd.) Eadem verba, nihil caeteroquin mutans, ita excudenda curavit Caſaubonus, quaſi duo verſus eſſent, quorum prior ab Οὗτοι, alter a καὶ πέτονται inciperet: quibus tamen nec metrum nec rhythmus inerat. Ego ita ſuppletos diſtributoſque dedi, ut praeiverat Toup in Append. Notar. in Theocr. p. 14. Rectius fortaſſe facturus eram, ſi Salmaſium eſſem ſecutus, qui nullo ne verbo vel adiecto vel demto,

paucis leviter tranſpoſitis, ſic ſcripſit :

— — Οὗτοι δὲ τῶν ἐν τῇ πόλει
τὰ δεῖπν' ἀφορῶσι, καὶ πέτονται δεξιῶς
ἐπὶ ταῦτ' ἄκλητοι.

Mox, pro καὶ ἐπάγει, Caſauboni membranae καὶ συνάγει dabant: noſtri libri verum tenent. Proxima verba, οὐς ἐκ κοινῶν ἔδει τρέφειν τὸν δῆμον, cum Caſaub. ut ſoluta metri vinculo ſcripſi; conſulto ab Athenaeo vel omiſſa nonnulla verba vel disiecta exiſtimans. Pro κοινῶν potueram κοινοῦ ſcribere cum noſtris codicibus; ſed tenui iſtud, in quod cum editis conſenſiſſe videntur Ca-
a ſauboni libri. Dein veluti duo iuſtos verſus idem editor iſta verba ſcripſit, Ἀεί θ' ὥσπερ - - ποιεῖν, & Βοῦν - - παντα χοῦ : quorum verſuum quum prior iuſto eſſet longior, nec alioqui metrum ei conſtaret, priora verba ἀεί θ' ὥσπερ ſuperioribus iunxi, ut maneret iuſtus ſenarius. Sententia olim paulo fuerat obſcurior, quum priori verſu τὰς μυίας ſcriberetur, & poſteriori τοὺς ἀκλήτους. Caſaubonus vero, quum in membranis τοῖς ἀκλήτοις reperiſſet, recipiendum hoc monuit, & in priori ταῖς μυίαις e coniectura corrigendum. Ac ferendum quidem τὰς μυίας videri potuerat, quoniam verbum ποιεῖν etiam cum accuſativo caſu (in illis quidem dictionibus, εὖ ποιεῖν, κακῶς ποιεῖν τινὰ) conſtrui ſolet: ſed quoniam non modo in τοῖς ἀκλήτοις, verum etiam in ταῖς μυίαις conſentiunt duo noſtri mssti, haud cunctanter utrumque debui recipere. Porro, pro Ὀλυμπιάσι, quod penacute ſcribebatur, quaſi brevis eſſet penultima, antepenacute Ὀλυμπίασι ſcripſi ex diſerto Scholiaſtis monito ad Ariſtoph. Veſp. 1373. Nam penultimam ſyllabam longam facit ea vox, quare etiam cum circumflexo Ὀλυμπιᾶσιν ſcripta reperitur in Ariſtophanis Lyſiſtr. vſ. 1133, quam ſcripturam & Brunckius tenuit, quamquam diſertis verbis monuerit praedictus ſcholiaſtes, Ὀλυμπιᾶσι penultima circumflexa ſcribi ubi de *tempore* agitur per *Olympiades* definito; (veluti δέκα Ὀλυμπιᾶσι:) Ὀλυμπίασι vero, antepenacute, ubi de *loco* agitur. In tranſcurſu vero notemus, eamdem vocem Ὀλυμπίασι per librariorum errorem praetermiſſam videri apud Stephanum Byzant. ubi τοπικὰ adverbia, ad Olympiam urbem pertinentia, nonniſi duo commemorantur, Ὀλυμπίαθεν, & Ὀλυμπίαζε. Iam, verbis poëtae recte conſtitutis, prodit ſententia, ut perſpicua, ſic feſti-

va, quam perſpecte CASAUBONUS expoſuit: » Ait poëta, a » *Bonum factum fore, ſi paraſiti iſti alieno ſumtu alantur, fiat-* » *que illis quod ſolet muſcis Olympiae; hoc eſt, ut non prius* » *ineantur ab iis, qui volunt unâ eſſe, convivia, quam in gra-* » *tiam paraſitorum bovem mactaverint.* Hoc enim illud eſt, » quod *fieri* ait *muſcis Olympiae.* Plinius lib. XXIX. cap. » 6. [ſect. 24.] de muſcis loquens: *Nullum animal minus* » *docile exiſtimatur, minoriſve intellectus: eo mirabilius eſt,* » *Olympiae ſacro certamine, nubes earum, immolato tauro,* » *Deo quem Myioden vocant, extra territorium id abire.* Reli- » gionis originem narrat Pauſanias in Eliacis: [lib. V. cap. » 14.] traditum ab Hercule inſtitutum tenuiſſe Eleos, & » Iovem cognomento Ἀπόμυιον [id eſt, *Muſcarum Abacto-* » *rem*] coluiſſe, ἐλαύνοντα τῆς Ἠλείας Ὀλυμπίας τὰς μυίας. » Alius Deus *Myiagrus* ab iiſdem Eleis cultus, referente eo- » dem Plinio, X, 28. [40.] aut ſi non eſt alius a Myiode » Myiagrus, parum ſibi conſtat Plinius. Illud admodum ſua- » ve, quod ſacrificium in honorem Iovis muſcarum aver- » runcatoris fieri ſolitum ſic iſte [poëta] interpretatur, » quaſi in illarum gratiam fieret, ut eſſet muſcis unde » laute & daptice accipiantur.« — De Myiagro, quem ex Plinio commemoravit vir doctus, conſule Pauſaniam in Arcadicis, VIII. 26. p. 653. De muſcis vero Olym- picis confer quoque, ſi lubet, quae ſcripſit Aelianus de Nat. Animal. V. 17. & XI. 8. Superiora iſta verba, οὓς ἐκ κοινῶν &c. ad metri leges in hunc modum cogendas praecedentibuſque iungendas cenſuerat Salmaſius:

ἐπὶ ταῦτ' ἀκλητοι. οἷσιν ἐκ κοινῶν ἔδει
πορεῖν τροφὴν τὸν δῆμον, ἀεί θ' ὥσπερεὶ
Ὀλυμπίασι φασὶ &c.

AD CAP. VIII.

Syracuſium poëtam nonnumquam Epicharmum dicit Athe- naeus, ut VIII. 362. d. coll. VII. 308. c. nunc vero *Theo- critum*, apud quem Idyll. XI. 58. verba iſta leguntur:

Ἀλλὰ, τὰ μὲν θέρεος, τὰ δὲ γίνεται ἐν χειμῶνι.

Qui verſus quo conſilio hic adlatus ſit a Deipnoſophiſta, ex eis, quae continuo ſubiiciuntur, ſatis intelligitur.

De *Scriptoribus*, qui δείπνων ἀναγραφὰς, *coenarum de- ſcriptiones* compoſuerunt, quemadmodum & de aliis qui- buſcumque Auctoribus ab Athenaeo citatis, conſulendus

a *Index Auctorum* a Dalechampio olim compositus, & in Casaubonianis editionibus repetitus; quem nos, multis partibus auctum, plurimisque in locis emendatum, in fine huius Operis, Deo volente, cum Lectoribus communicabimus. De scriptoribus, qui hoc loco commemorantur, nonnulla sive ex integro Athenaei opere excerpsit, sive e plenioribus quibusdam Eclogis depromsit Suidas in Τιμαχίδας: sed in his quaedam (ut fere solet) imperite; veluti illud statim, quod de *Timachida Rhodio* ait, οὗτος δείπνων ἀναγραφὰς πεποίηται. Ista enim dictio apud Athenaeum ad omnes simul auctores, quos nominat, refertur. De uno *Timachida* dicendum erat, δείπνου ἀναγραφὴν πεποίηται, vel uno vocabulo Δεῖπνον γέγραφε aut πεποίηται: nam Δεῖπνον inscriptum erat eius carmen, undecim libris comprehensum, cuius quartus liber citatur a Nostro III. 82. d. e. & XV. 684. f. itemque nonus VII. 283. c.

Numenius *Heracleota* Ἁλιευτικὸν scripsit solutâ oratione, ut docet Athen. I. 13. b. eumque librum frequenter idem Noster in testimonium advocavit. τὸ Δεῖπνον, aut Δείπνου ἀναγραφὴ eiusdem auctoris nusquam, nisi hoc loco, memoratur. Apud Suidam l. c. legitur καὶ Νουμήνιος, ὀψαρτυτικῶν. Quasi extitisset illius opus, Ὀψαρτυτικὰ inscriptum: nec tamen Athenaeus inter bene multos Ὀψαρτυτικῶν auctores, quos cum alibi, tum lib. XII. 516. c. nominat, Numenii huius fecit mentionem. De *Dieuche*, *Medico*, cuius discipulum fuisse Numenium ait, consuli possunt auctores a Fabricio Bibl. Graec. T. XIII. p. 141. laudati.

Καὶ Μητρέας ὁ Πιταναῖος, ὁ παρῳδός. Metream istum nemini alii, nec ipsi Athenaeo alibi nisi hoc loco, memoratum reperio. Suidas Μαστρέας ὁ Πιταναῖος habet: qui haud dubie Ματρέας debuit, quod nomen ab isto Μητρέας non diversum. Nec vero confundendus hic Matreas cum illo circulatore eiusdem nominis Alexandrino, quem & Romanorum & Graecorum in se admirationem ludicris suis artibus convertisse ait auctor noster lib. I. p. 19. d. Immo vero & τοῦ παρῳδοῦ adpellatio, quam adiicit Athenaeus, & scriptionis genus, quod isti homini h. l. tribuitur, satis arguit, sub isto nomine Μητρέας aut Ματρέας latere Matronem illum *Parodum*, cuius Παρῳδίαι frequenter ab eodem nostro Athenaeo citantur; de quo vide Fabric. Bibl. Graec. T. I. p. 354. cuius *Parodiarum*

Reliquias, ex Athenaeo collectas, post H. Stephanum edi- a
dit Brunck in Analect. T. II. p. 245 sqq. In huius Paro-
diis una erat, Δεῖπνον inscripta; quam fere totam operi
suo inseruit Athenaeus lib. IV. p. 134 sqq. *fere* totam,
dico: nam intercidisse nonnulli versus videntur, in his
ille quem ex eiusdem Μάτρωνος τοῦ παρῳδοῦ τῷ Δείπνῳ
idem Athenaeus II. 62. c. citavit. *Matronis* patria nusquam
aliàs declarata legitur: ex hoc loco discimus, *Pitanâ*,
quae Aeolidis oppidum erat, oriundum fuisse. Nam eum-
dem quidem esse *Metream* hunc sive *Matream* ac *Matro-
nem* illum, non est quod dubitemus: fit-ne vero a libra-
riis corruptum h. l. nomen, an utroque nomine perinde
adpellatus ille fuerit, haud definiam.

Etiam Hegemon *Thasius*, ut Matron, *Parodias* scri- b
psit: (Athen. IX. 406. e. XV. 699. a.) quarum una for-
tasse, sicut eiusdem Matronis, in describenda *Coena* ver-
sabatur. Quod de ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ dicit, cum eo confer
locum modo cit. XV. 699. a.

Ὅτι Ἀρτεμίδωρος -- συνήγαγε. Haec, quae deerant in
editis, inserta hoc loco habet codex noster *a*. Eademque
eodem modo superioribus verbis subiecit Suidas in Τιμα-
χίδας, & separatim rursus exhibet in Ἀρτεμίδωρος. Huius
Artemidori Grammatici Ὀφαρτυτικὰς λέξεις subinde lau-
dat Athenaeus; ipsum vero alibi non Ψευδαριστοφάνειον,
sed Ἀριστοφάνειον adpellat, ut IX. 387. d. XI. 485. e. XIV.
662. d.

Τοῦ Φιλοξένου τοῦ Λευκαδίου Δείπνου. Duo memorantur
Philoxeni, parasiti & catillones; iidemque poëtae, al-
ter *Leucadius*, cui Δεῖπνον tribuitur, carmine heroico
scriptum, saepe citatum nostro; alter *Cytherius*, Lyricus
& Dithyrambicus poëta, Dionysii Syracusii parasitus, de
quo I. 6. e. f. & 7. a. Saepe vero alter cum altero iam
a veteribus confusus, ut discimus ex I. 5. f. ita quidem,
ut idem carmen, τὸ Δεῖπνον, quod plerumque Leucadio
Philoxeno auctori tribuitur, nonnumquam etiam Cythe-
reo adscriptum videamus, ut IV. 146. f. De utroque &
aliis Philoxenis consuli possunt Reinesius Var. Lect. lib.
III. p. 362 sq. Perizon. ad Aeliani Var. Hist. VIII. 9. &
Harles ad Fabric. Bibl. Gr. T. II. p. 134. De eisdem agens,
multa turbavit Suidas, de quibus paulo inferius nonnihil
monebimus.

Πλάτων ὁ κωμῳδιοποιὸς μέμνηται ἐν τῷ Φάωνι. Cum ti-

b tulos Fabularum, quas citat Athenaeus, omittere conſueverit Epitomator, hoc loco titulum illum ἐν τῷ Φάωνι ex IV. 146. f. & VII. 325. a. adiiciendum putavi. De vocabulo κωμῳδιοποιὸς idem prorſus h. l. notandum, quod ſupra ad p. 3. c. monui. Scil. ex edit. Ven. aliiſque (excepta poſtrema Caſauboniana, in qua κωμῳδοποιὸς) tenui iſtud, pro quo κωμικὸς noſtri habent mssti.

PLATONIS *Comici verſum primum* & initio non eſſe integrum adparet, & in medio contra metri leges peccare: nam nec ſpondaeus ἐν τῇ in quarta ſenarii ſede, nec trochaeus ἐνθαδ' in tertia, ferri poteſt. Quibus vitiis medebimur, ſi ἐν τῇδε τῇ ἑρημ. legamus. *Verſum* 6. Ἄρξομαι ἐκ βιβλίου &c. hinc citans Euſtath. ad Iliad. σ'. p. 1223. 27. confert cum Homerico Il. ι'. 97. ad cuius ſimilitudinem effictum quodammodo & inverſum ait.

Ad *Verſum* 7 ſq. cum ſic vulgo legeretur:

c Ἐπὶ ξύννον; οὐκοῦν τῆς τελευτῆς πολὺ
κράτιστον ἐνταῦθα τετάχθαι τάξεως.

monuit CASAUBONUS: »Scribe τελευταίας, vel παρὰ πολύ: notum eruditis genus dicendi. Seq. vſ. ἐν»ταυθοῖ poſtulant Helleniſmus & lex metri, pro ἐνταῦθα.« — Ubi de metri lege nullum dubium; cur autem Helleniſmum etiam dicat ἐνταυθοῖ poſtulare, mihi non liquet. Porro vero ad πολὺ (vel παρὰ πολὺ) κράτιστον neceſſario deſiderari articulus τὸ videtur: quem quoniam in priori verſu non admittit metrum, vide an inter πολὺ & κράτιστον interſeri, & initio poſterioris verſus praeponi poſſit. Metrum quidem ibi non erat repugnaturum, quia τὸ cum duabus prioribus ſyllabis vocis κράτιστον anapaeſtum efficeret, a quo percommode incipi ſenarius iambicus poteſt. Pro τετάχθαι fortaſſe τέτακται aliquis mallet; non memor ſcilicet, ad tales infinitivos verbum ἔδει vel ἐχρῆν ſubintelligi. *Verſ.* 9. teneri ionicum σποδιῇ poterat; ſed σποδιᾷ dedit uterque noſter codex.

Verſ. 10. Poſterius hemiſtychium nude ſic exhibebant editiones veteres cum manuſcriptis, τὸ γὰρ δέμας ἀνορθοῖ. In Caſauboniani ſic ſcribitur, τὸ γὰρ δέμας .... ἀνορθοῖ. Quo refertur quod CASAUBONUS in *Animadverſ.* ait: »In »vacuo ſpacio deeſt vox, quam neque exarati manu co»dices habent. Imitemur nos ſapientiſſimam Naturam, »quae pati vacuum non poteſt. Scribendum aio, τὸ γὰρ »δέμας οὗτος ἀνορθοῖ, vel ἀνδρὸς ἀνορθοῖ. *Utere*, in-

» quit, *bulbis multis: conducunt enim rationibus Veneris.* Ca- c
» ve credas, bulborum eſu corpus firmari, quod aiunt
» interpretes. Facere ad ἀφροδίσια ἔργα quis neſcit? Sed
» Dalecampium fefellit vox δέμας, poëtice hic poſita
» pro *viri natura.* Conſuleret Euſtathium, cuius ſunt haec:
» [Iliad. χ'. p. 1390. 11.] οἱ σεμνότεροι δέμας τὸ αἰδοῖον
» καλοῦσι. καὶ κατῆρξεν εἰς τοῦτο Πλάτων ὁ κωμικὸς, εἰπὼν
» περὶ βολβοῦ, ὃς πολὺς ἐν Ἀθήναις φύεται, ὅτι τὸ δέμας
» ἀνορθοῖ· τοῦτ' ἔστι, τὸ αἰδοῖον ἐκτείνει. Haec ille; ubi vi-
» des eius incogitantiam: tribuit enim Platoni, Philoxeni
» verſus, quia illos Plato in una ſuarum comoediarum
» deſcripſerat. « — De *bulborum virtute aphrodiſiaca* conf.
quae inferius adfert Athenaeus II. 63. e. f. In verſu,
quem tractamus, illud δέμας ἀνδρὸς ἀνορθοῖ ante nos
amplexus Valckenaer ad Theocr. p. 222. phraſin hanc in-
terpretatus eſt per iſtam, ἐπεγείρει τὸν ἔμβολον, quam ex
Ariſtophane citavit Noſter I. 29. a.

Quae ſequuntur verba, ἡ ψωλὴ, δέμας ἐστί· eo loco
inſerta dedit noſter cod. *a.* Quae ſuſpicari quidem pote-
ras ex docti cuiuſdam viri adnotatione marginali in con-
textum irrepſiſſe. Sed quum iſta vox ψωλὴ, qua vocabu-
lum δέμας declaratur, haud admodum ipſa in vulgus no-
ta ſit, Ariſtophani quidem aliquoties uſurpata; quumque
tota ῥῆσις poëticum quemdam colorem habeat, referatque
hemiſtychium dactylici verſus; videri debuere haec ver-
ba poëtae potius eſſe, quam Grammatici: nec aſpernari
debui oblata a codice, qui & alia paſſim nonnulla haud
ſpernenda exhibet, quae in pleriſque aliis codicibus deſide-
rantur. Potuerunt autem haec verba initium eſſe verſus,
qui in Philoxeni carmine proxime ſequebatur; cuius ver-
ſus reliqua pars cum aliis fortaſſe nonnullis, qui ante iſtum
Καὶ τάδε μὲν ſequebantur, conſulto ab Epitomatore aut
etiam ab ipſo Athenaeo fuerit praetermiſſa. Potuit vero
etiam (quod mihi probabile viſum erat) Comicus poëta
eum actorem, qui Philoxeni verſus praelegebat, feſtive
haec verba de ſuo, ſed quaſi & ipſa Philoxeni eſſent, ad-
iicientem facere, quibus amico ſuo ſententiam vocabuli
δέμας a poëta uſurpati declararet.

Καὶ τάδε μὲν δὴ ταῦτα. &c. Hic verſus, ut modo mo-
nui, in ipſo Philoxeni carmine non videtur proxime illum
ſecutus eſſe, ὡς πλείστους &c. Sed alii nonnulli, ac for-
taſſe bene multi, interiecti fuiſſe videntur. Certe ſi totum

c carmen ab illo verſu initium cepit, Ἀρξομαι ἐκ βολβοῦ, non poterat poëta ſtatim quarto abhinc verſu dicere, Καὶ τάδε μὲν δὴ ταῦτα: nec dicere poterat θαλάσσης δ' ἐς τέκν' ἄνειμι, id eſt, *redeo ad maris alumnos.* Quae cauſſa etiam fuiſſe videtur, cur Brunckius noſter in ſuo Athenaei exemplo (neſcio, ſuo-ne ex ingenio, an ex alterius cuiuſdam docti viri coniectura) ἄπειμι pro ἄνειμι adnotaverit, id eſt, *abeo, pergo.* Quod ſi quidem ante hunc verſum praetermiſſos alios ſtatuamus, nil cauſſae eſt cur verbum ἄνειμι ſolicitemus.

Οὐδὲ λοπὰς κακὸν ἐστιν· ἀτὰρ τὸ τάγηνον ἄμεινον. Perſpecte Hemſterh. ad Polluc. p. 1273. monuit, λοπάδα h. l. *coctum* eſſe intelligendum, τάγηνον vero *frixum.* Videtur autem proverbii loco fuiſſe hoc dictum, aut eius ſimile: apud Euſtathium quidem (Od. τ'. p. 692. 13.) mutatis nonnihil verbis ſic legitur, ἀτάρ τοι τὸ τάγηνον ἄριστον: qui ſi hunc Athenaei locum in mente habuit, τοι particulam refragante metro adiecit; & ἄμεινον in ἄριστον mutavit, quoniam priorem hemiſtychii partem tacuit.

Ὀρφὼν, αἰολίαν, &c. De his piſcibus, ut & de aliis cuiuſcumque fere generis, ex profeſſo agit Athenaeus libro ſeptimo. αἰολίαν perperam Dalechampius pro adiectivo accepit ad ὀρφὼν referendo, cum ὁ αἰολίας ſit ſubſtantivum nomen diverſi piſcis, quem cum coracino eumdem eſſe coniectavit auctor noſter VII. 308. e. Ad μὴ τέμνειν intelligendum eſſe imperativum θέλε, ut μὴ θέλε ſit latinorum *noli*, vel tironibus notum eſt: nec talibus adnotandis morabimur lectorem.

d Πουλίποδος πλεκτὴ δ' ἂν, ἐπεὶ λήψῃ κατὰ καιρόν. Sic bene edd. Sed Πολύποδος, & dein ἂν ἐπιλήψῃ, habent noſtri codd. quorum utrumque metro adverſatur. De *Polypo*, cum de ipſo animali, tum de graeco nomine, paſſim multa Auctor noſter adnotavit, praeſertim VII. 316 ſqq. Et de nomine perſpecte Brunckius monuit, (ad Fragm. Ariſtoph. p. 234.) Comicis, ubi metri ratio primam produci flagitaret, pro πολύπους perinde licuiſſe πουλύπους dicere: cui ſcripturae hic utique erat locus. Deinde pro πλεκτὴ, πλεκτὴν malebat Casaub. licet & πλεκτὴ ferri poſſe profeſſus ſit. Porro: »Poëticum, inquit, vocabulum eſt »πλεκτὴ, pro πλεκτάνη: & πλεκτὴ πολύποδος poëtica pe»riphraſis eſt: *cirrus polypodis*, pro *polypus* [*cirroſus.*] Bín »Ἡρακλέους, pro *Hercules* [*fortis:*] *Sententia Catonis;* Cato. «

Τρίγλη δ' οὐκ ἐθέλει νεύρων ἐπιήρανος εἶναι. » *Mullum ne-* d
» *gat esse Veneri amicum.* Studiosi lectionis Platonis agno-
» scunt genus dicendi Atticum, οὐκ ἐθέλει, pro οὐ πέφυκε,
» *non est ea indoles illius & natura.* ἐπιήρανος εἶναι, *adiu-*
» *vare, favere.* Homerus, ἐπίηρα φέρειν, vel ἴηρα. Inter-
» pres accepit pro ἐπίβολος εἶναι, & νεῦρα *funem* inter-
» pretatur. [*nullo vult sese fune ligari.*] Tu cape ut in illo
» Iuvenalis, [IX. 34.] — *mensura incognita nervi:* & apud
» Hippocratem μωρὰ νεῦρα, *quae non possunt ἐπαίρεσθαι:*
» & in proverbio, Οὐδὲν σ' ὀνήσει βολβός, ἂν μὴ νεῦρ' ἔχῃς.
» [apud Athen. II. 64. b.] Ita interpretor in Theopompi
» comici versu apud Pollucem, [II. 234.]

» Ἄπνους, ἄνευρος, ἀσθενὴς, ἀνέντατος.

» Hinc Aristophani νενευρῶσθαι, pro στύειν. [Lysistr. 1080.
» ubi conf. Schol.] Eustathius: [ad Iliad. χ'. 1390. 9.]
» δοκεῖ καὶ ἡ τρίγλη ἄστυτις εἶναι, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ, Οὐκ
» ἐθέλει νεύρων ἐπιήρανος εἶναι· ἤγουν ἐράστρια τοῦ κατ' ἀν-
» θρωπον σπερματικοῦ νεύρου. Propter istam *nervi* significa-
» tionem, κακεμφάτως & comice loqui censet Hierony-
» mus eum, qui dicit cum Terentio, *nervos intende.* — —
» Auctor Vitae Origenis: φασὶν αὐτὸν νεῦρον ἀποτεμη-
» κέναι διὰ τὸ μὴ ἥδονῇ παρενοχλεῖσθαι. Igitur *mullus* qui-
» dem, auctore Philoxeno, *Venerem nihil adiuvat: Scor-*
» *pius vero piscis etiam extinguit penitus.* Addit namque:

» σκόρπιος αὖ παύσειέ γε, σοῦ τὸν πρωκτὸν ὑπελθών.

» id est, *Scorpius* instar pessi *per anum subiens, facile extin-*
» *guat in te Venerem*, sive νεύρου τάσιν, aut simile quid.
» Legibus Athenienſium, adulteri ἐν ἔργῳ deprehensi poe-
» na fuit ῥαφανίδωσις. [vide Schol. Aristoph. ad Nub.
» 1079. & ad Plut. 168.] Raphani loco utebantur non-
» nunquam mugile piſce, interdum scorpio. De mugile
» notum illud Iuvenalis: [X. 317.] — *quosdam moechos &*
» *mugilis intrat. Scorpione* quoque abusos in eam rem vete-
» res, colligimus ex hoc loco. Nam quid aliud dicamus
» significare ista, τὸν πρωκτὸν ὑπελθών? « — Eodem modo,
ante Casaubonum, istud de *scorpione* piſce interpretatus
erat doctissimus perspicacissimusque Gesnerus, de Aquatil.
p. 851. Idemque, quae superioribus versibus de *mullo* pi-
sce dicuntur, recte interpretatus erat ibid. p. 575. a. Eos-
dem de mullo versus repetit Athen. VII. 325. a.

AD CAP. IX.

d Ἀπὸ τούτου τοῦ Φιλοξένου &c. Ex hiſtoria quae hoc capite perſecutus eſt Athenaeus de *Philoxeni ingluvie*, nonnulla excerpſit Suidas in Ὀψοφάγος, ubi recte *Philoxenus* ille ὁ Λευκάδιος dicitur, quod nomen alibi apud eumdem corruptum eſt: plura idem habet in Τιμαχίδας, uſque ad illa verba πυριῶ τεμαχίοις. p. 5. f. (noſtr. edit. p. 21.) denique quae inde ſequuntur, uſque ad finem capitis, habet idem in Φιλόξενος Λευκαδίου.

e Ἐγὼ κατέχω τινὰ ὀψοφάγον. »Dalec. *Domi lurconem »habeo.* Imo vero, *memini*, [*novi.*] Latini *repeto*, ut Plinius in Epiſtolis ſaepe; vel *teneo*, ut A. Gellius; vel »*detineo*, ut ad Herennium lib. III. *ſi formam eius detine»bimus*: εἰ τὸ εἶδος αὐτοῦ κατέξομεν, vel κρατήσομεν: »nam & κρατῶ idem. Libro VII. [pag. 275. b.] κρατῶ »καὶ τῆς λέξεως. At κατέχω uſus & Theophraſtus, in »editis nuper a nobis, [cap. 27. ed. Caſ. περὶ Ὀλιγαρ»χίας.] καὶ τῶν Ὁμήρου ἐπῶν τοῦτο ἓν μόνον κατέχειν. »Lycophron Menedemo, [apud Athen. X. 420. b.] δεῖ»πνον οὐδὲν τοιοῦτον κατέχω δεδειπνηκώς. Infra libro VI. »[p. 250. c.] οὐδὲ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀσμάτων κατέχειν. »Sic accipiendum eſſe hic, probant ſequentia, ἔφασαν γὰρ »αὐτόν. Ita igitur vertendum erat: *Memoria teneo, lurconem »quemdam fuiſſe, quem tantum aberat ut aliorum puderet quo»ties ingenio uteretur, ut palam in balneis manum in calen»tem demittens aquam, aſſuefaceret calidis, & os quoque ca»lida collueret; eo videlicet fine, ut minus ipſi calidi cibi eſ»ſent moleſti. Solitum hunc narrabant cocos clam demereri, ut »omnia' menſis quam calidiſſima inferrent, ut cuncta ſolus ipſe »comederet, cum non poſſent caeteri praceuntem ſequi.*« Casaubonus. — Eumdem verbi κατέχειν uſum notavimus nuper in Indice Graecitatis Epicteti, ex Differt. III. 10. 4.

Ἐπὶ τοσοῦτον ἐκπεπτωκότα τοῦ μὴ ἐντρέπεσθαι τοὺς πλησίον. »Negatio hoc loco ſine damno ſententiae, ut & »alibi, poteſt abeſſe. ἐκπεπτωκὼς τοῦ ἐντρέπεσθαι, *alie»nus ab omni pudore, impudentiſſimus.*« Casaub. — Pleonaſmi negativae particulae, poſt *negandi* quidem verba, obvia ubivis exempla: velut illud apud Polyb. II. 55. 9. ἐξαρνοῦνται μὴ φῦναι παρὰ σφίσι. Quo de genere plura collegit Berglerus ad Alciphronem pag. 215. in his unum ex Athenaeo noſtro, XIV. 626. c. ἀρνηθῆναί τι μὴ εἰδέ-

ναι. At insolentius videri poterat quod h. l. habemus, e ἐκπεπτωκὼς τοῦ μὴ αἰδεῖσθαι, quod eam prorsus speciem habet, ut contrarium videatur significare; quandoquidem ἐκπεπτωκὼς τοῦ αἰδεῖσθαι, absque negandi particula, ut recte a Casaub. monitum est, significat *qui pudorem exuit.* At, subtilius si spectes, eamdem huius dictionis, de qua quaerimus, rationem cum superioribus reperies: scilicet, ante negandi particulam supplendum ubique verbum oppositum ei, quod expressum adest. ἐξαρνοῦνται μὴ φῦναι, idem valet ac ἐξαρνοῦνται, καὶ λέγουσι μὴ φῦναι, sive, ex loquendi more Graecorum, καὶ μὴ λέγουσι φῦναι. ἀρνηθῆναί τι μὴ εἰδέναι, idem valet ac ἀρνηθῆναι, καὶ λέγειν μὴ εἰδέναι τι, vel, καὶ μὴ λέγειν εἰδέναι τι. Simillima igitur ratione, ἐπὶ τοσοῦτον ἐκπεπτωκότα τοῦ μὴ ἐντρέπεσθαι, idem valebit ac, ἐπὶ τοσοῦτον ἐκπεπτωκότα, (scil. τοῦ ἐντρέπεσθαι) καὶ ἐπὶ τοσοῦτον προβεβηκότα (quod est verbum isti oppositum) τοῦ μὴ αἰδεῖσθαι: ubi illud unum insuper observandum, quod genitivus τοῦ non a verbo regatur, sed a dictione ἐπὶ τοσοῦτον: est enim προβαίνειν ἐπὶ τοσοῦτον τοῦ μὴ αἰδεῖσθαι id ipsum quod latine *eo impudentiae progredi* dicimus. Similiter in illo Euripidis (Oreſt. 1065. ed. Musgr.) ἠὐλαβεῖτο μὴ σώζειν φίλους, non opus est eis ambagibus, quas Scholiastes quaesivit; (ad vs. 1059. ed. Barn.) sed intelligendum, ἠυλαβεῖτο καὶ μὴ ἐτόλμα σώζειν.

Quid sit, quod sequitur, ἐπὶ τοῖς γινομένοις, haud satis adparet; ac vereor, ne non satis sit emendatum: nam, quod in latina versione posui, *in his quae agebat*, id quidem non sonant proprie graeca ista verba. Exhibebant autem ea ita, ut cum Casaubono edidi, nostri mssti cum Casaubonianis. Olim in ed. Ven. & Bas. legebatur τοὺς πλησίον ἐπὶ τοῦτο γινομένους, quod Casaubonus (*in Addendis ad Animadv.*) interpretatus est *eos qui prope ipsum accumbebant ad epulandum.* Paulo post, pro παρατιθῶσι perperam περιτιθ. erat in ed. Ven. Veram scripturam ex coniect. dedit editor Bas. quam tenuit Casaubonus suffragantibus mssts.

Τὰ δ' αὐτὰ καὶ περὶ τοῦ Κυθ. Particulam καὶ, quae de- f erat editis, dedere nostri codices. *Archytas*, qui deinde commemoratur, idem videtur esse qui in numero eorum, qui Ὀλβαρτυτικὰ scripsere, recensetur Lib. XII. 516. c. Caeterum, quis fuerit, haud liquet. De variis Archytis

f conferri poſſunt Menag. ad Laërt. VIII. 82. & Fabric. Bibl. Graec. T. I. pag. 495 ſq. a quibus praetermiſſum video Athenaei locum III. 82. a. ubi citatur Euphorion vel *Archytas* ἐν Γεράνῳ.

Τοὺς δακτύλους δήπουθεν Ἰδαίους ἔχω. »Scriptum »erat *ἰδάμους*, quae vox Graeca non eſt. [Immo, non »*ἰδάμους*, ſed Ἰδάλους erat in ed. Ven. & Baſ. literis αι »perperam pro αλ acceptis.] Vera lectio ex msstis [qui»bus adſentiuntur noſtri] & Suida revocata in ſuum lo»cum. Is Grammaticus [in Ἰδαίους, rurſuſque in Τιμα»χίδας & in Ὀφοφάγος] τὸ Ἰδαίους exponit ψυχροὺς, »*frigidos*. An quia putabat derivatam ab Ἴδη vocem? »quod nomen eſt apud Geographos Phrygii montis: »[itemque Cretenſis:] apud poëtas, cuiuſvis. Certum »eſt, alludere poëtam ad *Idaeos Dactylos*, quorum nota »induſtria & inventa. Sic nominatos ſcribunt a ſtrenui»tate miniſterii, quod matri Deûm exhibebant; ὅτι καὶ οἱ »τῆς χειρὸς δάκτυλοι τεχνίται τε καὶ πάντων ἐργάται, »Pollux inquit. [II. 156.] Itaque *digiti* Ἰδαῖοι, ſunt *ex»ercitati & docti*. Sunt e veteribus qui tradant, ferri me»tallum ab iſtis primum in Ida monte [Cretae] fuiſſe »inventum. Quid ſi igitur digitos *ἰδαίους* hic *ferreos* in»terpretemur? Turnebum ita olim interpretatum eſſe ac»cepimus.« Casaub.

In illo verſu, καὶ τὸν λάρυγγ' ἥδιστα πυριῶ τεμαχίοις, nil mutant libri, niſi quod pro πυριῶ corrupte πυρειῷ ſcribant noſtri codices, & eorum alter etiam τεμαχείῳ. τεμαχίοις recte tenuit Suid. in Τιμαχ. ſed mendoſe τεμάχοις ſcribitur apud eumdem in Ὀφοφάγος: pro λάρυγγ' vero, utrobique apud Suidam φάρυγγ' ſcriptum.

Κλέαρχος δὲ φησὶ· Φιλόξενον προλουόμενον, ἐν τῇ πατρίδι &c. Habet haec, & quae ſequuntur, Suidas in Φιλόξενος Λευκαδίου. Caſaubonus quid ſpectarit neſcio, cum in Addendis ad Animadv. ſcriberet: »Libri meliores προλελου»μένον, non προλουόμενον, aut προλούμενον.« — Illud video, in ed. Ven. & Baſ. προυλούμενον eſſe excuſum. Ipſe Caſaub. προλουόμενον edidit, quod & ego tenui, conſentientibus noſtris msstis & Suida: nec in hoc quidquam deſideravi, quandoquidem participium *praeſentis* temporis, quod vocatur, perinde de *praeterito* etiam tempore (*imperfecto* certe) uſurpatur. Iſtud προλελουμένον in ora, puto, exempli alicuius edit. Ven. vel Baſ. a nonnemine adnota-

tum (qui sic scribendum pro προλούμενον censuisset) reperit Casaubonus, eamque adnotationem pro scriptura e vetere quodam codice excerpta accepit. Caeterum percommodum ipsum προλούμενον foret, si darent libri; quum λούμενος pro λουόμενος dixisse Atticos constet; de quo infra ad III. 97. e. monebitur.

Sex voces, ἐν τῇ πατρίδι καὶ ἄλλαις πόλεσι adieci ex Suida in Φιλοξ. Λευκαδ. Mox, ubi οἶνον, γάρον, ὄξος a scripsi, οἶνον καὶ ὄξος erat editum: γάρον, ὄξος, habebat Suidas, omissa voce οἶνον. Omnia tria οἶνον, γάρον, ὄξος, iuncta dedit noster cod. *a.* pro quibus mendose οἶνον γὰρ ὄξος scriptum in cod. *b.* Et eodem scriptum modo, puto, suo in codice repererat Venetus editor; quod ei sic corrigendum visum erat, ut γὰρ in καὶ mutaret. Continuo dein, pro εἰς τὸν ἀλλότριον οἶκον, quod perincommode editum erat, recte εἰς τὰς ἀλλοτρίας οἰκίας dedere nostri mssti cum Suida. Porro τὰ ἐψημένα erat in edd. pro quo commodius ἑψόμενα cum eodem Suida dedere codices nostri.

Εἶθ' οὕτως ἀνακύψαντα εὐωχεῖσθαι. » Scripsimus »ἀνακάψαντα, fidem secuti mssorum. ἀνακάπτειν, de»glutire. Malim ἀνακάπτοντα. Priores editiones, & in»terpretes, ἀνακάμψαντα, *domum reversum;* quod damno. « Casaub. — In ἀνακάψαντα cum Casauboni mssis consentiunt nostri: quod verbum nobis tamen non magis satis fecit, quam feciisse Casaubono video. Nec vero magis placuit ἀνακάμψαντα: nec enim *domum rediisse* puto hominem; sed cum hero aedium, in quibus erat, epulis adcubuisse: eam scilicet mercedem se mereri ratum cum pro condimentis, quae ipse adtulisset, tum pro opera sua arteque parandis cibis impensa. Cum apud Suidam (in Φιλοξ. Λευκ.) εἰς ἑαυτὸν κύψαντα legeretur, id quidem quid esset haud percepi: sed, collata Suidae scriptura cum ea quam dabant libri nostri, verissimam prodire lectionem ἀνακύψαντα, quam & Brunckius noster in ora sui libri commendaverat, iudicavi. Dicitur autem ἀνακύπτειν is, *qui, postquam incurvatus & versus terram inclinatus fuerat, erigit se*, & *caput attollit;* tum metaphorice, qui *e molestiis & aerumnis se recipit, reficit, recreatque:* quae notio perapta huic loco videtur, ut, qui *curvato corpore* adhuc culinario *labori fuerat intentus*, dein, opere perfecto, *caput erexisse* & *ex labore se recepisse* dicatur. De cuius verbi usu, praeter ea quae a Lexicographis observata sunt, mul-

ta, quae hunc locum illuſtrare poſſunt, collecta dedit Wetſten. ad Evang. Luc. XIII. 11. & XXI. 28.

AD CAP. X.

b Θεόφιλος δὲ φησίν· Οὐχ ὥσπερ Φιλόξενον τὸν Ἐρύξιδος. *Theophilum* iſtum ſatis adparet, non *Comicum* eſſe, ſaepe aliàs ab Athenaeo citatum. Fuerit igitur *Hiſtoricus* ille & *Geographus*, de quo conſulendus Voſſius lib. III. de Hiſtoricis Graecis. *Philoxenum*, *Eryxidis filium*, ut inſignem gulonem, nominat etiam atque deſcribit Plutarch. Sympoſ. IV. 4. p. 668. c. & de Occulte Vivendo, p. 1128. b. Fuerit-ne is *Leucadius* Philoxenus, an *Cytherius*, an ab horum utroque diverſus, dubitari poteſt, neque inter ipſos veteres conſtitiſſe videtur. Quod h. l. ex Theophilo de *Philoxeno Eryxidis filio* narratur, *gruis ſibi guttur eum optaſſe*, id Philoxeno Ἐριξίος filio tribuit Ariſtoteles Ethic. ad Nicom. III. 10. ubi Ἐρύξιδος corrigendum ex Athenaeo & Plutarcho: eamdem rem vero Machon Comicus apud Athen. VIII. 341. d. *Cytherio* tribuit Philoxeno. Fuit autem Cytherius Philoxenus, Suidae ſi credimus, Euletydae filius. Idem vero Suidas id ipſum quod de Eryxidis filio h. l. Theophilus ait, ad Leucadium Philoxenum refert. E quo, eumdem Leucadium Philoxenum fuiſſe Eryxidis filium, licebat colligere; niſi mox rurſus novas turbas idem Suidas daret, illam pariter totam hiſtoriam quae deinde cap. 11. de Cytherio Philoxeno narratur, ad eumdem referens Leucadium.

c Κλέαρχος δὲ Μελάνθιόν φησι τοῦτ' εὔξασθαι. De *Melanthio*, Tragico, cuius *ingluvies* ab Ariſtophane aliiſque comicis traducta eſt, vide Fabric. Bibl. Gr. Tom. I. p. 683. & Athen. VIII. 343. c. & XII. 549. a. In duabus poſterioribus editionibus Caſauboniani ſic h. l. legitur: Κλέαρχος δὲ Μελάνθιος ἔοικε &c. ſex verbis per operarum errorem omiſſis.

ὁ μὲν γὰρ (Τιθωνὸς) ἀθανασίας ἐπιθυμήσας, ἐν ταλάρῳ κρέμαται, πάντων ὑπὸ γήρως ἐστερημένος τῶν ἡδέων. De *Tithono* auctores vide ab Heynio ad Apollodor. p. 755. citatos, & Athen. XII. 548. f. Quod autem hic legebant omnes, ἐν θαλάμῳ κρέμαται, quod Dalechampius vertit *in geniali toro pendens iacet*; miratus ſum, eam ῥῆσιν praeteriiſſe Caſauboni animadverſionem. *Genialis* enim *to-*

rus quî convenit ei, qui *prae ſenectute nulla amplius volu-* c
ptate frui poteſt? Aut *in nuptiali toro* quis umquam audivit *ſuſpenſum* aliquem *iacere?* At Tithonus (ut docent Eudociae Collectanea p. 396. & Tzetzes ad Lycophr. vſ. 16.) ita confectus erat ſenio, ὥστε ἐν ταλάρῳ καὶ λίκνῳ, (ἤτοι κουνίῳ, ut ait Eudocia, i. e. *in incunabulo;* cf. Schol. ad Callimachi Hymn. in Iovem vſ. 48. & Etymol. in Λείκνον, p. 562.) περιστρεφόμενον δίκην βρεφυλλίων, καθεύδειν. Scilicet in *fiſcella* vel *corbi* cubabat; quae, ſicut infantum cunae, e fune vel vinculo *ſuſpenſa* erat, ut circumagi poſſet, quo facilius ſopiretur, quemadmodum conſopiri infantes ſolent. Denique apud Euſtath. ad Od. δ'. p. 213. 30. plane ſic legitur: ληρεῖ δὲ ὁ μῦθος περὶ Τιθωνοῦ καὶ ὅτι διὰ γῆρας ἐν ταλάρῳ — — ἐκρεμάσθη. Quae omnia ſatis cauſſae eſſe mihi viſa erant, cur & ab Athenaeo h. l. non ἐν θαλάμῳ, ſed ἐν ταλάρῳ ſcriptum fuiſſe mihi perſuaderem, & in textum hoc recipere non dubitarem: idque iam feceram, quum eamdem ſcripturam ex Euſtathii auctoritate ADAMO etiam, viro docto, qui ante Villebrunium Gallicam Athenaei verſionem inſtituerat, probatam intellexi.

ἵν' ὅτι πλεῖστον τοῖς ἡδέσιν ἐνδιατρίβῃ. *quo diutius ipſi duraret voluptatis ſenſus.* Huc reſpexit apud Lucianum Nigrinus, (T. I. c. 33. p. 54.) cum ait, *gulae voluptatem nonniſi* ἐν παρόδῳ, *in tranſitu percipi: longiſſimum autem hominis guttur nonniſi quatuor digitorum longitudine eſſe.*

Πίθυλλον, — — οὐ περιγλωττίδα μόναν ὑμενίνην φορεῖν, &c. »Lepidiſſima hiſtoria eſt, quam refert ex Clearcho »Athenaeus, *de Pithyllo liguritore: qui, ut cibos ferventiſſi-* »*mos poſſet vorare ſine offenſione linguae, non ſolum membra-* »*neo tegmine eam involvebat, ſed hoc amplius cruſtam illi ceu* »*loricam inducebat.* Sic interpretamur τὸ προσελυτροῦν. Ac »placebat initio ſcribi, ἀλλὰ καὶ πρὸς, ἐλυτροῦν τὴν γλῶτ- »ταν. Sed vulgatam lectionem habet Suidas & in Πίθυλ- »λος & in Περιγλωττίς. Proprie ἔλυτρον eſt *involucrum* »alicuius rei, aut *theca:* ut in Sympoſiacis Plutarchi, »κυλιχνίων ἀργυρῶν, ξυλίνοις ἐγκειμένων ἐλύτροις. In quin- »to Sermone Stobaei [p. 66.] quidam populus narratur »τὰ κεράμια τῶν χρηστηρίων ἐν χρυσοῖς ἐλύτροις φυλάτ- »τειν, *in thecis aureis ſervare teſtacea vaſa:* non *oracula*, »ut inepte vertunt. [conf. Polluc. X. 11.] At in hac »narratione ἐλυτροῦν accipimus pro *incruſtare*, ſicut ſit in

c »figlinis vasis: Galli hoc dicunt *verniſſer.* Graeci proprie »περιπεταλοῦν. — — — Non vero solum Pithyllum, sed »omnes gulae proceres, ferventes cibi olim iuvabant. »Seneca Epist. 95. *Quid? illa purulenta, & quae tantum »non ab ipso igne in os transferuntur, iudicas sine noxa in ipsis »viscеribus extingui?* Ea fine foculi sunt inventi, quibus »in mensam pruna infertur. Seneca Ep. 85. *Circa coena- »tionem eius tumultus coquorum est, ipsos cum opsoniis focos »transferentium: hoc enim iam luxuria commenta est. Ne quis »intepescat cibus, ne quid palato iam calloso parum ferveat, »coenam culina prosequitur.* Sic loquitur quasi ipsius aetate »foculorum usus coepisset: quod non ita est, neque sic »eius verba accipienda. Apud Aristophanem Acharnens. »[vs. 887. ed. Br.] cupiens quidam consperam anguil- »lam posse statim vorare, δμῶες, ait, ἐξενέγκατε τὴν »ἐσχάραν μοι δεῦρο καὶ τὴν ῥιπίδα, id est, *heus, famuli, »ex aedibus huc afferte foculum & flabellum.* Ait ibi Grae- »cus interpres, dici vulgo hoc genus ἐσχάρας, ἄρουλαν, »hoc est, *arulam.* Hesychius recte interpretatur πυροφόρον »σκεῦος. Clemens quoque Alexandrinus inter luxus in- »strumenta ἐσχαρίδας ἀνθράκων recenset. Meminit & Plu- »tarchus in Crasso, sed in diverso usu, cuius aliud ex- »emplum apud Tullium pro Domo sua.« CASAUBONUS. — Mihi, fateor, quae de *linguae involucro* hic narrantur, haud satis esse perspicua: & suspicor, per iocum id de homine isto dici solitum, qui ferventissimos cibos ita citra noxam vorare sciret, ut *linguam* habere eum diceres *ferrea lamina obductam.* Nil mutant libri nostri, nisi quod mendose προσεχυτροῦν pro προσελυτροῦν habet cod. *a.* quod eo moneo, ne quis miretur sicubi deinde fortasse in alio pariter vocabulo literas istas λ & χ permutatas a librariis
d dixerimus. Quod de *digitalibus* adiicitur, ea verba repetiit Suidas in Δακτυλήθρα, ubi ὡς θερμότατον pro ὡς θερμότατα legitur.

Ἄλλοι δὲ φίλιχθυν τὸν Φιλόξενον φασίν. Sic commode codices dedere nostri, pro καὶ αὐτὸν Φιλοξ. quod erat editum. Ἀριστοτέλης δὲ φιλόδειπνον ἁπλῶς. Isto nomine Philoxenum ubi adpellaverit Aristoteles nescio: ὀψοφάγον hominem dixit Ethic. Nicom. III. 10. Alibi, ubi eiusdem fecit mentionem, (Problem. XXVIII. 7.) neutra adpellatio adiecta.

κατατρίβουσιν ὅλην τὴν ἡμέραν ἐν τοῖς ζαύμασι. »τὰ

» θαύματα esse *praestigiatorum offucias*, & θαυματοποιΐας, d » deceptosque persaepe in ea voce fuisse interpretes & » Athenaei & aliorum auctorum, monebamus in Comm. » Theophrasti. « CASAUB. — Vide ad Theophr. cap. 6. vel 7. περὶ Ἀπονοίας, pag. 182. ed. Casaub. Hesychius: Θαύματα· ἃ οἱ θαυματοποιοὶ ἐπιδείκνυνται. Conf. infra VIII. 452. f.

Φιλοξένου Δεῖπνον οὐχ ὅλον. » Scribo cum Dalecampio, » καὶ τοῦτο οὐχ ὅλον, vel οὐχ ὅλον οὐδὲ τοῦτο. « CASAUB. — Malles utique καὶ τοῦτο οὐχ ὅλον: sed nil mutant libri, & adquiescendum in vulgato putavi.

AD CAP. XI.

Φανίας. *Phanias*, Eresius, Aristotelis discipulus; de e quo videndus Vossius, in Historicis Graecis, lib. I. cap. 9. Perinde vero & Φανίας & Φαινίας effertur nomen, ut diserte Suidas adnotavit: & promiscue utraque scriptura apud Athenaeum, qui saepius hunc citat auctorem, occurrit. Ac interdum dissentiunt libri in scriptura; hic vero in Φανίας concordant. Potuit autem istam rem tradere Phanias sive in Libris περὶ Ποιητῶν, quorum secundum citavit Athen. VIII. 352. c. sive in libro *de Siciliae tyrannis*, qui laudatur VI. 232. c. Quae vero diserte h. l. de *Cytherio Philoxeno* narrantur, ea a Suida (in Φιλόξενος Λευκαδ.) ad cognominem *Leucadium* referri, iam paulo ante monui: rursus vero apud eumdem Suidam, in Φιλοξένου γραμμάτιον, eadem res ad Cytherium Philoxenum refertur.

μεγάλην τρίγλαν. Paulo inferius τὴν τρίγλην scribitur: utrumque recte, nec aliud quid e msstis enotatum video. Apud Suidam quidem utrobique τρίγλαν per α scriptum editur: quamquam, Grammaticos nonnullos si audias, quorum praeceptum ipse Athenaeus noster VII. 305. b. & 324. c. d. probare videtur, sola forma per ι legitima fuerit.

τὴν δὲ ἠρωτημένην ἀποκεκρίσθαι, διότι νεωτέρα ἁλοίη &c. Quum sic olim esset editum, τὴν δέ ποτε ἠρωτημένην οὐκ ἀποκεκρίσθαι, διότι νεωτέρα ἁλοίη, &c. in contextu quidem nihil mutavit CASAUBONUS, sed *in Animadversionibus* haec adnotavit: » Non concoquo ista, τὴν δέ » ποτε ἠρ. οὐκ ἀποκεκρ. *Negat, pusillum hunc mullum Phi-* » *loxeno responsum petenti voluisse dare.* Quod verum esse

e » negamus nos. Quid? nonne clara illius reſponſio vide- » tur tibi ineſſe in his verbis, διότι νεωτέρα ἀλοίη· διὸ μὴ » παρακολουθεῖν, & ſequentibus? Mihi quidem videtur. » Scripturus Philoxenus *de Amoribus Cyclopis & Galateae*, » mullillum ſibi appoſitum de rebus Nelei, Galateae pa- » tris, interrogavit. Is reſpondet tandem, *ſe iuvenem ca-* » *ptum; propterea intereſſe iis rebus non potuiſſe, neque ea ſci-* » *re, quae ſciſcitaretur Philoxenus: at illum alterum ſcire gran-* » *dem natu mullum, qui Dionyſio eſſet appoſitus: eum igitur* » *interrogaret.* Omnino ſic ſunt iſta accipienda, *tollendaque* » *negatio ante* ἀποκεκρίσθαι. Lego, τὴν δὲ πολλάκις ἠρω- » τημένην οἱ ἀποκεκρίσθαι, διότι νεωτέρα ἀλοίη. Non eſt hic » τὸ διότι particula αἰτιατική, ſed pro ὅτι accipitur, ut » ſaepe. De *Cyclope* autem *Philoxeni* eadem cum Athenaeo » Aelianus, variae Hiſtoriae lib. XII. cap. 44. Scholiaſtes » Ariſtophanis aliter, in illa e Pluto [vſ. 290.] θρεττα- » νελὸ τὸν Κύκλωπα μιμούμενος. « — Pro τὴν δέ ποτε ἠρωτημ. quod (ex Muſuri puto ingenio, Aldinae editio- nis praeſidis) editum erat, codex noſter *b.* δεσπότην habet, quod ex δὲ σπουδῇ ἠρωτημ. corruptum ſuſpicari licebat, *ſtudioſe a ſe interrogatum.* Sed quoniam neutrum (nec ποτὲ, nec σπουδῇ) ſatis convenire viſum erat, nude τὴν δὲ ἠρωτ. praeeunte cod. *a.* ſcripſi: neque opus eſſe putavi, ut πολλάκις cum Caſaub. interſererem. Sic vero & Suidas nude τὴν δὲ habet: corrupte autem idem ἐρο- μένην, pro ἠρωτημένην. In mendoſum οὐκ ἀποκεκρ. con- ſentiunt noſtri libri: ſed negandi particulam, quae feren- da utique non erat, recte Suidas ignorat. Non equidem improbavero, ſi quis οὐκ ex οἳ, dativo pronominis, cor- ruptum ratus, οἱ h. l. cum Caſaub. interpoſuerit: ſed & hac vocula percommode careri poſſe putavi, & ne- gandi particulam ex ſcioli cuiuſdam παραδιορθώσει, qui loci ſententiam parum percepiſſet, deliberatô intruſam olim fuiſſe ſuſpicatus eram. Particulae διότι, pro ὅτι uſurpa- tae, plura exempla qui deſiderat, adeat Lexicon noſtrum Polybianum & Indicem Graecitatis in Epictet. Ibidem et- iam verbum παρακολουθεῖν, eadem notione, qua hoc lo- co, ſaepius occurrens reperiet.

f τὴν τρίγλην τὴν παρ' αὐτῷ. Nihil habebat haec ſcriptu- ra, in quo quis offenderet. Igitur ſicut eam ex ed. Baſ. tenuit Caſaubonus, nihil ſuis e codicibus adnotans; ſic & ego in hanc noſtram editionem irrepere paſſus ſum.

Quum vero, quod nunc demum animadverti, τὴν περὶ f παρ' αὐτῷ habeat Veneta; ſuſpicari licuerat, aliud quid fortaſſe ſub iſto monſtro latere. Ecce vero τὴν παρακειμένην αὐτῷ dat uterque noſter codex; quod haud cunctanter recipi debuerat. Idem verbum etiam Suidas habet, ſed ſuperiore loco pro παρατεθειμένην: hîc vero nude ait, τὸν οὖν Διονύσιον γελάσαντα ἀποστεῖλαι αὐτῷ τὴν τρίγλαν.

ἐπεὶ δὲ τὴν ἐρωμένην Γαλάτειαν ἐφωράθη διαφθείρων. Aliam cauſſam, qua offenſus *Dionyſius in lapicidinas Philoxenum coniecerit*, Diodorus Sicul. reddit, lib. XV. cap. 6. ſcilicet nimiam poëtae libertatem in dicenda de ineptis tyranni carminibus ſententia. Cum quo conſentit quod Suidas habet in Φιλοξένου γραμμάτιον.

ποιῶν τὸν Κύκλωπα. Paulo ante dixerat, γράφων τὴν a Γαλάτειαν. Itaque TOUPIUS (ad Theocr. p. 402.) ait: »Plena inſcriptio huius operis fuerat, Φιλοξένου Κύκλω↓ »καὶ Γαλάτεια. Hinc nunc ἐν Κύκλωπι, nunc ἐν Γαλα»τείᾳ laudatur Philoxenus.« — Vide Aelian. Var. Hiſt. XII. 44. Mox dein, εἰς τὸ περὶ αὐτὸν ſcripſi, codices noſtros ſecutus; ubi περὶ αὑτὸν habebant edd. De pronomine iſto, perſaepe ab editoribus contra librorum fidem mutato, vide Lexicon noſtrum Polyb. in Αὐτός. num. 3. & Indicem Graecitat. Epictet. in Αὐτοῦ.

AD CAP. XII.

Ἐγένετο δὲ κατὰ τοὺς Τιβερίου χρόνους ἀνήρ τις Ἀπίκιος. »TRES Roma tulit APICIOS, gulae ſtudio omnes infames. »Horum trium duos unicus Athenaeus nobis tradit. *Pri»mus* is eſt, qui vixit cum Rutilio Rufo, qui nomen de»dit anno Urbis DCXLIX. & aliquot annis poſt, adni»tente vel occaſionem certe praebente Apicio iſto, in »exilium eſt actus. [Athen. IV. 168. d. e.] *Alter* in »maiore fama & fuit vivus & nunc quoque eſt, quam »ut pluribus ſit nobis indicandus. Sub Tiberio vixiſſe »eum narrat hîc Auctor: & conſentiunt Seneca, Con»ſolatione ad Albinam matrem, [ad Helviam, cap. 10.] »& alibi; Plinius lib. XIX. cap. 8. [ſect. 41.] & Dio »Nicaeus libro LVII. [Dio Caſſ. LVII. 19.] Forſaſſe hic »eſt, de quo ſcripſerat Appion grammaticus, cuius librum »περὶ τῆς Ἀπικίου τρυφῆς laudat noſter in ſeptimo. [VII.

a »295. f.] *Tertius*, ſicut & primus, Athenaeo ſoli memo»riam nominis ſui debet. Vixit *ſub Traiano*, ut ſtatim ſe»quitur. [cap. 13. noſtrae ed. pag. 7. d. ed. Caſaub.] Non »enim poſſumus de lectione noſtrorum librorum dubita»re, cum Suidas in voce Ὄστρεα non aliter eum deſcri»bat. Errant qui *duos* [ſolum] fuiſſe *Apicios* ſcribunt: »vide ad librum IV. *De nomine primi Apicii*, ſcribit Au»ctor, *fuiſſe nominatas placentas Apicias, diviſas in γένη* »πολλὰ, id eſt, *ſpecies*. In hoc potiſſimum delitiarum ge»nere gulae proceres ſtudium poſuiſſe, alibi docemus. »Caeterum *placentas Apicianas* alibi quam apud hunc li»bro XIV. [p. 647. c.] legere adhuc non memini, ſed »*condimenta*. Tertullianus, De Anima: *Si ita iudicabitur,* »*nonne illa anima plus ſolatii quam ſupplicii relatura eſt,* »*quod funus inter coquos pretioſiſſimos invenit, quod condimen*»*tis Apicianis & lurconianis humatur.*« CASAUBONUS. — De *tribus* APICIIS eadem fere, quae Caſaubonus, iam ante eum adnotaverat Lipſius ad Taciti Annal. IV. 1. Libelli auctorem *de Obſoniis & Condimentis* ſ. *de Arte Coquinaria*, qui ſub *Apicii* nomine hodie exſtat, videri hominem eſſe tribus iſtis Apiciis longe poſteriorem, qui *Apicii* nomen mentitus ſit, recte a doctis viris obſervatum eſt. Quae de *Apicio* eo, qui *Tiberii aetate* vixit, hic narrat Athenaeus, ea Suidas etiam habet in Ἀπίκιος, ſed foedis nonnullis inquinata vitiis, quae non moror: illud tamen mireris, quod mendoſa nomina, quae ibi leguntur, ἐν Κιντούροις τῆς Γαλατίας, eodem modo apud eumdem in Κιντούροις repetantur. Sed haud rara apud illum Grammaticum id genus monſtra. Noſtri mssti recte cum edd. in Μιντούρναις & Καμπανίας conſentiunt: pro πόλις vero eſt πόλει in cod. *a*. quod percommodum foret, ſi δὲ particula abeſſet.

b κατὰ Λυβίην. Operarum erratum e Caſauboniana prima irrepſit, meoſque & lynceos docti Viri oculos, qui typographeo praeeſt, fefellit. Corrige κατὰ Λιβύην.

τὰς καλλίστας καρίδας. Perperam h. l. ἀκαρίδας habent ed. Ven. & Baſ. cum noſtris mssis. Numquam ita auctum ab initio vocabulum iſtud in uſu fuiſſe Graecis legimus: licet in aliis quibuſdam nominibus ſimilis pleonaſmus literae α locum habuerit, ut docet auctor noſter II. 47. a. Mox pro iſtis verbis, ἐπύθετο εἰ μείζους ἔχουσιν, & nonnullis quae ſequuntur, breviter apud Suidam legi-

tur, δεαστάμενος δὲ αὐτὰς μικράς. CASAUBONUS εἰ μείζους οὐκ ἔχουσιν scribi voluit: »restituta negatione, in»quit, quae occasione proxime praecedentis syllabae est »omissa.« — Ego, sicut lubens acciperem eam voculam, si libri darent; sic non necessarium putavi, invitis illis sumere.

ἀφ' οὗ καὶ κωλήν τις καλεῖται Ἀριστόξενος. »Legendum c »Ἀριστοξένειος. Nam alienissimum est ab auctoris mente, »quod finxere interpretes, quasi fuerit Aristoxenus cog»nominatus Κωλήν. Hoc Athenaeus non dixit: sed ge»nus quoddam κωλήνων, [*pernarum*, vel *petasonum*] sin»gulari modo nescio quo paratorum, *Aristoxeneum* ab eo »denominatum esse. Κωλὴν Ἀριστοξένειος sic dictus, ut »πλακοῦς Φιλοξένειος, de quo fecit modo mentionem.« CASAUB. — At, in librorum consensu, nihil impedire ratus eram, quo minus crederemus, ipso etiam Ἀριστοξένου nomine insigniri vulgo solitum esse istud edulium. Quae inde sequuntur, ὑπὸ τῆς ἀνυπερβλήτου &c. reperies etiam apud Suid. in Ἀριστόξενος Κυρην.

AD CAP. XIII.

Τραϊανῷ — Ἀπίκιος ὄστρεα νεαρὰ &c. Locum hunc ex- d cerptum dedit Suidas in Ὄστρεα. De tribus, quorum mentionem Athenaeus fecit, *Apiciis* vide quae paulo ante dicta sunt. Mox pro ὑπὸ σοφίας nil caussae est cur ἀπὸ σοφίας malimus cum Listero ad Apicii de Re Coquinar. lib. I, cap. 12.

Νικομήδει τῷ Βιθυνῶν βασιλεῖ. Insulse vulgo τῷ Βιθυνῷ τῷ βασιλεῖ edd. & mssti: pro quo non dubitavi τῷ Βιθυνῶν βασιλεῖ ex Suida recipere, quod iam commendaverat Casaubonus. Dedit hoc Suidas in Ἀφύα, ubi illud quidem per consuetam huius Grammatici incogitantiam factum, quod pro μάγειρός τις, quod mox sequitur, Ἀπίκιος ὁ ὀψοφάγος sit positum. Sunt autem ἀφύαι, latine *apuae*, minuti pisciculi, qui fricti potissimum mensis solebant adponi: de quibus videndus noster Athen. VII. 285. f. & seq. ubi etiam docet auctor, tam plurali numero, τὰς ἀφύας, quam singulari, τὴν ἀφύην, (nempe hoc, collectiva notione) dici. Qua ratione & h. l. postquam primum in sing. ἐπιθυμήσαντι ἀφύης dixit, & μιμησάμενος τὸ ἰχθύδιον, deinde pluralem numerum

d subiicit, παρέθηκεν (*adposuit* scil. *edulium* vel *ferculum*) ὡς ἀφύας, *veluti apuas*. Potuerant, persicuitatis causſa, postrema ista verba sic distingui: μάγειρός τις, μιμησάμενος τὸ ἰχθύδιον, παρέθηκεν ὡς ἀφύας.

Quo pacto *piscículos* illos imitatus fuerit coquus, EUPHRONIS *Comici* verbis, qui coquum loquentem induxit, dehinc exponitur. Versus istos in Excerpta sua recepit Grotius p. 687. cuius latinam versionem etiam maximam partem tenui, quatenus cum Graecis consentiebat. *Vers.* 1. Σωτηρίδου. *Soterides* coquus rursus memoratur IX. 377. d. ex eiusdem Euphronis Synephebis.

e *Vers.* 3. Cum sic editum fuisset, ὁδὸν ἀπέχοντι πρῶτον, CASAUBONUS: »Offendit me vox πρῶτον, inquit. Et »omnino, si quid iudico, corrupta ea est. Corrigo sine »dubio, πρὸς ἄρκτον. Erat tum Nicomedes in Scythia, »quae regio est ultra Pontum versus Aquilonem. Fuisse »*in Scythia*, probat sequens vs. [12.] περὶ τὴν Σκυθίαν »ἔλυσε τὴν ἐπιθυμίαν. Ergo πρὸς ἄρκτον.« — Grotius & levi transpositione & mutata distinctione verborum levandam difficultatem censuerat, sic scribens:

— — — Νικομήδει δώδεκα
ὁδὸν ἀπέχοντι ἡμερῶν, πρῶτόν ποτε
ἀφύης ἐπιθυμήσαντι, &c.

Quaestionem omnem praeciderunt nostri codices, πρῶτος scribentes; scilicet, *primus* inventum illud excogitavit Soterides: quem postea alii, puta, coqui subinde imitati sunt.

Vers. 5. Pro ἡδεῖς, Brunckius ad sui exempli oram ἡδέας adnotavit: nescio an e msto codice. In nostris schedis nihil ad hanc vocem notatum. Quidquid sit, perinde est. Sed, quo referendum sit hoc ipsum vocabulum, dubitari poterat. Grotius, *suaves* interpretans, ad *apuas* retulit: quem ego in distinguendis Graecis secutus, post ἡδεῖς comma posui; sed simul ante eam vocem, quemadmodum idem Grotius in suis Latinis fecit, minutam distinctionem (ab operis quidem nostris neglectam) interpositam volueram, ut esset:

παρέθηκεν, ἡδεῖς, ὥστε πάντας ἀνακραγεῖν.

id est: *adposuit, ut omnes exclamaverint, suaves eas esse*; vel, *ut omnes, quam suaves! exclamaverint.* Sic nempe, quamquam ἀφύης in sing. numero praecesſit, tamen ἡδεῖς, scil. ἀφύαι, in plurali sequi posse iudicaverat; quia, ut

paulo ante monui, perinde & αἱ ἀφύαι & ἡ ἀφύη dici ſo- e
let. At idem Grotius in Graecis eamdem diſtinctionem tenuit, qua Caſaubonus (praeeunte Dalechampio in latina verſione) uſus erat. Nam, cum in ed. Ven. & Baſ. (ac puto etiam in msstis) nulla eſſet diſtinctio in medio verſu poſita, Caſaubonus ſic ſcripſit:

παρέθηκεν, ἡδεῖς ὥστε πάντας ἀναχραγεῖν.

Quae ratio mihi, hunc locum iterum iterumque retractanti, magis nunc adridet: ut dicatur id, quod his latinis verbis Dalechampius expreſſit:

appoſuit, ut prae gaudio omnes exclamarent.

ſive, ut *laeti omnes exclamarent.* Nam eodem modo, pro *laetus*, accipi interdum vocabulum ἡδύς, H. Steph. Theſ. Gr. Ling. T. I. 1431. h. pluribus exemplis probavit.

Verſ. 6. Potueras iſta, Πῶς δὲ τοῦτο δυνατόν; ad praecedens verbum ἀναχραγεῖν referre: ſcilicet, *omnes exclamaſſe*, *At, quî hoc fieri poteſt?* nempe, *ut his in regionibus media hieme apuae nobis adponantur.* Sed tutius viſum eſt, cum interpretibus aliam perſonam haec dicentem quaerentemque ſtatuere. *Ibid. & verſ. ſq.* Τογγυλίδες (id eſt, *rapas* ſive *napos*) in *maſculas & foemininas* diſtribuiſſe Graecos, e Theophr. VII. 4. docet Athen. IX. 369. e. Conf. Plin. XVIII. 13, 34. & XIX. 5, 25. Plura dabit Bodaeus a Stapel ad Theophraſt. p. 772. *Verſ.* 7. εἰς λεπτὰ σφόδρα. Bene haec habent; ſed ex docti editoris Veneti ingenio prognata videntur, quo compleretur verſiculi menſura. Noſtri certe codices ambo nonniſi λεπτὰ agnoſcunt, omiſſis voculis εἰς & σφόδρα. Suidas in Ἀφύα, ſoluta utens oratione, ἔτεμεν, ait, εἰς μακρὰ καὶ λεπτά: commode.

» *Verſu nono*, legit Dalechampius ἀποζέσαν: [vertens » ſcil. *Fervens oleum affudit.*] Ego non video cur neceſſe fue» rit, oleum fervefieri priuſquam in ſartaginem infunde» retur. Lego igitur, ut editum eſt, ἀποζέσαι δ' ἔλαιον ἐπι» χέας, id eſt, *infuſo oleo*, *ut ferveret in eo & coqueretur* » iſta falſo credita apua: ἀποζέσαι, pro ὥστε ἑναποζέσαι, » vel πρὸς τὸ ἑναποζ. *ut inferveret*, vel *inferveſaceret.* [vo» luit puto, *vel inferveſceret.*] Scripti quidam ἀποζέσας, pro » ἀποζεῖν ποιήσας, ſignificatione τοῦ Hiphil Hebraeorum: » non probo.« CASAUB. — In ἀποζέσαι cum editis conſentiunt noſtri msstι, & alii puto omnes. ἀποζέσας unus Suidas habet: ſed is, ut modo monebam, quae verſibus

e complexus erat poëta, ſoluta oratione reddidit, & in brevius contraxit.

Verſ. 10. μουσικῶς, *pererudite*, ut reddidit Grotius; ſive, *ſcite*, *dextre*, *apta proportione*. conf. VII. 291. a. Sic μουσικώτατος ἀνὴρ ſaepe, non ſolum de poëta, ut III. 116. d. ſed de quovis viro *doctiore*, *cultiore*, & *literis humanioribus egregie erudito*. II. 49. b. III. 115. b. VIII. 361. f. σοφῶς ἀρτύσω, ait coquus apud Sophoclem, cuius verba refert Noſter II. 68. a. Verba iſta, μήκωνος ἐπιπάσας ἄνω cum toto ſequente verſu transſiluerat in latina verſione Grotius; cuius adeo verſionem ea parte, utcumque potui, ſupplevi. ἐπιπάσσας editum erat, duplicata praeter neceſſitatem ſibilante litera. Equidem, licet nihil e codicibus enotatum repererim, tamen ἐπιπάσας cum Grotio corrigendum duxi: pro qua quidem ſcriptura Suidam, qui ita habet, nolim teſtem invocare; non modo quia ſuo iudicio is potuit uti, ſed quod ſoluta prorſus oratione haec expreſſit. *Papaver* pro *condimento* olim adhiberi ſolitum declarant μακωνίδες (vel μηκωνίδες) ἄρτοι, III. 110. f. ubi vide quae a Caſaubono adnotata ſunt.

Verſ. 12. περὶ τὴν Σκυθίαν ἔλυσε τὴν ἐπιθυμίαν. Quem *duodecim dierum intervallo a mari abfuiſſe* ſupra dixerat, eum nunc *in Scythia* tunc verſatum ſignificat: in quo nihil video quod offendere quemquam merito poſſit. Nec tamen ea ſcriptura GROTIO placuit, qui & nomen iſtud & proximum verbum ita mutavit, ut ex ingenio reſcriberet:

περὶ τὴν σκοτίαν ἐκάλεσε τὴν ἐπιθυμίαν.

Quae latine ſic expreſſit:

— — — *quo facto aulicae*
gulae aviditatem invitat multo veſpere.

In *Notis* vero ait: »*In tenebris*; quo expeditius falleret. »Eſt autem elegans locutio ἐκάλεσε τὴν ἐπιθυμίαν, id »eſt, *cupidos invitavit*.« — Quam quidem audaciam, iniquo prorſus loco admiſſam, divino viri ingenio, reliquiſque ſummis in quamplurima Graecorum poëtarum loca meritis, facile condonabimus.

f *Verſ.* 15. Οὐδὲν ὁ μάγειρος &c. Eiuſmodi *magniloquentiae coquorum* alia exempla bene multa in ſequentibus adferet noſter Auctor: quo de genere vide praeſertim lib. VII. p. 290 ſqq.

AD CAP. XIV.

Ὅτι περὶ Περικλέους φησὶν Ἀρχίλοχος. Eumdem fuperiorem *Periclem* adloquitur *Archilochus* in Elegiae fragmento, quam ex Stobaeo in Analecta Graecorum Poëtarum recepit Brunck Tom. I. p. 40. De cuius poëtae cum illo Pericle primum familiaritate, dein inimicitiis, vide quae poſt Schneiderum adnotavit Iacobs ad Anthol. Vol. I. P. I. p. 148. f

Μυκονίων δίκην· δοκοῦσι δ' οἱ Μυκόνιοι &c. Cum Μυκωνίων & Μυκώνιοι eſſet editum, monuit Caſaubonus, licet codices h. l. & Zenobius (Proverb. Centur. V. 21.) & Suidas (in Μυκώνιος γείτων) ita habeant, tamen rectius per ο breve ſcribi id nomen. Scilicet ab ἡ Μύκονος, quae eſt una e Cycladibus inſulis, Μυκόνιοι dicuntur, ut Stephanus Byz. aliique docent. Et noſtri quidem ambo codices h. l. veram illam ſcripturam per ο breve dederunt. Habuit autem hunc Athenaei locum ob oculos Suidas l. c. itemque Heſychius in Μυκόνιον, & Photius in Lexico, cuius verba citavit doctus Heſychii editor. Pro πλεονεξίᾳ, Suidas & Zenobius σμικροπρεπείᾳ vel μικροπρεπείᾳ habent, quod videtur ab Athenaeo eſſe; pro quo vocabulo Epitomator noſter, pro ſuo more, alterum magis vulgatum πλεονεξίᾳ poſuerit. De *Iſchomacho* conf. VIII. 452. f. a

Cratini *verſus* ita diſtributos dedi, ut in omnibus reperi editionibus. Metrum, quod illis ineſt, mihi haud ſatis compertum eſſe profiteor. In *verſ.* 1. haud incommode, poſt Πῶς ἂν, *commate* diſtincta fuiſſet oratio. *Ibid.* pro Μυκωνίου, quod habebant editi libri, rurſus Μυκονίου per ο breve ſcripſi, licet ibi nihil e noſtris codicibus adnoratum invenerim. *Verſ.* 2. Ἀγαθὸς ἀν. Ἀγαθὸς ὢν legendum ſuſpicor, ac paene perſuaſum habeo. Reſpicitur autem proverbium, quod ex Platone Athenaeus refert IV. 178. b. ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν αὐτόματοι ἀγαθοί.

Archilochi *verſus*, neglecto prorſus metro, multiſque inquinati erroribus, ſic erant editi:

Πολλὸν δὲ πίνων καὶ χαλίκρητον μεθύων οὔτε τι [οὔτ' ἔτι ed. Ven. & Baſ.]

Τίμον εἰσήνεγκας, οὐδὲ μὴν κληθεὶς ἦλθες, οἷα δὴ φίλος. ἀλλά σε γαστὴρ νῶντε καὶ φρένας παρήγαγεν εἰς ἀναιδείην.

a Ubi ſuis ex codicibus nihil ſubſidii expromſit Caſaubonus: noſtri vero, alioqui nil mutantes, illud tamen recte, quod τι poſt οὔτε ignorant; & ſub finem νόον τε pro νῶντε habent. Monuit vero ex ingenio Caſaubonus, χαλίκρητον μέθυ ſcribendum, non μεθύων. » Vinum enim, » inquit, χάλιν vocant poëtae. Hipponax: ὀλίγα φρονοῦ- » σιν οἱ χάλιν πεπωκότες. Ea ratione ſic dictum vinum, » qua Bacchus Λυαῖος, & poëtis λυσιμελής. Veteres Athe- » nienſes ſic τὸ ἄκρατον vocaſſe ſcribit Apollonii interpres, » [ad Argon. I. 473.] χαλίκρατον μέθυ, *temetum vino tem-* » *peratum*, id eſt *meracum*; & ut elegantiſſime ait D. Io- » hannes in Apocal. [c. 14, 10.] οἶνος κεκερασμένος ἄκρα- » τος. Apollonius: [Argonant. l. c.] Πῖνε χαλίκρητον λα- » ρὸν μέθυ.« — Conf. Euſtath. ad Odyſſ. γ'. p. 132. 14. Heſych. in Χαλὶς, & Etymol. in Χαλίφρων. Tum vero ſic pergit CASAUBONUS: »Poſſumus minima mutatione » ſenarios aliquot ex illis Archilochi conſtituere; quae fuit » Turnebi ſententia. Ita ſcribemus:

Πολλὸν δὲ πίνων καὶ χαλίκρητον μέθυ;
ὧν οὔτε τιμὴν εἰσήνεγκας, οὔτε μὴν
κληθεὶς ἐσῆλθες, οἷα δὴ φίλος· ἀλλά σε
γαστὴρ νόον τε καὶ φρένας παρήγαγεν
ἐς ἀναιδίην.« —

Quae ratio conſtituendi huius loci ita mihi non modo probabilis, ſed certa viſa eſt, ut totam adoptandam iudicarem; excepto quod *vſ.* 2. pro οὔτε μὴν, ſervatum οὐδὲ μὴν, quod dabant libri, & *eod. verſ.* pro εἰσήνεγκας, εἰσενέγκας in participio ſcriptum voluerim, quod & metri ratio, & orationis conſtructio connexioque neceſſario poſtulare videbantur. Et in εἰσενέγκας quidem recte paruere operae; ſed particularum οὔτε & οὐδὲ ſedes inter ſeſe perperam permutarunt. Itaque alterum illum verſum ſic reſcriptum velim:

ὧν οὔτε τιμὴν εἰσενέγκας, οὐδὲ μὴν
κληθεὶς &c.

Atque ſic mihi optime curatus hic locus viſus erat, &, ut dicam quod ſentio, adhuc nunc videtur. Aliter vero iudicavit Iacobs, Vir doctus, qui in Animadverſ. ad Anthol. Graec. Vol. I. P. I. p. 148. ſic reſtituendos ſuis numeris verſus iſtos cenſuit:

Πολλὸν δὲ πίνων καὶ χαλίκρητον μέθυσσος
οὐ τίμιον εἰσενέγκας οὐδὲν, οὔτε κληθεὶς,

ἐπεισπέπαικας, οἷα δὴ φίλος, ἀλλά σε γαστὴρ
νόον τε καὶ φρένας παρήγαγ' ἐς ἀναιδείην.

Una hac adiecta Nota: »Pro ἐπεισπέπαικας, quod genui-»num esse arguunt verba Athenaei supra posita, in con-»textum venit glossema ἦλθες, languidum verbum, quod »metrum iugulat. Cf. Aristoph. Plut. 805. Sophocl. Oedip. »T. 1275.«

Sequuntur Eubuli festivi *versus;* quorum quatuor prio- b
res exhibuit Grotius in Excerptis. *Vers.* 1. Φιλοκράτης καὶ Φιλοκτήτης erat in ed. Ven. & Bas. in quod & nostri mssti & alii puto omnes, qui hodie exstant, consentiunt. Recte vero Casaubonus: Φιλοκρ. καὶ Φιλοκράτης edidit, adiecta hac Animadversione: »In hoc versu bis ponendam »esse vocem Φιλοκράτης, docuit in Lectionibus suis eru-»ditissimus *Muretus.* Nos in ea Libri primi editione, quam »ὁ θαυμαστότατος *Turnebus* ante editum illum a Mureto »librum Lutetiae curavit, locum restitutum invenimus. »Uter utri praeiverit, facile eruditi iudicabunt, non so-»lum ex ratione temporis, sed & morum ac scriptorum »utriusque comparatione.« — *Ibid.* Ad verba ἐπὶ δεῖπνον ἄμαχοι notavit idem Casaub. »Duo *quos nulla vi aut* »*copia ciborum expleveris*, aut herbam porrigere coëgeris. »Aelianus, principio Variarum: [I. 1.] καὶ πᾶν ὅ τι οὖν »φαγεῖν ἄμαχοι: paulo aliter; nam Eubulus *quantitatem* »ciborum spectavit, Aelianus magis *qualitatem.*« —

Quum *Versus quartus* esset iusto minor, *quintus* vero ὑπέρμετρος; (nam in fine scribebatur πρὸς φίλου τινὸς,) Casaubonus sic rescribendum censuerat:

ἕνα γὰρ ἐκεῖνον ὄντα, ὡς ὄντας δύο
λογίζομαι, νὴ Δία, μεγάλους, μᾶλλον δὲ τρεῖς.
ὃν φασι παρακληθέντα πρὸς φίλου τινος &c.

Equidem nil opus esse duxi, ut complere quartum versum tentaremus, quem ipse Athenaeus in fine abruptum citare potuit: quamquam non me praeterit, ipsum illud hemistychium, quod supereſt, μεγάλους, μᾶλλον δὲ τρεῖς, siquidem prius hemistychium senarii esse statuatur, mendo non vacare, ob spondaeum secundam sedem occupantem. *Quinto* vero *versui* certissimum fore remedium iudicavi, si inutile pronomen τινὸς resecaretur: quod ex interpretatione temere adiectum fuisse, fidem etiam facere videbantur codices nostri: quorum alter (cod. *a.*) duo etiam adiecta pronomina habet, φίλου αὐτοῦ τινος:

alter *b*. ſic habet, φίλου .... τινὸς, vacuo ſpatio relicto, cum in exemplari ſuo vocem αὐτοῦ perſpicue legere non valeret librarius. Utroque ſane, & αὐτοῦ, & τινὸς, percommode carere potuimus.

c *Verſ.* 7. Dixerat Timocrati amicus convivator, *Veniret ad coenam, quando*

εἴκοσι ποδῶν μετροῦντι τὸ στοιχεῖον ἦ.

id eſt, *quum umbra ipſi metienti futura eſſet viginti pedum.* Nempe (ut ex Polluce VI. 44. & Heſych. in Δεκάπουν στοιχεῖον, in Ἑπτάπους σκιὰ, & in Δωδεκάποδος, partim Caſaubonus docuit, ad Athen. VI. 243. a. partim Salmaſius ad Solin. p. 446 & 455. cum quibus conferendus Ioh. Matth. Geſnerus ad Luciani Saturnal. cap. 17. T. IX. p. 340. ed. Bipont.) vulgo olim Athenis horam diei umbrae longitudine aeſtimabant definiebantque. Umbram autem ſpectabant, quam mittebat ſive ſuum cuiuſque corpus, ſive gnomon aliquis erectus aut columella, cui altitudo eſſet corporis humani mediae fere ſtaturae: eamque umbram metiebantur pedum numero. Umbram ipſam, ſive terminum umbrae, non modo τὴν σκιὰν vocabant, ſed & τὸ στοιχεῖον, quaſi eam partem ſive lineam ſcalae per pedes diviſae, quam tangebat extrema umbra: στοιχεῖα enim in quaque re dicuntur *ſingulae partes, e quibus conſtare totum intelligitur.* Atque, iſta ratione definiendae horae diei praeſertim uſos eſſe Athenis, reperimus, in indicando *tempore quo adeſſe iubebantur convivae ad coenam vocati.* Erat autem tempus coenae varium, ut mos cuiuſque ferebat aut commoditas. Itaque alius convivator adeſſe ſuos convivas iubebat ὅταν ἦ ἑπτάπους ἡ σκιὰ, ut apud Ariſtoph. in Athenaei Supplemento a Caſaub. edito in Animadv. ad lib. XI. cap. 14. alius ὅταν ἦ δεκάπουν τὸ στοιχεῖον, ut apud eumdem Ariſtoph. Eccleſ. 648. alius, δεκάποδος, (ſcil. οὔσης τῆς σκιᾶς, aut ὄντος τοῦ στοιχείου,) ut ex Menandro refert Athen. VI. 243. a. Convivator autem, de quo nunc Eubulus loquitur, heluonem Philocratem ad coenam vocans, dixerat ei, *adeſſet quando metiens umbram reperiſſet eſſe viginti pedum;* id eſt, paulo ante ſolem occidentem. At famelicus heluo, cui non in mentem venerat, poſſe aliquem (cui praeſertim lauta res domi eſſet) tam ſero diei coenam capere, perſuaſerat ſibi, lautas epulas ſolido de die atque etiam primo mane initium ſumturas; &, quod de pomeridiana

umbra dixerat convivator, de antemeridiana & matutina c umbra interpretatus erat. Igitur oriente sole, cum umbrae longitudo adhuc amplius XXII pedum esset, veritus, ne sero veniret, aut etiam civilius fore ratus, si non ad ipsum horae momentum quo ad epulas adcumberetur, sed honoris & obsequii causa aliquanto maturius praesto esset, adcurrit homo; seque etiam, quod non maturius venisset, excusat.

Caeterum in poëtae verbis parum aut nihil difficultatis inest. πλεῖν *vers.* 10. nota forma attica & poëtica pro πλεῖον, quod ipsum πλεῖον h. l. perperam habet cod. *a*. *Vers.* 11. φᾶναι an pro φῆναι recte dici possit, nescio. Oportebat penultimam esse longam: aliàs φάναι scribi potuisset, consueta praes. & imperf. infinitivi forma. *Vers.* 12. sic vulgo legebatur:

δι' ἀσχολίαν παρόνθ' ἥκειν ἅμ' ἡμέρᾳ.

quod ob spondaeum in quarta sede non ferebat iambici metri ratio. Itaque transposui verba, ut monuerat Hermannus de Metris p. 165.

Amphidis duobus illis *versiculis*, Ἀσυμβόλου δείπνου &c. quaenam potissimum vis aut sententia insit, minus me percipere fateor. Eos latine sic reddidit Grotius in Excerptis p. 522.

Deserere qui audet coenam immunem a symbola,
hunc & fugacem in acie ne dubites fore.

Brunckius (ut ex notulis cognovi ad oram libri ipsius scriptis) duos istos versus ad superiores referendos censuit, & dein sic scribendum: Ἄμφις φησὶν ὁ κωμικός· Ἀσύμβολον κώθωνα μὴ παραλίμπανε. Χρύσιππος δὲ φησίν· Κώθων δ' οὐ — — διωκτός. Ἀντιφάνης δὲ &c.

Χρύσιππος δὲ φησίν. Ἀσυμβ. &c. Perperam Χρύσιππον mssti nostri. Duos versus, qui sequuntur, ἀδεσπότους esse, monuit Casaubonus, ut plerosque proverbiales; *Chrysippo* vero h. l. tribui, quia ex eius philosophi libris sumti sint a Deipnosophista. In eisdem versibus vitiose περιλίμπανε & περιλητὸς legebatur in ed. Ven. & Bas. quae e suis mssti correxit Casaub. quibus adsentiuntur nostri. Qua occasione de frequenti librariorum lapsu, voculas illas παρὰ & περὶ cum in Athenaei libris, tum in aliis scriptoribus, perperam inter se permutantium, conqueritur idem Vir doctus. Quod genus erroris & a nobis in Polybii, in Epicteti, in Simplicii codicibus aliisque, frequenter notatum est.

d In ANTIPHANIS *priori verſu*, ποθὲν habent editiones omnes; nec e mſstis aliud quid enotatum. Nec incommoda ſententia: *alicunde*, vel *undecumque*. Grotius vero (cuius verſionem Graecis ſubieci, ex Excerpt. pag. 636.) πόθεν ſcripſit: quod ſi conſulto ab eo factum, conſtruxit cum infinitivo δειπνεῖν, *habes unde coenes*, id eſt, *facultatem habes coenandi.*

Duo alii qui ſequuntur, eiuſdem ANTIPHANIS *verſus*, ſic editi legebantur:

Μακάριος ὁ βίος, ᾧ δεῖ μ' ἀεὶ καινὸν πόρον,
εὑρίσκειν, ὡς μάσημα ταῖς γνάθοις ἔχω.

»Locus (inquit CASAUBONUS) mendi manifeſtus. In »utroque verſu laborat modulus metri: tum autem ſen»tentia abſurda. Quaenam, obſecro, *felicitas*, ſubinde *ſo»licitum eſſe de invenienda aliqua nova parandi victus ratio»ne?* Praeterea falſum eſt, id Antiphanem ſenſiſſe: qui »contrarium potius voluit, ut ex praecedentibus clarum, »& ex inſtituto ab auctore noſtro ſermone. Corrigo:

»Μάκαρς ὁ βίος· οὗ δεῖ μ' ἀεὶ καινὸν πόρον
»εὑρεῖν ποθ', ὡς μάσημα ταῖς γνάθοις ἔχω.

»Fortunam ſuam praedicat paraſitus. *Beatam*, inquit, *vi»tam! nihil mihi opus, novam quot diebus rationem inire qui »habeam quod edam.*« — Quam emendationem, cum certius nullum remedium male adfecto loco ſuppeteret, adoptavi; niſi quod μάσημα, praeeuntibus editis & mſstis, ſimplici litera σ ſcripſi, qua nil opus erat duplicata. Illud quidem nonnihil addubitaveram, debuerint-ne forſan verba Μακάριος ὁ βίος *ironice* dicta intelligi, ut non opus fuerit *negante particula.* Peius vero etiam, quam editi, habent mſsti noſtri, Μακάριος ᾧ βίος ᾧ δεῖ &c. niſi quis forte ingenioſior in ipſo hoc monſtro aliquam lucis ſcintillam perſpiciat.

Ταῦτα οἴκοθεν ἔχων, εἰς τὸ συμπόσιον ἦλθον, -- ἵνα κἀγὼ τὸ στεγανόμιον κομίζων παραγένωμαι. »Epitomae »auctor omnem ſermonum ſeriem & operis totius faciem »ita corrupit, ut quid a quo & quorſum dicatur in illius »Excerptis nulla coniectura poſſis aſſequi. Omiſit enim »quaecunque fere decori & nexus gratia, ut fieri amat in »Dialogorum textura, erant addita, tamquam veſti prae»texta. Si quid eiuſmodi non eſt omiſſum, ſcias, aut »verbi alicuius venuſtatem, aut dicti novitatem, feciſſe »ut id excerperetur: quod nos cum aliis non paucis ob-

»ſervavimus locis, tum in hiſce, Ταῦτα οἴκοθεν &c. Pro- d
»nuntiabat iſta unus convivarum, poſt longam & teſti-
»moniis antiquorum plenam orationem. *Haec*, ait, *domo*
»*ad hoc convivium attuli: iam ante meditatus, quî poſſem*
»*huc accedere cum parata mercede quam hoſpiti meo darem.*
»στεγανόμιον apud Atticos (nam alii aliter) ea dicitur
»merces, quam hoſpes ex hoſpitio diſcedens pendit ſta-
»bulario. [vid. Heſych. h. v.] Latine, *pretium manſionis.*
»Apuleius: *Quin imus, & itineris matutini gratiam carpi-*
»*mus? Sumo ſarcinulam, & pretio manſionis ſtabulario per-*
»*ſoluto, capeſſimus viam.* Editum erat περιγένωμαι. Culpa
»librarii errorem genuit interpretis poſterioris; [Dale-
»champii, qui, *ut hoſpitii mercede non perſoluta evadam*,
»vertit:] nam mirum, Natalem legiſſe recte, & non
»male ſententiam expreſſiſſe. In editione Turnebi pro
»verſibus habentur haec omnia & diſtinguuntur: magno
»profecto errore. Neque hoc dico, ut magni viri, quos
»veneror, manes violem: ſed ut aequioribus utar doctis
»viris, ſi quando in tam longo opere ſomnus irrepens
»nos opprimat.« Haec CASAUB. — Et ego quidem (ut
inde pergam, in quo ille deſiit) pariter, in toto huius
operis decurſu, eo me loco verſari intelligo, ut profiteri
debeam, hanc veniam me petere dareque viciſſim. Athe-
naei hunc locum iam tetigerat Vir doctus in Animadverſ.
ad p. 4. b. ubi de *ſymbolis* agebatur, quas Deipnoſophiſtae
c *commentariolorum ſuorum faſciculis* conferebant. Verbum
παραγένωμαι noſtris in codicibus recte ſcriptum.

Ἄκαπνα γὰρ αἰεὶ ἀοιδοὶ θύομεν. »Vetus dictum eſt, e
»cuius auctoritate factum ſuum tuetur iſte conviva, qui
»dixit modo, *ſe*, *pro ſymbola*, *auctorum locos recitaſſe. Ius*
»*namque eſt hoc*, inquit, *cantorum & poëtarum, ut ſacrifi-*
»*cent ſine fumo;* hoc eſt, laute epulentur nullo ſuo ſum-
»tu. θύειν hic potius τὸ εὐωχεῖσθαι, quam *ſacrificandi*
»actum, ſignificat; quia rem ſacram *convivium opiparum*
»ſequebatur. ἄκαπνα quae dicantur proprie, docent nos
»& Iuriſconſulti. In hoc proverbio denotat ea vox τὸ
»ἀδάπανον: quia dapſilium epularum ſymbolum apud
»poëtas eſt *ignis* aut *fumus*, ut in hoc auctore ſaepe vi-
»des, & teſtatur dictum vetus in ſcholiis Ariſtophanis,
»τὸ πῦρ εὐωχίας σημεῖον. Sic igitur dictum iſtud παροι-
»μιῶδες auctor noſter uſurpat: alii ſcriptores aliter. Leo-
»nida, poëta epigrammatarius, verſiculos Caeſari offe-

e »rens muneri, Καλλιόπης γὰρ, inquit, ἄκαπνον ἀεὶ θύος. »[Analect. Brunck. Tom. II. p. 193. num. 17.] Michaël »Pſellus, in Epiſtolis pereruditis, quae lucem opinor nec»dum videre, [cf. Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 438.] loquens »de ſolemnitate nuptiarum, cui admixta ſeveritas philo»ſophica: οὐ γὰρ ἥδειν ταῖς Ἐλευσινίαις (nempe τελευ»ταῖς, & fortaſſe addenda vox ea noſtro codici) μέλλων »προσιέναι, καὶ μυστηρίοις ἀτεχνῶς ἀπαντήσεσθαι, καὶ »ἄναυλον καὶ ἄχορδον ἑορτάσαι πανήγυριν, καὶ θύσαι ὅ »φασιν ἄκαπνα.« CASAUBONUS. — Conf. Eraſmum in Adag. *Sacrum ſine fumo;* ubi ex Luciani Amorib. c. 4. T. V. p. 260. idem proverbium his verbis citatur: ταῖς ἀκάπνοις, ὡς φασι, τῶν θυσιῶν ἥκιστα τερπόμενος. Verba ab Athenaeo prolata, ſi poſt γὰρ inſerta γε aut τοι particula eſſet, perfectum efficerent ſenarium:

Ἄκαπνα γάρ γ' αἰεὶ (aut τ' αἰεὶ) ἀοιδοὶ θύομεν.

Ac ſunt haud dubie e poëta aliquo deſumta.

Ὅτι τὸ μονοφαγεῖν ἐστιν ἐν χρήσει τοῖς παλαιοῖς. »Solent fere ſingula in Excerptis capita incipere a voce »Ὅτι: ut in Epitome Strabonis nunquam non: hic ve»ro nonnunquam. [De quo iam aliquoties a nobis mo»nitum eſt.] Cum iſta legas, Ὅτι τὸ μονοφαγεῖν ἐστιν ἐν »χρήσει τοῖς παλαιοῖς, non aliud arbitreris, niſi *de uſu »verbi* μονοφαγεῖν monuiſſe Athenaeum. Ego tamen »aliter cenſeo. Puto enim, Athenaeum iſto ſane quam »opportuno loco (bona ſiquidem primi & ſecundi libri »pars *Veterum mores circa menſam* continent) de conſue»tudine antiquorum egiſſe, qui ſoliti in ſuis conviviis »ſuas ſinguli ſeparatim eſcas comedere, nec in commu»ne convivari, verum ἰδίας μερίδας ἔχοντες. Talia fue»re illa Heroum apud Poëtam convivia. Quam ob cauſ»ſam Plutarchus, [Sympoſiacῶν II. 10.] Ὁμηρικὰς δαῖ»τας & Ὁμηρικὰ δεῖπνα agitari ab iis ſcribit, qui habent »quiſque ſuam ſibi appoſitam μερίδα. Sunt alii codices »magni eius ſcriptoris, in quibus ſcriptum Ὁμβρικὰς & »Ὁμβρικά: eamque γραφὴν doctiſſimi viri ſunt interpre»tati: ſed liquet mihi, alteram veram eſſe, hanc falſam. »Nam, Homericarum epularum eam eſſe omnium ratio»nem, ſciunt omnes: de iis autem loqui Plutarchum ſa»tis ipſe indicat, cum eadem convivia στρατιωτικὰ καὶ »παρεμβολικὰ, *militaria & caſtrenſia* nominat. Ita igitur »veteres: poſtea coepere in commune apponi cibi; in

»quo humanitas esse maior visa est. Caeterum de voci- e
»bus μονοφαγεῖν & μονοφάγος, libro II. cap. 8.« [ad pag. 47. c.] CASAUBONUS. — Eodem vero loco ad quem hic provocat vir doctus, (Animadv. ad II. 47. c.) ipse tamen sic scribit: »Libro priore observabatur, extare in vete»rum scriptorum monumentis *verbum* μονοφαγεῖν.« Ac sane, *verbi* illius *usum* adnotare h. l. ex Athenaeo voluisse videtur Epitomator; (alioquin non ἔστιν ἐν χρήσει dicturus erat, sed ἦν ἐν χρείᾳ: cui non modo non repugnat, verum etiam consentaneum utique est, ut de *re* pariter hoc loco dixisse Athenaeum credamus; quamquam de *portionibus aequalibus* infra rursus agit, cap. 21. nostrae ed.

Cum convicio isto, quod in hominem μονοφάγον ingeritur in *Ameipsiae* versu, Ἐρᾷ' ἐς κόραλας &c. commode idem Casaubonus, praedicto loco, confert illud Senecae dictum: *Visceratio sine amico, vita leonis ac lupi est.* Epist. XIX. In istis Ameipsiae verbis irrepsit in nostrum exemplum ex edit. Casaub. scriptura parum legitima τοιχώρυχε, accentu in antepenultima syllaba posito. Rescribe τοιχωρύχε, quod recte in ed. Ven. & Bas. expressum.

AD CAP. XV.

Post ista verba, καὶ τοιχωρύχε, in quibus finem fecimus superioris capitis, sequebantur in ed. Ven. & Bas. haec: Περὶ τοῦ τῶν ἡρώων καθ' Ὅμηρον βίου. Ὅτι Ὅμηρος ὁρῶν τὴν σωφροσύνην &c. Ubi ista, Περὶ τοῦ - - βίου, merito e contextu sustulit CASAUBONUS, monuitque in ANIMADVERS. »Erant illa verba *Titulus sequentis sermo»nis*, ex ora libri in contextum translatus. Sunt autem, »quae disputantur hoc loco *de Heroum apud Homerum vita*, »sumta ex Dioscoridis opere, cui erat index, Οἱ παρ' »Ὁμήρῳ νόμοι, id est, *De Legibus & Institutis quae apud »Homerum observantur.* Didici hoc docente me Suida, qui »in Ὅμηρος plurima ex Athenaeo descripsit; neque au»ctorem tacuit, unde haberet Athenaeus; quod fecit »Eclogarius. Hic est *Dioscorides*, Isocratis discipulus, ut »paullo post dicitur. Laudatur Athenaeo & Dioscorides »ἐν Ἀπομνημονεύμασι: qui non est, opinor, alius.« — Titulus iste, Περὶ τοῦ — — βίου, in nostro cod. *b.* non comparet: in cod. *a.* vero rubro scriptus adest. Commode vero facturus fuisset Epitomator, si sic scripsisset:

e Περὶ τοῦ τῶν ἡρώων καθ' Ὅμηρον βίου φησὶ Διοσκουρίδης, ὁ Ἰσοκράτους μαθητὴς, ἐν τοῖς παρ' Ὁμήρῳ Νόμοις· ὅτι Ὅμηρος ὁρῶν &c. Certe, ex *Dioſcoride* ſumtam eſſe eam, quae hinc ſequitur, diſputationem, ipſe Epitomator ſub finem, (p. 11. a.) at nonniſi in tranſcurſu, ſignificavit. At Suidas (ut eſt a Caſaub. obſervatum) in Ὅμηρος, ſive integro Athenaei opere uſus, ſive diverſis a noſtra Epitome Excerptis, eiſque paſſim paulo locupletioribus, ita ſcribit: Ὅτι Διοσκουρίδης ἐν τοῖς παρ' Ὁμήρῳ νόμοις φησὶν, ὡς ὁ ποιητὴς ὁρῶν τὴν σωφροσύνην &c. Unde hunc locum initio paulo auctiorem dedi, quam vulgo ex Epitome noſtra editus erat, ubi ex abrupto ſic ſcribebatur: Ὅτι Ὅμηρος ὁρῶν &c.

Mox dein ἔτι δὲ ἁρμόζουσαν erat editum, ubi ἁρμόττουσαν dedere noſtri codices cum Suida. ἐμφῦσαι πᾶσιν αὐτὴν bene edidit Caſaub. cum πάλιν αὐτὴν haberent ed. Ven. & Baſ. & ſic fere Suidas, πάλιν ἐμφῦσαι αὐτήν. Ubi adnotavit CASAUB.: »Verius eſt πᾶσιν aut παισίν.« — nulla msstorum facta mentione. At in ipſum πᾶσιν recte conſentiunt noſtri codices.

f τὸν ζῆλον ἐν τοῖς καλοῖς ἔργοις. ἐπὶ τοῖς edd. & cod. *b.* quod quidem cum ſequenti verbo ἀναλίσκωσι minus conveniebat. ἐν recte dedit Suidas; quae vocula & olim in Epitomae codicibus fuiſſe videtur, ſed abſorpta dein a litera ν, in quam deſinit vox praecedens: itaque praepoſitio prorſus deeſt noſtro codici *a.* in aliis codicibus (ut in noſtro *b.*) ex coniectura parum felici ſuppleta. εὑρετικοὶ καὶ κοινωνικοὶ rurſus ex Suida recepi. Perperam κοινοὶ edd. cum mss. Ex eodem Suida ſupplevi iſta verba, καὶ πρώτας, ἔτι δὲ καὶ ἐμφύτους οὔσας, quae omiſit noſter Epitomator. Latine: *utpote quae & primae atque etiam congenitae eſſent.*

a Quae *pag.* 32. *& ſeq. noſtrae editionis* (ubi ad oram interiorem notata eſt *p.* 9. *a. editionis Caſaub.*) paulo uberiora, quam vulgo ibi legebantur, ex *Suida* edidimus, ea ab *Epitomatore* noſtro ſic erant in brevius contracta: Ἁπλῆν οὖν ἀποδέδωκε τὴν δίαιταν πᾶσι, καὶ τὴν αὐτὴν ὁμοίως βασιλεῦσιν, ἰδιώταις, νέοις, πρεσβύταις, ὀπτὰ παρατιθεὶς πᾶσι κρέα, καὶ ταῦτα ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ βόεια, ἔν τε ἑορταῖς καὶ γάμοις καὶ ἄλλῃ συνόδῳ. καὶ οὐ ῥῖα καὶ κανδύλην, καὶ ἅμιτας, μηλίπηκτά τε &c. - - - τὴν ψυχήν. Αἰαντα

οὖν (ubi καὶ Αἴαντα οὖν Suidas dedit) μετὰ τὴν μονο- a
μαχ. - - - κρέας ὀπτὸν (omissa voce βοὸς, quam Suidas adiecit) δίδωσι, καὶ Ἀλκίνῳ δὲ, τῷ τὸν τρυφερὸν ἠρημένῳ βίον, ἀφίστων ἡμᾶς τῶν ἀτάκτων ἐπιθυμιῶν. καὶ Μενέλαος δὲ (sic nonnulla hoc loco inseruit Epitomator, quae superius Suidas paulo ampliora posuit) τοὺς τῶν παίδων γάμους ποιῶν, Τηλεμάχῳ νῶτον βοὸς παρέθηκεν·

ὀπτὰ τὰ ῥά οἱ γέρας πάρθεσαν αὐτῷ,

καὶ Νέστωρ δὲ βόας θύει &c. Neque in istis omnibus dissentiunt ab editis libris nostri mssti; nisi quod pro ἠρημένῳ βίον, perperam ἠρημένον βίον habent; pro νῶτον βοὸς vero, recte νῶτα βοὸς παρέθηκεν. Vide Odyss. δ'. 65 sq. ubi & versus ille legitur, quem decurtavit Epitomator, integrum vero Suidas adposuit, ὅπτ' ἐν χερσὶν ἑλὼν, &c. Quod de *assis carnibus* ait, idem pariter a Platone observatum libro III. de Repub. adnotavit Casaubonus: οἶσθά γάρ, ὅτι ἐπὶ στρατιᾶς, ἐν ταῖς τῶν ἡρώων ἑστιάσεσιν, οὔτε ἰχθύσιν αὐτοὺς ἑστιᾷ (Ὅμηρος,) καὶ ταῦτα ἐπὶ θαλάττῃ ἐν Ἑλλησπόντῳ ὄντας, οὔτε ἑφθοῖς κρέασιν, ἀλλὰ μόνον ὀπτοῖς, &c. quae verba leguntur in edit. Massey T. I. p. 210. Conf. quae apud Nostrum idem Dioscorides paulo post ait, p. 9. d. Pro κανδύλην, quod in Epitome vulgo agnoscunt libri omnes, rectius Suidas κάνδυλον dedit. Est autem ὁ κάνδυλος, *placenta ex amylo, caseo, lacte & melle confecta.* Nec aliam nominis formam, nisi masculini generis, agnoscunt Pollux, Hesychius & Suidas. Apud unum Etymologum Κανδύλη reperitur. De *Aiace* quod commemoratur, est ex Iliad. η'. 321. Quod de *Nestore* & *Phoenice* refert Epitomator, (nam de *Phoenice* quidem tacet Suidas, haec tantum adponens verba, καὶ τῷ Νέστορι γηραιῷ ὄντι κρέας ὀπτὸν βοὸς δίδωσι) id unde ductum sit, haud satis mihi compertum: videtur autem illud de *Nestore* ad Odyss. γ'. 33. respicere; istud vero de *Phoenice* ad Iliad. ι. 206. ubi tamen *bubulae carnis* non fit mentio, sed *ovinae, caprinae* & *suillae:* quare vocabulum βοὸς rectius fortasse a nobis isto loco fuisset praetermissum. Eodem loco ista Ἀλκίνῳ δὲ &c. uterque habet, & Suidas & Epitomator: nec tamen in epulo, quo Ulysses excepit Alcinous, *carnium* prae caeteris, nedum *bubulae carnis*, mentionem video factam, sed (Odyss. η'. 175.)

σῖτον δ' αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα,

εἴδατα πολλ' ἐπιθεῖσα, — — —
fercula multa adponens. Superius, ubi poſt eumdem verſum, σῖτον δ' αἰδοίη ταμίη &c. a Suida ex Dioſcoride prolatum, ſequebatur iſte,

δαιτρὸς δὲ κρειῶν πίνακας παρέθηκεν ἀείρας,

erat is ex Odyſſ. α'. 141.

b Quod dein ait Epitomator, καὶ Νέστωρ δὲ βόας ἔνει &c. de hoc vide Odyſſ. γ'. 5 ſqq. & de filiis Neſtoris ibid. vſ. 32. Eorumdem verborum loco haec habet Suidas: Καὶ Νέστωρα δὲ ποιεῖ παρὰ τῇ θαλάσσῃ τῷ Ποσειδῶνι κεχαρισμένην τινὰ θυσίαν ἐπιτελοῦντα, καὶ πολλοὺς ἔχοντα, (diſces ab Epitomatore noſtro, quid ſit quod hic apud Suidam interciderit,) τάδε παρακελευόμενον·

Ἀλλ' ἄγ', ὁ μὲν πεδίονδ' ἐπὶ βοῦν ἴτω.

καὶ τὰ ἑξῆς. Tum continuo apud eumdem Suidam ſequuntur iſta: Καὶ Ἀλκίνους δὲ τοὺς τρυφερωτάτους &c. uſque παρατίθεται τραπέζας. quae, ab Epitomatore praetermiſſa, iſto loco e Suida inſerui, ducta ex Odyſſ. θ'. 59 ſqq. Tum pergit idem Suidas: Καὶ τοὺς μνηστῆρας, ὑβριστὰς ὄντας, & reliqua, quae eadem habet Epitomator ad uſque verba μαγειρικὰς μαγγανείας, in quibus deſinit apud Suidam iſtud fragmentum ex Athenaeo excerptum. Nonnulla ex his, quae hoc loco Epitome habet, excerpſit etiam Euſtath. ad Odyſſ. μ'. p. 492, 9 ſqq.

c ὡς ὁ Μένανδρός φησιν, ὑποβινητιῶντα βρώματα. *Menander*, in fabula cui titulus Trophonius; ut docet idem noſter Athen. IV. 132. f. & XII. 517. a. ubi ipſos Menandri verſus adpoſuit.

Καὶ τὸ παρὰ πολλοῖς λασταυροκάκαβον καλούμενον βρῶμα. »Scribendum, addito articulo, καὶ τὸ παρὰ τοῖς »πολλοῖς λασταυροκάκκαβον καλ. βρ. Aliud, παρὰ πολλοῖς, »*a multis*: aliud, παρὰ τοῖς πολλοῖς, *a vulgo*. Eſt ſane in»fimae atque eſtricis plebis dictio, λασταυροκάκκαβον: »qua neque os ſuum, neque ſuas chartas inquinarent »elegantiores. Nam Chryſippi τὸ συρφετῶδες ex Seneca »novimus & Galeno. Locus autem ſumtus eſt ex illius »Περὶ Καλοῦ καὶ Ἡδονῆς. Etiam λάσταυρος, pro *catillone*, »plebeia vox. Critici veteres ob dictionem ἡμιλάσταυρος »Menandrum exagitarunt, [Pollux VI. 161. nec tamen tam ob vocem ipſam, quam ob eius compoſitionem] »literarum ſubtilitati ſine aemulo genitum.« Casaubonus. — Emendationem iſtam παρὰ τοῖς πολλοῖς, proba-

vit Brunck in ora ſui libri: quae, quamquam non ita cer- c
ta, ut in contextum recipi debuerit, (potuit enim etiam *παρὰ πολλοῖς*, *apud multos*, *a multis*, ſcribere Chryſippus; & ſic quidem iſta verba etiam ex hoc loco citavit Euſtath. ad Od. *μ'*. 492. 13.) tamen eam habet ſpeciem, ut pro coniectura utique probabili ſub contextu noſtro adnotari potuiſſet. De vocabulo *λάσταυρος* videat, cui lubet, Suidam h. v. & Euſtathium ad Iliad. *β'*. p. 196. 18. alibique paſſim; tum Heſychii interpretes ad vocem *Λάσταρνοι*, & Pauw ad Phrynich. p. 84. Uſus eſt eo vocabulo Theopompus, apud Athen. IV. 167. b. & apud Polyb. VIII. 11, 6. haud delicatus utique in eligendis dictionibus ſcriptor. Compoſitum nomen *λασταυροκάκκαβον* duplicata in medio litera *κ* ſcribitur apud Euſtath. Od. *μ'*. 492. 14. itemque apud Suidam hac voce; ubi eumdem hunc Athenaei locum reſpiciens ait: *βρῶμά τι ἐστὶ παρὰ Χρυσίππῳ εἰρημένον, ἐν τῷ Περὶ Καλοῦ καὶ Ἡδονῆς· ὡς ἂν τῆς κατασκευῆς αὐτοῦ οὔσης περιεργοτέρας.* (quo ex Suidae loco titulum ſcriptionis Chryſippi, quam dixerat Athenaeus, adiecimus in Athenaei contextu, in quo eum pro ſuo more omiſerat Epitomator.) Pari ratione & ſimplex nomen *κάκκαβος* & (quam formam Atticis praeſertim in uſu fuiſſe legimus) *ἡ κακκάβη*, duplici plerumque litera *κ* in medio ſcriptum reperitur, & id quidem rectius, cf. Athen. IV. 169. c-f. ſed & ſubinde ſimplici, ut apud Poll. VI. 90. apud Moeridem, (in cod. msto citato ab editore p. 206.) & alibi paſſim: quare ferendam putavi ſcripturam *λασταυροκάκαβον*, quam editam h. l. conſentientibus msstis repereram. Si quis tamen duplicatam literam *κ* maluerit, facile equidem patiar.

AD CAP. XVI.

Πρίαμος δὲ &c. Vide Iliad. *ω'*. 262. Φιλόχορος δὲ *ἱστορεῖ*. Puto *ἐν Ἀτθίδι*, i. e. in Libris de *Rebus Atticis*, qui alibi paſſim ab Athenaeo laudantur.

Ἀπέκτου ἀρνὸς μηδένα γεύεσθαι, ἐπιλειπούσης ποτὲ &c. d
»De *lege Athenienſium*, *qua vetabatur ἀρνὸς ἀπεκτήτου* »*eſus*, conferendus auctoris hic locus cum alio libri IX. »[p. 375. c.] ubi ex eodem Philochoro & Androtione »melius hac de re & plenius. *ἀπεκτον ἄρνα* cum recte eſ»ſent interpretati *agnum intonſum*, mirum cur addiderint

d » ineptam appendicem *impexumve*. Diverſo enim ſenſu » uſurpatur τὸ πέκειν, de *pecude*, & de *lana*. Ἄπεκτος » *agnus* dicitur *tenellus*, anniculo minor, nondum πωλιχ- » θεὶς, ut ait Theocritus, *cui nec vulſa nec tonſa lana* eſt. » *Lana* ἄπεκτος, *non pectita, non carminata*, nec praeparata. » Similis fuit huic legi Valentis conſtitutio, de qua Hie- » ronymus contra Iovinianum libro II. *Imperator Valens* » *nuper legem per Orientem dederat, ne quis vitulorum carnibus* » *veſceretur, utilitati agriculturae providens.* Nota etiam vetu- » ſtiſſima lex de non mactando bove aratore, cuius & » Graeci faciunt mentionem, & Varro in libris De re Ru- » ſtica. « CASAUB. — Euſtathius ad Iliad. ω'. p. 1481, 12. hunc locum citans, pro ἐπιλειπούσης legit ἐπιλιπούσης, commode. Ibidem, ἄπεκτον δὲ ἄρνα, inquit, ἡ ἱστορία ἔφη τὸν μήπω πεχθέντα, ἤγουν καρέντα.

Ἑλλήσποντον δὲ Ὅμηρος ἰχθυόεντα προσαγορεύων. Iliad. ι'. 360. Conf. infra, lib. IV. pag. 157. b. & Plat. de Rep. III. p. 210. ed. Maſſ.

e Ὄγχνη - - ἐπ' ὄγχνῃ. Sic h. l. mssti noſtri, ut eſt in Odyſſ. ν'. 120. Ὄχνη - - ἐπ' ὄχνῃ erat in edd. quam ſcripturam deinde p. 24. f. etiam codices noſtri tenent.

Εἰς ἐλευθερίαν καὶ αὐτάρκειαν ἐξαιρέτως τοὺς βασιλεῖς ἀποκαθίστησι. Quam ſuſpicionem in Notula contextui ſubiecta ſignificavi, *duo* illa *verba* βασιλεῖς ἀποκαθίστησι nonniſi *ex ingenio primi editoris prognata* eſſe, ea mihi hunc locum nunc retractanti ita confirmata eſt, ut prorſus non dubitem eſſe hunc ipſum locum de numero illorum *plurium myriadum, quibus in manuſcripto exemplo male adfectis ingenium doctiſſimi viri* MUSURI *attuliſſe remedium* praedicatur in ipſa fronte *Aldinae editionis*. Verae ſcripturae veſtigium haud dubie codex noſter *a.*, ut multis aliis in locis, ſic & hic ſervaſſe mihi videtur: perſuaſumque habeo, ſic fere olim ſcriptum fuiſſe, εἰς ἐλευθερίαν καὶ αὐτάρκειαν ἐξαιρεῖται τοὺς προτοῦ. id eſt, *in libertatem & vitam paucis contentam priſcos illos homines vindicat.* εἰς ἐλευθερίαν ἐξαιρεῖσθαι, *in libertatem vindicare*, quali *eximere*, uſitata phraſis Demoſtheni, Lyſiae, & Iſocrati, cuius diſcipulus fuit Dioſcorides, e quo deſumta haec diſputatio.

f Καὶ τοὺς ἀνθρώπους δὲ ποιεῖ τιμῶντας αὐτοὺς (τοὺς θεοὺς) ἀπὸ τῆς διαίτης. » Homerus facit homines numen colen- » tes ἀπὸ τῆς διαίτης, *parte victus ſui, iis quibus veſcuntur*

»*ipsi*. Graeci dicerent, *ταῖς τῶν δείπνων ἀπαρχαῖς*. Li- f
»bationum veterum ritus nemo ignorat.« CASAUB. — *Δίαιτα* non modo *victus rationem* & *vivendi genus* significat, sed etiam *epulas*, *coenam*. Sic *παρὰ τὴν δίαιταν* apud Noſtrum XII. 519. b. idem valet ac *παρὰ τὸ δεῖπνον*, XII. 537. d. *inter coenandum*, *dum cibum capiunt*. Sic *ἐπὶ τῆς διαίτης*, & *ἐπὶ διαίτῃ*, apud Appianum. Nonnumquam etiam ipſum *victum* denotat ac *cibum*, quem quis capit: quo reſpexit Seleucus Grammaticus, cum *δαῖτα* per literarum tranſpoſitionem dici ait pro *δίαιταν*. I. 24. b.

Αὐτὰρ *ἐπεὶ πόσιος* &c. Reſpicit Odyſſ. *α'*. 150 ſqq. *δ'*. 626 ſq. *ρ'*. 168. Paulo ante, pro *ἀφαιρεῖ*, dant *ἀφαιροῦσι* codices noſtri, ad *οἱ κράτιστοι τῶν ἰατρῶν* referentes verbum.

AD CAP. XVII.

'Ἀφλεγμάντους *εἶναι τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχάς*. Da- a
lech. *nec animo turgere*, *nec corpore*; quem fere ſecutus ſum. Monuit quidem ad h. l. CASAUBONUS: »Φλέγμα
»& φλεγμονὴν latiorem ſignificationem habere in libris
»Hippocratis, aliorumque veterum, quam in recentiorum
»ſcriptis, ſaepiſſime docet Galenus. Athenaeus [immo Dioſ-
»corides] pro *morbo* ἁπλῶς uſurpat; ut, cum ſcribit hoc
»loco, *victu parco fieri homines* ἀφλεγμάντους *τὰ σωμ.*
»*καὶ τὰς ψυχ.* id eſt, *ſanos & corporibus & animis*. Et
»paulo poſt, *οὔτε φλεγμονὴν, οὔτε ἀκρασίαν πεπονθότων*
»*τῶν εὖ βεβιωκότων*.« — At eiſdem vocabulis, ita uſurpatis, ineſſe tamen utique ſimul videtur aliqua *tumoris* atque *inflammationis* notio; ut docent loca a Foeſio in Oeconom. Hippocr. ſub voc. Φλέγμα & Φλεγμονὴ collecta. Ipſeque Galenus in Lexico Hippocr. Φλεγμα, inquit, *οὐ μόνον τὸν χυμὸν τοῦτον τὸν λευκὸν καὶ ψυχρὸν, ἀλλὰ καὶ τὴν φλόγωσιν δηλεῖ*. Et, ut concedam Caſaubono, ἀφλεγμάντους h. l. generatim *ſanos* dici; tamen altero, quem citat, loco (qui mox eadem pag. lit. e. legitur) φλεγμονὴ diverſum quiddam, nempe *libidinis inflammationem*, ſatis perſpicue dicere videtur. Et paucis poſt eumdem, in quo verſamur, locum lineis, *αἱ φλεγμοναὶ* haud dubie ſunt *inflammationes*, & *tumores inde oriundae*. Plura, ad eorumdem vocabulorum uſum pertinentia, commode collegit Iunius in Adagio, *Turgida nomina*.

a Quod ſequitur, εὔχρηστον καὶ κοινὸν, accepi pro κοινῶς πρὸς πάντα εὔχρηστον, *ad omnia pariter utile.* Adfinis quodammodo eiuſdem vocabuli κοινὸς uſus occurrit infra, V. 190. c. ὅπως δὲ μὴ δόξῃ κοινὸς εἶναι πρὸς πάντας, ubi idem valet κοινὸς ac κοινῶς διακείμενος, *pari modo erga omnes adfectus.*

Νέστορα πεποίηκε Μαχάονι &c. Vide Iliad. λ'. 105 ſqq. & dein vſ. 637 ſqq. Mox προφέροντα οἶνον dabant edd. nec e mſstis aliud quid enotatum. Et erunt quidem, qui tenendum id contendant: neque ego negaverim, poſſe iſtam ſcripturam, ſi quis pertinaciter id agat, utcumque defendi; hac notione, *promentem*, *expromentem*, aut etiam *offerentem vinum.* At de *cibo* & *potu* quemadmodum προσφέρεσθαι dicunt graeci, *capere* vel *ſumere cibum potumve*; ſic, qui alteri *offert traditque*, προσφέρειν dicitur. Quam frequenter vero in confundendis voculis πρὸ & πρὸς errarint ſive librarii ſive etiam ipſi editores, quamque proclivis fuerit errandi cauſſa, nemo ex his, quorum in hoc genere audienda ſententia eſt, ignorat. Denique Euſtathius, hunc locum reſpiciens, ad Iliad. λ. p. 813. lin. 13. exſerte οἶνον δὲ προσέφερε ſcripſit. Quo minus dubitavi, προσφέροντα h. l. recipere. De *Pramnio* vide infra, I. 30. d.

b Σὺ μὲν, φησὶ, καθήμενος πῖνε. Deſumta verba ex Iliad. ξ'. 5. ſed a primo Editore, ut videtur, correcta & ſupleta. Noſtri quidem codices (quos non deteriores ſane eis comperimus, quibus uſus Muſurus eſt) καθησόμενος habent, & πῖνε carent. Quare videndum, ne & alia hic vel turbata ſint vel omiſſa. Ego, quo cohaereret utcumque oratio, verba iſta, οὐ διψήσεως - - πῖνε, parentheſeos ſignis intercepi. ἐπιξύοντα τυρὸν αἴγειον. Iliad. λ. 638. ἐπὶ δὲ, κρόμυον ποτῷ ὄψον. Ibid. 629. cf. Euſtath. p. 813, 43. ἀλλαχοῦ λέγων, τὸν οἶνον ἐκλύειν &c. Iliad. ζ'. 264 ſq. Ἑκάβη οἰομένη μένειν αὐτὸν, &c. Iliad. ζ' 258 ſqq.

c Μετὰ ἄσθματος ἦκον, ἀπωθεῖται. Sic recte noſter cod. *a.* Corrupte ἀποθεῖαν cod. *b.* quod cum & in ſuo inveniſſet (ut videtur) editor Venetus, ἀπωθεῖ edidit, idque tenuere poſteriores editores. At media verbi forma utique deſiderabatur.

Οἷς τὸν χανδὸν ἕλκοντα αὐτὸν βλάπτεσθαι φησί. Odyſſ. φ'. 294. ubi quidem ἄν μιν χανδὸν ἕλῃ legitur, ut ἕλκοντα h. l. ſuſpicari poſſis oportuiſſe. At potuit percommo-

de etiam verbo ἕλκοντα uti Dioſcorides. Quod ait οἷς, va- c
let ἐν οἷς, ſcil. *in illis verbis quibus dicit*, vel *illo loco ubi dicit*. In cod. *a.* poſt βλάπτεσθαι legitur ἐν ὀδ. cum adhaerente neſcio quo ſcripturae nexu: quae valent, ni fallor, ἐν Ὀδυσσείᾳ.

Ζωρότορον κεραίρειν διεκέλευε. Il. ι'. 203. Corrupte κεραίρας ed. Ven. & Baſ. tum δεῖν ἔλεγε edd. omnes, ex Muſuri puta emendatione. In noſtro cod. *a.* corrupte δι' ἑστε (ſic) ſcribitur, in *b.* διε..; quae mihi ex διεκέλευε (quo quidem nihil commodius occurrebat) ſive decurtata ſive corrupta viſa erant. Mox, pro κράσεως, quod recte tenet cod. *b.* cum editis, corrupte κολάσεως habet cod. *a.*

Ἴσως οὖν οὐκ ἐγίνωσκεν &c. Quo pacto haec cum ſequentibus conveniant, haud ſatis mihi liquet. Nam, quemadmodum mox dicit, *Medicos cum vino miſcere* σιτῶδές τι, ſic dein etiam apud Homerum *miſceri vinum* ait μετ' ἀλφίτου. Iliad. λ'. 638 ſq. Itaque ſuſpicatus ſum, aut interrogative accipienda iſta verba, Ἴσως οὖν οὐκ &c. aut pro οὐκ ἐγίνωσκεν oportuiſſe καὶ ἐγίνωσκεν, & deinde ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνος, pro ἀλλ' ἐκεῖνος.

Τοῖς γοῦν καρδιακοῖς μετὰ οἴνου σιτῶδες ἀναμίσγουσί d
τι. »Quod ait de *vino cardiacis* [id eſt, *qui dolore oris ventriculi laborant;* conf. Foeſ. Oeconom. Hippocrat. in Καρδιαλγία.] »*propinari ſolito, cui ſit aliquid* σιτῶδες *im-*
»*miſtum*, veriſſimum eſt. Sic enim medici praecipiunt, ut »Trallianus; cuius apponam verba illuſtrando huic loco. »Is libro XII, ſyncopes varia genera explicans, & earum »curationes docens, praeſcribit ſaepius ἄρτον εἰς οἶνον κε»κραμένον, *panem in vinum intinctum:* ſed tmemate eo, quod »inſcribitur Περὶ τῶν ἐπὶ φλεγμοναῖς πυρετώδεσι λειποθυ»μούντων, ita praecipit: Οἴνου διδόναι, μάλιστα δὲ εἰς »χόνδρον ἑφθὸν οἶνον ἐπιχέοντα προσφέρειν· εἰ δὲ καὶ ἄρ»τον ἀντὶ τοῦ χόνδρου ἐπιδοίης, τὸ αὐτὸ δύναται. Ex his »poteſt intelligi, quid ſignificet auctori huic τὸ σιτῶδες.« Casaubonus.

Ἀπὸ τῶν σιτίων. ἀπὸ τῶν σίτων. cod. *a.* Ὅς δὲ κ' ἀνὴρ &c. Iliad. τ'. 167. τῷ δὲ κωθωνιζομένῳ &c. Citat Euſtath. ad Od. β'. p. 100, 50. ἐν δὲ πίθοι &c. Odyſſ. β'. 340.

AD CAP. XVIII.

Ποιεῖ δὲ Ὅμηρος καὶ τὰς κόρας - - λουούσας. Odyſſ. δ'. 49. & 252. ζ'. 209 ſq. κ'. 348 ſqq. λοούσας erat editum, quod fortaſſe defendat aliquis; ſed caſu irrepſiſſe puto: noe ſter quidem cod. uterque λονούσας dabat. οὔτε φλεγμονὴν οὔτε ἀκρασίαν πασχ. Vide paulo ſuperius notata ad vocem ἀφλεγμάντους p. 10. a. Verba καὶ σωφρόνως ἀπτομένας connexa cum ſuperiori participio λουούσας intellexi. Deeſſe vero nonnihil exiſtimaverat CASAUBONUS. »Sententia auctoris, inquit, huiuſmodi lectionem flagitat: »τῷ καὶ ποιεῖ σωφρόνως ἀπτομένας: *quam ob rem foeminas* »*inducit Homerus hoſpites caſte attrectantes.*« — Si quid ego deſideraſſem, non id erat futurum, quod docto viro placuit.

Λούουσι γοῦν καὶ αἱ Κωκάλου θυγατέρες - - τὸν Μίνω. »*Cocali filiae*, cum vitae *Minois* inſidiarentur, occaſione »publici moris uſae ſunt, ut eum interficerent. Advenien»tem de more *lavantes*, calidae loco picem ferventem »infuderunt. Zenobius: Μίνωϊ τῷ Κρητῶν βασιλεῖ αἱ Κω»κάλου θυγατέρες ἐπέχεαν ζέουσαν πίσσαν. Recte colli»git hinc Athenaeus, [Dioſcorides apud Athenaeum] »fuiſſe illis temporibus morem, ut virgines honeſtae pe»des advenientium hoſpitum lavarent. Quare, cum apud »Homerum ſimilia inveniuntur, neque mirandum, neque »ſuccenſendum maximo vatum.« CASAUBONUS. — Diodorus Sicul. IV. 79. narrans Minois interitum, filiarum Cocali non meminit: *Minoëm*, inquit, *cum lavaret*, (λουομένου αὐτοῦ) *Cocalus nimis diu in calida detinens interemit.* Uno verbo *filias Cocali Minoëm occidiſſe*, commemoravit Hyginus Fab. 44. Quam ex Zenobio hiſtoriam opportune adpoſuit Caſaubonus, commode facturus fuerat, ſi, quo loco apud Zenobium legeretur, declaraſſet lectori. Legitur autem in Proverbio Λούσαιο τὸν Πελίαν, Cent. IV. num. 92. Nimis parcus, paene invidens dixerim, fuit magnus ille Animadverſor in patefaciendo lectoribus ſuis aditu ad fontes, e quibus ipſe ſuae eruditionis copias hauſerat.

Quae ſequuntur de *Cyclope*, tum de *Ulyſſis ſociis apud Circen*, nota ſunt omnibus ex Odyſſ. ι'. & κ'. De *Eurytione* f *Centauro*, habes Od. φ'. 295 ſqq. De *Elpenore*, Od. κ'. 552 ſqq. De *Antinoo*, Od. φ'. 293. & χ'. 8 ſqq. De *Graecis*, cum de ſolvenda claſſe ageretur, *vino madidis*, Od. γ'. 139. De *Aenea*, *cum vino indulſiſſet*, *audacius loquente*, Iliad. υ'. 84 ſqq.

» Agamemnonis verba, quibus fatetur culpam admiſ- a
» ſam in velitatione cum Achille, proferebantur ab Athe-
» naeo in hunc modum:

» Ἀλλ' ἐπεὶ ἀασάμην φρεσὶ λευγαλέῃσι πιθήσας,
» ἣ οἴνῳ μεθύων, ἣ μ' ἔβλαψαν θεοὶ αὐτοί.

» Poſteriorem horum verſuum nulla hodie editio agno-
» ſcit, neque Iliad. *ι*. [vſ. 119.] neque ῥαψ. *τ'*. [137.]
» Priorem leges in nono Iliadis, atque ei geminum Iliad.
» *τ'*. Ἀλλ' ἐπεὶ ἀασάμην, καί μευ φρένας ἐξέλετο Ζεύς.
» Ne Athenaei quidem temporibus aliter habuere vulgati
» codices Homeri. Ideo ſubiicit ſtatim, cum ita locum
» poëtae profert, ſequi ſe *Dioſcoridem*, qui ſic emendave-
» rit. Lego ex libris, quibus olim uſus eſt Euſtathius,
» εἰς τὴν αὐτὴν τιθεὶς πλάστιγγα τὴν μέθην τῇ θεομηνίᾳ,
» non τῇ μανίᾳ: perſpicue enim illo verſu, ἣ οἴνῳ με-
» θύων, ἣ μ' ἔβλαψαν θεοὶ αὐτοὶ, denotatur vis maior &
» ira numinis. « CASAUB. — EX DIOSCORIDE totam hanc
deſumtam eſſe diſputationem, ſupra monitum eſt ad p. 8.
e. (initio capitis 15. noſtrae edit.) Ubi ſicut a nobis
e Suida nomen huius auctoris adiectum eſt, ſic haud du-
bie ab ipſo Athenaeo ibidem adiectum erat: quo ſpectat,
quod pro eo, quod vulgo h. l. nude Οὕτω δὲ τὰ ἕπη le-
geretur, codex noſter *a*. οὕτω δὲ καὶ τὰ ἕπη dederit. Eu-
ſtathius ad Iliadis libri Noni verſum 119. cui verſui alte-
rum illum ſubiectum a Dioſcoride Athenaeus ait, alterius
iſtius verſus non meminit: ſed ad Iliad. *τ'*. vſ. 137. (p.
1240. l. 14 ſq.) ſcribit, poſt iſtum verſum, Ἀλλ' ἐπεὶ ἀα-
σάμην, καί μευ φρένας ἐξέλετο Ζεύς, (qui tamen differt
nonnihil a ſuperiore) adiectum a Dioſcoride fuiſſe illum,
ἣ οἴνῳ μεθύων &c. Quod ibidem idem Euſtath. τῇ θεομη-
νίᾳ habet, non equidem damno; neque tamen illud vul-
gatae apud Athenaeum ſcripturae praetulerim. Nam quum
θεοῦ βλάπτοντος dicunt graeci, *furorem* (μανίαν) intelli-
gunt *a Deo quodam incuſſum*; ipſumque *furorem* θεοβλά-
βειαν dicere conſueverunt. Librarii noſtri quid in men-
te habuerint, (ſi quid modo habuerunt) haud adſequor,
cum in priori verſu pro ἀασάμην alter *a*. ſic ἀκο..., alter
ἀκο... ſcriberet. Illud haud ita male, quod ante iſtum
verſum, pro περὶ αὐτῆς, quod ad τὴν μέθην referebatur,
περὶ αὐτοῦ habent, quod idem ac περὶ ἑαυτοῦ va-
let, *de ſe ipſo*.

Οἰνοβαρὲς, &c. Iliad. *α'*. 225. b

b Ταῦτ' εἶπε τὸ Θετταλὸν σόφισμα, ἤτοι ὁ ἐκ Θετταλίας σοφιστής. παίζει δὲ &c. Particulam ἤτοι, (quae, *nempe*, *ſcilicet*, ſonat) cum deeſſet ea editis, percommode dedit noſter cod. *a*. Eiuſdem voculae veſtigium in cod. *b*. ſupereſt; ubi in fine mutila ἡ . . . ſcribitur. Caeterum, quod recte animadvertit CASAUBONUS: »Placuit elegan»tia dictionis (Ταῦτ' εἶπε τὸ Θετταλὸν σόφισμα) Excer»ptori: quare in Eclogas ſuas retulit, adiecta etiam inter»pretatione, ὁ ἐκ Θετταλίας σοφιστής. παίζει δ' ἴσως πρὸς »τὴν παροιμίαν ὁ Ἀθήναιος. Hoc vult: τὸ Θετταλὸν σόφι»σμα *nihil eſſe aliud quam Sophista Theſſalus: ita* »*autem videri locutum Athenaeum, ad vetus proverbium allu*»*dentem.* Vetus enim fuit adagium, Θετταλὸν σόφισμα, »*Theſſalicum commentum*, apud Heſychium & paroemiogra»phos. « [Adde Suidam in Θετ. σοφ. & Schol. Eurip. ad Phoeniſſ. 1116. ibique Valckenar. denique Eraſmi Adag. in *Theſſalorum Commentum.*] »*Myrtilum* intelligi, certum, »tam ex libro III. extremo, [p. 127. a.] ubi *Theſſalus* di«citur fuiſſe, quam ex ſimillimo huic alio libri ſeptimi »loco: [p. 308. b.] σὺ δέ μοι εἰπὲ, ὦ Θετταλὸν πάλαι»σμα Μυρτίλε. Graecanicae genus eſt elegantiae, σόφισμα »pro σοφιστής. πάλαισμα, pro *luctatore* & *diſputatore cau*»*to.* Sic apud Lycophronem, [vſ. 113.] Paridis ψυχρὸν »παραγκάλισμα, Helena. Troilus [apud eumdem Lycophr. »308.] τερπνὸν ἐναγκάλισμα συγγόνων. Aelianus epiſtola »quadam, ἀργαλέος εἶ, καὶ τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, ἄλμυ»ρὸν γειτόνημα, id eſt, γείτων. Sic b. Chryſoſtomus mar»tyrem Babylam vocat *idoli* κακὸν γειτόνημα, *malum vi*»*cinum.* Baſilius foeneratores, κακὸν συνάντημα ἑορτῆς: »hominem improbum & nemini utilem, τὸ μηδὲν ὠφέ»λημα: vilem & abiectum, πάτημα. - - - Euſtathius, [ad »Iliad. β'. p. 351. 6.] poſtquam expoſuit pluribus anti»quum proverbium, Θετταλὸν σόφισμα, adiicit: Σόφισ»μα δὲ Θετταλὸν φάναι τὸν ἐκ Θετταλίας σοφιστὴν, ὡς »παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ κεῖται, μετάληψίς ἐστι νοήματος εἰς »νόημα ἑτεροῖον παρὰ τὸ σύνηθες. καί εἰσι πολλὰ τοιαῦτα »ζηλωτέα παρὰ τοῖς παλαιοῖς· ὁποῖον καὶ τὸ, Σὺ δέ μοι »εἰπὲ, ὦ Θετταλὸν πάλαισμα, ἀντὶ τοῦ, ὦ Θετταλὲ ἐλεγ»κτικέ· ῥηθὲν πρὸς ὁμοιότητα τοῦ Θετταλὸν πήδημα, καὶ »σόφισμα, καὶ τῶν ὁμοίων. - - - In his & ſimilibus exem»plis, huius formae nomina modo active, modo paſſive »ſunt exponenda. « CASAUBONUS. — Eiuſdem generis eſt

Homericum illud καὐ' ἐλέγχεα, Iliad. β'. 237. ε'. 787. & b
Διὸς ξενίου σέβας in Scolio apud Athen. XV. 696. d. quorum iſtud paſſive dictum, pro ἐλεγχέες vel ἐλεγκτοὶ; hoc vero active interpretantur, ut valeat idem ac σεβάζων, *colens*, *cultor*.

AD CAP. XIX.

Πρῶτον μὲν τῷ καλουμένῳ. Deſunt duo priora verba noſtro codici *a*. quae recte tenet cod. *b*. cum edd.

ἀκρατίσματι, ὃ λέγει ἄριστον &c. »Recte probat au»ctor, *ientandi* conſuetudinem fuiſſe apud Veteres, ex »Homeri loco Ὀδυσσ. π'. [vſ. 2.] Sed in eius verſu ma»gnâ incuriâ omiſſum id quod maxime ad rem faciebat, »ἄμ' ἠοῖ. Locus, qui eſſe dicitur *unicus in tota Iliade*, c »extat ultimo libro; [vſ. 124.] ſed eſt obſcura admodum »*ientaculi* ex illo verſu probatio. Clariſſima ex *Antiphane*, »cuius verba ita concipimus: Ἄριστον ἐν ὄσῳ ὁ μάγειρος »ποιεῖ· εἶτ' ἐπάγει· Συνακρατίσασθαι πῶς ἔχεις μετ' ἐμοῦ; »id eſt: *Interea dum cocus prandium parat: & mox: De* »*ientando mecum quid animi tibi eſt?* vis-ne mecum ienta»re? Praetermiſit Athenaeus quae inter utrumque ver»ſum erant a poëta interiecta, quae ad propoſitum ni»hil faciebant: fortaſſe illis deſcribebatur prandii appa»ratus. Πῶς ἔχεις ἀκρατίσασθαι, ἀντὶ τοῦ, πρὸς τὸ ἀκρατ. »Idem comicus alibi, Πρὸς ἀμυγδάλας δὲ πῶς ἔχεις; »Εἰρηνικῶς.« Casaub. — Pluſcula ex hac Athenaei diſputatione in ſuos ad Od. π'. commentarios p. 589, 39 ſqq. retulit Euſtathius. In verſu ex Il. ω. 124. citato, in ἐσσυμένως τε πένοντο conſentiunt apud Athen. mssti cum edd. ubi ἐσσυμένως ἐπένοντο editur apud Homerum. Ibidem quod ἐντύνοντο ἄριστον ſcribitur, vitioſe factum pronunciavit Clarkius ad eum locum; quia enim prima in ἄριστον longa eſt, oportebat (ſicut in verſu ex Odyſſ. π'. 2. citato) ἐντύνοντ' ἄριστον, ut eſſet penultimus pes ſpondaeus, pro dactylo. Ubi tamen recte Erneſtus monuit, haud ita male in veterrimis Codicibus manu exaratis verba in fine *plena* (abſque eliſione) ſcribi ſolita eſſe, & pronunciandi rationem iudicio lectorum relictam. Quem eumdem morem frequenter, ubi ad integros Athenaei libros acceſſerimus, in vetuſtis noſtris membranis Veneto-Pariſienſibus obſervabimus. In Antiphanis *ver-*

c *ſu priori* iuſtam metri rationem requiro. *Alter*, ſenarius eſt, cui demtus pes poſtremus. Eo in verſu particulam πως, ut in omnibus editionibus (puto etiam in msstis) factum, *enclitice* ſcribere, & *indefinite* accipere malui, quam Caſaubonum ſequi, qui πῶς interrogative acceptum voluit. Aliud eſt, πῶς ἔχεις πρὸς τοῦτο; aliud, ἔχεις πως ποιεῖν τοῦτο; ubi ἔχεις cum infinitivo valet *potesne hoc facere?* & πως particula eam fere vim habet, quam Gallico idiomate adiectâ particulâ *bien* exprimeres: *pourrois - tu bien déjeuner avec moi?*

d Φιλ. δέ φησιν, ὅτι τροφαῖς ἐχρῶντο. Ferri hoc potuit: ſed rectius puto, quod habet Euſtathius, hunc locum reſpiciens ad Odyſſ. π'. pag. 589 extrema, τροφαῖς τέτταρσι: quod fortaſſe in contextum recipi debuerat. Verumtamen ibidem nec in proxime antecedentibus, nec in ſequentibus, prorſus ad verbum citatus hic locus ab Euſtathio eſt.

τὸν μὲν οὖν ἀκρατισμὸν, διανηστισμὸν ἔλεγον. »Miram »vocem διανηστισμὸς, pro eo quod dicimus nos Fran»coeltae plane ad verbum *déjeuner*. Sed nobis ratio con»ſtat: eſt enim quaſi *deieiunare*, pro *ieiunium ſolvere;* ut »*deonerare*, & *dearmatus*. Saepe ita accipimus τὴν *de:* »Graeci, quod ſciam, τὴν διὰ nunquam. *Ieiunare* Grae»cis νηστεύειν & νηστίζεσθαι: *frangere ieiunium*, ἀπονηστί»ζεσθαι. Heſychius: Ἀπονηστίσασθαι· ἀπὸ νηστείας ἐπὶ »πρώτην ἐλθεῖν. Scribebam ἐπὶ ἑδωδήν: ſed vulſit aurem »magnus noſtrarum Muſarum ἀρχιερεὺς, qui in ſeptimo »divini operis De Emendatione Temporum aliter inter»pretatur Heſychii verba, & ad ritus veteris Eccleſiae »Chriſtianae refert; quod eo nobis probabilius videtur, »quia doctiſſimum illum Grammaticum ſcimus fuiſſe »Chriſtianum, contra quam ſit quibuſdam viſum. Quis »credat, alienum hominem a pietatis noſtrae ſacris tot »locos utriuſque Foederis expoſiturum? Praeterea Epi»phanium bis laudat; Cyrillum ſemel: νίοθεσίαν explicat »τὸ ἅγιον βάπτισμα: meminit etiam Ἀντιχρίστου, & »Apoſtolorum aliquot nomina interpretatur. Chriſtianus »igitur Heſychius. Proprie διανηστισμὸς eſt *ieiunii conti»nuatio:* διανηστίζεσθαι, *ad finem uſque ieiunare.* Qui »apud Graecos primi auctores huius moris fuere, facti »invidiam verbo iſto levatum iverunt; quaſi non tam »levi hoc cibo inſititio ieiunium frangerent, quam illud

» praeſtarent, ut ad praeſcriptum moribus aut religione d
» ieiunii finem poſſent durare. « CASAUB. — Quid-ni praepoſitioni διὰ tribuamus vim ſatis uſitatam in verborum compoſitione, *inter*: ut ſit διανηστισμὸς ex ipſo veriverbio, *interruptio ieiunii*, nempe *modicus cibus inter ieiunandum captus*, priuſquam ſcilicet ad iuſtam coenam accedamus. Pari quidem ratione Angli *ientaculum* ſuo idiomate *breakfaſt* vocant. Graecum vocabulum ex hoc loco repetiit Euſtath. ad Odyſſ. π'. p. 590, 2.

τὸ δ' ἄριστον, δορπιστόν. Sic percommode ed. Ven. cum mſstis & Euſtath. l. c. Pro quo temere, citra neceſſitatem certe, δορπιστὸν poſuit editor Baſ. quem ſecutus eſt Caſaub. Vide Heſychii interpretes ad vocem Δόρπιστος, & Brunck. ad Ariſtoph. Veſp. 103.

ἔστι δ' ἡ τάξις καὶ παρ' Αἰσχύλῳ τῶν ὀνομάτων. Acceperam quaſi dixiſſet ἔστι δ' ἡ αὐτὴ τάξις. *Eſt autem idem ordo.* Rectius fortaſſe fuerit, pro ἥδε ἡ τάξις accipere: *Eſt autem etiam apud Aeſchylum ordo nominum huiuſmodi.*

AESCHYLI *duos priores verſus* ſic corrigendos cenſuerat CASAUBONUS:

Καὶ ταξιάρχας, καὶ στρατάρχας, καὶ ἑκατοντάρχας ἔταξα· σῖτον αὖ διώρισα.

Valckenaer ad Phoeniſſ. p. 204. nil mutans in ſecundo verſu, ſic legebat:

Καὶ ταξιάρχας καὶ στρατάρχας καὶ λόχους ἔταξα· σῖτον δ' εἰδέναι διώρισα.

Corn. Pauw in Notis ad Aeſchyli Fragm. p. 1109 ſq. vocem στρατάρχας e varietate lectionis in contextum irrepſiſſe iudicavit, primumque verſum ſic ſcribere ſuaſerat:

Καὶ ταξιάρχας καὶ ἑκατοντάρχας ——

ut indicaretur, deeſſe aliquid in fine verſus, quod ab ipſo fortaſſe Deipnoſophiſta fuiſſet omiſſum. Quem ego ita ſum ſecutus, ut lacunam tamen, inſerta voce στρατῶ, complere auderem. Poteras vero, pro στρατῶ, etiam ἐγὼ ſuſpicari. Dixerat *Caſaubonus* in *Addendis*, poſſe etiam primum verſum cum Ioſ. Scaligero (ad Manil. p. 320.) ſic concipi:

Καὶ ταξιάρχας καὶ στρατάρχας καὶ ταγούς.

At, id ferri non poſſe, docuit Valcken. l. c. nempe ob penultimam vocis ταγοὺς longam.

Tertium verſum ſic ſcripſit Valckenaer l. c. e

ἄριστα, δόρπα, δεῖπνά θ' αἱρεῖσθαι τρία.

e aitque, ter ſic ſcriptum legi eum verſum apud Euſtath. nempe ad Iliad. ω. p. 1494, 2. Od. β'. p. 76, 47. Od. π'. p. 590, 10. Atqui tribus iſtis locis non δόρπα, δεῖπνά θ', ſed δεῖπνα δόρπα θ' ſcripſit Euſtathius, prorſus ut apud Athenaeum conſentientibus libris editum eſt. Quare iſtam verborum ſeriem imprudenti excidiſſe viro docto putem. Pro τρία autem, quod tribus iſtis locis Euſtathius habet, magis placuit τρίτα, quod non modo apud Athenaeum agnoſcunt libri omnes, ſed ipſe etiam Euſtathius probavit alio loco, (nempe ad Iliad. β'. p. 183, 36.) qui eſt a Caſaubono ad hunc Athenaei locum prolatus; ubi, poſtquam dixerat: δεῖπνον, τὸ πρώϊνον ἔμβρωμα λέγεται. - - - δῆλον δὲ ὅτι δεῖπνον καὶ τὸ πρὸς ἑσπέραν ἐλέγετο, - - καὶ ἁπλῶς δὲ πᾶσα τροφή· haec dein ſubiicit: Τὸ δὲ παρ' Αἰσχύλῳ,

ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα θ' αἱρεῖσθαι τρία,

ἢ μάλιστα τρίτα κατὰ τοὺς παλαιοὺς, κακῶς ῥηθῆναι κρίνουσιν οἱ παλαιοί. οὐδὲ μνηστῆρες γὰρ, φασὶν, οὐδὲ κύκλωψ, τρισὶ τροφαῖς ἐχρῶντο. De *Palamede* Plinius ſcribit lib. VII. cap. 56. (ſect. 57. ed. Hard. p. 416.) *Ordinem exercitus, ſigni dationem, teſſeras, vigilias Palamedes invenit Troiano bello.*

σὺ δ' ἔρχεο δειελιήσας. Odyſſ. ρ'. 599. Recte vero apud eumdem noſtrum Athenaeum lib. V. p. 193. a. b. explodituri ea, quae hic traditur, loci iſtius Homerici interpretatio: doceturque δειελιήσας idem valere ac τὸν δειλινὸν διατρίψας χρόνον.

δεῖπνον δὲ, τὸ μεσημβρινόν. Articulum τὸ, quem ignorabant editi, recte dedere noſtri mssti.

Μή ποτε δὲ καὶ συνωνυμεῖ τὸ ἄριστον τῷ δείπνῳ. »Μή »ποτε δὲ cum dicunt Graecorum grammatici, nihil affir»mant, ſed ſuas tantum *dubitationes* proponunt.« Casaub. — Eſt tamen aliquid amplius quam nuda dubitationis ſignificatio; indicatque, *inclinare in illam ſententiam eum qui id dicit*: itaque latine rectiſſime per *fortaſſe* exponitur. Frequenter eam dictionem nuper in Simplicii Commentario in Enchiridion obſervavimus, atque etiam in ipſius Epicteti Diſſertationibus: & de ea, quae commodum videbantur, diximus in Indice Graecitat. ad Epictetum p. 392. Sed hoc quidem loco etiam particula ποτὲ propriam ſibi vim habere videtur, ut dicat, *An vero aliquando;* vel, *vide vero, ne aliquando;* id eſt, *Fortaſſe ve-*

ro aliquando. Qu'n etiam, ſi prorſus abeſſet h. l. μὴ par- e
ticula, ſola ποτ· ſufficere poterat, ut plane adfirmanter dixiſſet, *Aliquando vero.* Certe in Homerico verſu, quem continuo adfert ex Iliad. θ'. 53. ſatis perſpicue τὸ δεῖπνον idem valere videtur ac aliàs τὸ ἄριστον: niſi ibi generatim (ut Euſtathius loco paulo ante citato interpretatus eſt) pro τροφῇ accipias. Iuvabit vero meminiſſe hoc loco veriverbii, quod ineſſe in eodem vocabulo δεῖπνον monent Grammatici; cum dictum illud eſſe aiunt ἀπὸ τοῦ δεῖ πονεῖν, quod poſt cibum captum ad *opus faciendum* debeamus accedere.

In *fine huius Cap.* προέρχονται εἰς τὴν μαχ. ſcripſi co- f
dicum noſtrorum auctoritate. προὴρχοντο erat editum.

AD CAP. XX.

τῷ γοῦν Μέντῃ &c. Vide Odyſſ. ά. 138. quo loco iſta ex Athenaeo excerpſit etiam Euſtath. p. 34. lin. 35 ſqq.

δύναται γὰρ ἡ Ἀθηνᾶ ἀπὸ τῆς Τηλεμάχου τραπέζης δαίνυσθαι. »Haec verba ſic interpretor: *fieri poſſe, ut ea* »*quae dicitur Minervae ſive Mentori appoſita, menſa eſſet Te-* »*lemachi:* illa nempe, unde ſumeret cibum Telemachus, »quoties ſeparatus a procis ſolus, vel cum amicis veris, »coenaret.« CASAUB.

κατὰ Ἀνακρέοντα. Fragm. 104. edit. Barneſ. a

ἀπὸ μὲν σῖτον πολὺν ἦρον καὶ τράπεζαν καὶ δέπα. Ex Odyſſ. τ'. 61. ubi ſic editur:

Αἱ δ' ἀπὸ μὲν σῖτον πολὺν ἤρεον, ἠδὲ τραπέζας,
καὶ δέπα. —— ——

Apud Athenaeum, qui conſulto ſe metro non adſtrinxit, in τράπεζαν conſentiunt hodie libri; qui tamen fortaſſe pariter τραπέζας debuerant, quemadmodum in δέπα conſenſerunt codices noſtri, pro quo δέπας editum erat. Pro πολὺν, quod eſt apud Homerum, potuit utique ſuo arbitratu Athenaeus (aut is auctor, e quo ille haec ſumſit) πάλιν ſcribere, quod h. l. libri omnes agnoſcunt: & rectius ego fortaſſe, cautius certe, facturus fuiſſem, ſi intactum reliquiſſem. At facile etiam credi poterat, fuiſſe πολὺν a librariis in πάλιν mutatum. Pro ἤρεον vero, quod ab αἱρέω eſt, tanto commodius hic auctor ἦρον, imperfectum verbi αἴρω, ponere potuerit,

a quod αἴρειν τὴν τράπεζαν vulgatiſſima loquendi formula erat.

Ἰδιάζον δὲ παρὰ Μενελάῳ &c. Vide Odyſſ. δ'. 65 ſqq. & 212 ſqq.

Τῷ δὲ μὴ αἴρεσθαι τὰς τραπέζας ἐναντιοῦσθαι δοκεῖ. Pleonaſtici ſimulque elliptici uſus particulae negativae exemplum ex eodem genere, de quo ſupra ad p. 5. e. diximus. τῷ μὴ αἴρεσθαι τὰς τραπέζας ἐναντιοῦται τοῦτο, idem valet ac τοῦτο ἐναντιοῦται τῷ αἴρεσθαι τὰς τραπέζας, καὶ διδάσκει (vel δεικνύει) μὴ αἴρεσθαι αὐτάς.

Τὸ ἐν Ἰλιάδος ω'. τὸ ἐν Ἰλιάδι. edd. Quibus verbis cum in codicibus noſtris litera ω. (ſic) ſubiiciatur; iſtud, quod
b dedi, debuiſſe librarios exiſtimavi. Eſt autem Iliad. ω'. vſ. 476. ubi vide quae notavit Erneſti, & Euſtath. p. 1496. qui hunc Athenaei locum non neglexit. CASAUBONUS: »Homeri locus, inquit, a nonnullis proferri ſolitus, ut »probarent, *finitâ coenâ menſas non fuiſſe ſublatas*, ſic ha»bet apud Poëtam:

»— — — Νέον δ' ἀπέληγεν ἐδωδῆς
»ἔσθων καὶ πίνων, ἔτι καὶ παρέκειτο τράπεζα.

»Atque haec ſic interpretabantur: *Modo a cibo ſumendo de»ſierat: ab edendo inquam & bibendo: & erat adhuc menſa ap»poſita.* τὸ ἔτι adhaerere poſteriori membro volebant. »Contra, legi iubet Athenaeus [immo auctor, neſcio quis, e quo hoc depromſit apud Athenaeum aliquis e Deipnoſophiſtis,] »ἔσθων καὶ πίνων ἔτι, καὶ παρ. Utrovis mo»do legas, vera Athenaei, falſa aliorum ſententia.« —

Ζωμὸν δέ. Utique ad orationis connexionem commodior videri debebat γὰρ particula. Sic etiam commodus proditurus erat primus ſenarius ANTIPHANIS, in hunc modulum:

c ζωμὸν γὰρ οὐκ ἐποίει, οὐδ' ἦψε κρέα.

οὐδ' ἐγκέφαλον. *Cerebri* eſum plane non in uſu fuiſſe veteribus, obſervavit Plutarch. Sympoſ. VIII. 9. ὄπτα δὲ καὶ τὰς κοιλίας. Intellige ὄπτα δὲ πάντα, καὶ (*atque etiam*) τὰς κοιλίας. Scilicet apud ſequiores ἑφθαὶ κοιλίαι in deliciis erant, quas non noverat Homerus. Οὕτω σφόδρ' ἦν ἀρχαῖος. Vulgo σφόδρα ἦν: non male; (vide notata ad verba ἐντύνοντο ἄριστον, p. 11. c.) ſed eliſionem vocalis α volui indicare.

AD CAP. XXI.

Ἤδη μὲν δαιτὸς κεκορήμεθα θυμὸν ἐίσης. Pro θυμὸν c vulgo, conſentientibus libris, perperam vox δαιτὸς repetebatur; cuius in locum iſtam ex Odyſſ. θ'. 98. repoſui. Ad eumdem locum ait Clarkius: » pro priori δαι-» τὸς alios θυμὸν ſcribere, & deinde δαιτὸς ἐίσης: « quae ipſi probabilior viſa erat ſcriptura. Quinam autem ſint illi *alii*, non declaravit: in Barneſii quidem edit. nulla adfertur diſcrepantia a vulgata ſcriptura, in quam & Aldina editio & vetuſtiſſima Florentina & Euſtathius conſentiunt. Χαῖρ' Ἀχιλεῦ &c. Iliad. *ι*. 225. In eiuſdem *fine verſus*, perperam ἐπιδεύεις ſcribitur in poſtrema editione Athenaei Caſauboniana: recte ἐπιδευεῖς in ed. Ven. & aliis.

Ἐκ τούτων δ' ἐπείσθη Ζηνόδοτος, δαῖτα εἴσην τὴν ἀγα-θὴν λέγεσθαι· ἐπεὶ γὰρ ἡ τροφὴ τῷ ἀνθρώπῳ ἀγαθὸν d (vulgo ἀγαθὴ) ἀναγκαῖον ἦν, ἐπεκτείνας, φησὶν, εἴρηκεν εἴσην. *Zenodotus*, Grammaticus Alexandrinus, unus ex Homeri olim editoribus & (ſi Deo placet) διορθωταῖς: de quo vide Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 272 ſq. De eodem vide mox rurſus Noſtrum hac pag. lit. e. f. Eſt autem ad hunc locum CASAUBONI *Animadverſio* huiuſmodi: quam, longiorem licet, totam tamen huc tranſcribere eo minus me pigebit, quo frequentius accidere mihi pariter ſolet, ut ſimilibus harum, de quibus hic queritur Vir magnus, difficultatibus impeditum me in hoc ſuſcepto labore ſentiam. »Utinam, inquit, liceret mihi difficultatem horum »verborum diſſimulare: invitum enim & alio properan-»tem tricae grammaticales morantur: ſed interpretatio-»nem Athenaei ſemel profeſſus, exedam quod mihi intri-»vi. Superior ſententia εἴσην δαῖτα interpretabatur *ἴσην*, »*aequalem*; quod in partes aequales δαῖτα diſtribuerent. »Hic dicit: *Zenodotum expoſuiſſe* ἀγαθήν: & ait, ἐκ τού-»των ἐπείσθη, *his impulſus*. Illa quae ſunt? nihil enim »video in praecedentibus, quae Zenodotum eo impelle-»rent: aut ego artem συλλογιστικὴν non teneo. Sed »erant, credo, alia in Athenaei oratione, quae nunc in »Excerptis nulla ſunt. Hanc primam crucem fixit nobis »iſte Eclogarius. Quid illa? ἐπεὶ γὰρ ἡ τροφὴ - - - εἴ-»ρηκεν εἴσην. Tarditatem ingenii mei neceſſe eſt confi-»tear: nihil enim hic intelligo. Erat docendum, cur εἴ-

d »σην expoſuiſſet Zenodotus ἀγαθήν: id ego ex iſtis ver-
»bis nullus diſco. Deinde autem, quae iſta eſt ἐπέκτα-
»σις? Quia, inquies, pro ἴσην dixit εἶσην. Ergo eadem
»Zenodoti interpretatio cum ſuperiore: ergo male ex-
»ponebat ἀγαθήν. Nam aliud ἶσος, aliud ἀγαθός. His
»difficultatibus ut me liberarem, ita ſtatuebam: Voluiſſe
»Zenodotum dici δαῖτα εἶσην, non quaſi ἴσην, *aequalem*,
»ſed quaſi ἐὴν, *bonam*. ἐὺς & ἐὸς voces ſunt antiquae,
»idem ſignificantes atque ἀγαθός, notae ex poëtis. [De
ἐὺς ſatis notum: de forma ἐὸς vide Etymol. M. in Ἐύς.]
»Itaque legebam: ἐπεὶ γὰρ ἡ τροφὴ τῷ ἀνθρώπῳ ἀγα-
»θὴ, ἀναγκαῖον ὂν, ἐπεκτείνας, φησὶν, εἴρηκεν εἶσην: id
»eſt, *nam quia alimentum res eſt homini bona, facta pro-*
»*ductione, quia erat neceſſe, ait Zenodotus, dixit* poëta εἶσην.
»Neceſſitatem intellige metricam: Grammatici dicere ſo-
»lent, διὰ μέτρου ἀνάγκην. Emerſiſſe videbar mihi; &
»emerſeram profecto, niſi iterum demerſiſſet Euſtathius
»cum edita lectione conſentiens, & de hoc loco ita ſcri-
»bens: [ad Odyſſ. α'. p. 34. l. 46.] Δαὶς εἶση, ἄλλως
»μὲν κοινότερον, ἡ ἰσόμοιρος· κατὰ δὲ Ζηνόδοτον, ἡ ἀγα-
»θή· ὡς ἱστορεῖ Ἀθήναιος, λέγων, ὅτι, ἐπεὶ ἡ τροφὴ τῷ
»ἀνθρώπῳ ἀγαθὸν ἀναγκαῖον, ἐπεκτείνας εἴρηκεν εἶσην.
»Audebimus dicere, erraſſe etiam hîc Euſtathium, eo
»quod non Athenaeum ipſum, ſed eius ſuppoſititium ad-
»hibuiſſet in conſilium?« — Haec CASAUBONUS. Iam,
ad priora iſta auctoris verba quod adtinet, ἐκ τούτων δ' ἐπείσθη &c. video ea quidem a Gallico interprete ad duos verſus Homericos proxime citatos referri; ſic enim ille in ipſa verſione poſuit: *Ces paſſages ont fait croire a Zenodote.* Ego vero Caſaubono adſentior, nihil neque in iſtis verſibus, neque omnino in praecedentibus apud Athenaeum verbis reperiri, unde intelligi poſſit, quid eſſet quod Zenodotum ad amplectendam iſtam, quae dein exponitur, ſententiam commoverit. Ac fieri utique poteſt, ut nonnihil, quod huc feciſſet, temere praetermiſſum fuerit ab Epitomatore. Sed vide, ne iſtud ἐκ τούτων non ad praecedentia, ſed ad ſequentia debeat referri; ita ut γὰρ particula, quae ſequitur, ex vulgatiſſimo Graeci ſermonis uſu vim explanandi habeat, latine per *ſcilicet* exponenda. Sic ſententia fuerit huiuſmodi: *Zenodotus vero, hac cauſſa commotus,* δαῖτα εἶσην *interpretatus eſt* ἀγαθὴν, id eſt, *bonam: ſcilicet quoniam cibus eſt bonum homini*

neceſſarium, *ideo Homerum ait*, *dilatato vocabulo*, ἔϊσην d
τὴν δαῖτα *dixiſſe*. Quo facit, quod Euſtathius apud Athenaeum non ἀγαθὴ legit, (ut erat in edd. & msstis noſtris) ſed ἀγαθὸν, quod in contextum recipere non dubitavi. Pro iſta autem ſententia commodius facturus fuiſſem, ſi Ἐκ τούτων maiuſculâ prima literâ ſcripſiſſem, ac dein ante ἐπεὶ γὰρ non maiori (quod dicunt) puncto, ſed minori, diſtinxiſſem orationem. Quod vero Ἐκ τούτων in plurali numero, non Ἐκ τούτου, dicit; duplicem reſpicit cauſſam, quae in eam ſententiam adduxerit Zenodotum: alteram, quod *cibus ſit bonum neceſſarium homini*; alteram, quod *vox* ἔϊσην ex alia voce *dilatata* ſit, (ſive *producta*, *prolongata*) unde fiat ut *idem valeat ac* ἀγαθήν. Quibus ita poſitis, ſupereſt (fateor) illa ipſa quaeſtio, quae Caſaubonum turbaverat: ſcilicet, quaenam ſit illa vox, cuius ex ἐπεκτάσει formatum vocabulum ἔϊσος idem valeat ac ἀγαθός: nam, quaenam fuerit illa vox, praedictis verbis non declaratur. ERNESTUS quidem cum ad Iliad. α'. 468. veluti pro auctoritate edixit, *ſe Zenodoti probare iudicium*, ἔϊσην *per* ἀγαθὴν *exponentis*, (conf. eumdem ad Iliad. α'. 306.) vellem rationem explicaſſet, qua notio haec ita nude & ſimpliciter iſti vocabulo tribui poſſit. Nam quod ad Iliad. δ'. 48. idem ait, δαῖτα ἔϊσην, *Deo oblatam*, nihil aliud denotare poſſe niſi *cibum bonum*, *opimum*; id quidem gratis ille ſumſit: ſicut enim νῆας ἐϊσας percommode monent interpretes ab *aequalitate* & *iuſta proportione partium* dici; ſic & nihil prohibet, quo minus δαῖτα ἔϊσην *Iovi oblatam* cum pleriſque interpretibus *convenientem cibum* intelligamus; quum praeſertim cum *aequalitatis* notione, ex omnium linguarum uſu coniuncta ſit notio eius quod *aequum* & *conveniens* eſt. Denique omnino, ſi Homericum ἔϊσος cum aliis interpretibus ab ἶσος deduxit Zenodotus, non magis ego, quam Caſaubonus, adſequor, quo pacto illud pro ſynonymo τοῦ ἀγαθὸς habere potuerit hic Grammaticus. Et in hanc quidem partem id, quod de Zenodoto dixit Athenaeus, interpretatus eſt Euſtathius; non tam utique in illis verbis, quae Caſaubonus citavit, quam in his quae continuo adiecit idem Euſtathius, ubi ait: (Odyſſ. α'. p. 34. l. 48.) Ἔνθα σημείωσαι τὸ ἐπεκτείνας· ὡς τοῦ Ζηνοδότου ἐπέκτασιν δοξάζοντος καὶ τὸ ἀντὶ τοῦ ἴσην εἰπεῖν ἔϊσην. Id eſt: *Hoc loco* (ſcilicet in Athenaei ver-

d bis, de quibus quaerimus) *observa verbum* ἐπεκτείνας: *scil. quod Zenodotus hoc etiam per* ἔπέκτασιν *fieri putavit, ut pro* ἴσην *diceretur* ἐίσην. Quibus in verbis illud temere ac praeter rationem factum ab Euſtathio, quod vocem illam, e qua per ἐπέκτασιν formatum Homericum ἐίσην ſibi perſuaſerat Zenodotus, eſſe ſtatuit ἴσην: illud vero bene recteque, quod miratus ſit, quo pacto ſive Athenaeus ſive ipſe Zenodotus dixerint, Homerum ἐπεκτείναντα formaſſe ἐίσην ex ἴσην, adeoque tale genus mutationis ad illam figuram grammaticam, quae ἔπέκτασις vocatur, retulerint. Scilicet ubi *in vocis initio* adiicitur ſyllaba, πρόσθεσιν hanc formationem vocare Grammatici ſolent: ἐπέκτασιν autem (id eſt, ex ipſa vi vocabuli, *dilatationem, productionem, prolongationem*) nonnulli quidem intelligunt ſyllabae *in medio* inſertionem; (vide Eraſm. Schmidt de Dialectis Graec. p. 148.) ſed veteres, & cum his ipſe Euſtathius, ἐπέκτασιν intelligebant *vocis prolongationem ſyllabâ in fine adiectâ*. vide Euſtath. ad Iliad. ά. 23, 14. & p. 89, 27. Itaque, quoniam non dixit Athenaeus, Zenodotum vocem ἐίσην ab ἴσην formatam ab Homero ſtatuiſſe, ſed *prolongando* (per ἐπέκτασιν) *ita formatam, ut idem atque* ἀγαθὴν *valeret*; contrario modo rationes ſuas ſubducere debuerat Euſtathius, & ſic ratiocinari: »Formatio vocis ἐίσην ex ἴσην non fit »per ἐπέκτασιν. Sed Zenodotus ἐίσην per ἐπέκτασιν for»matum eſſe ſtatuit, ut valeat ἀγαθήν. Ergo Zenodotus »ſtatuit, ἐίσην non ex ἴσην eſſe ab Homero formatum.« Atque iſta haud dubie fuerat Alexandrini Grammatici ſententia, ἐίσην non factum eſſe ex ἴσην, ſed ex ἐὺς, (idem valente ac ἀγαθὸς) *prolongata* ſcilicet *voce in fine*. Qui quo iure, quo iudicio, quave analogia id ſtatuerit, iam non quaero; illud unum adiicio: quo aliquam veri ſpeciem conciliaret illi ſententiae Zenodotus, neceſſarium videri, ut ſimul ſcripturam vocis corruptam vulgo eſſe ſtatuerit, contenderitque, non ἐίσην, ſed ἐΰσην aut ἐΰσὴν ex Homeri mente ſcriptum oportuiſſe, ſcilicet quod ex ἐὺς productum novum vocabulum ἐΰσος vel ἐΰσὸς formaſſet poëta. — Sed de iſto Grammatici Alexandrini commento ſatis ſuperque dictum: de quo ſtatuat quiſque pro ſuo iudicio. De ſcriptura huius loci illud monendum ſupereſt, quod in ed. Ven. & Baſ. pro ἀναγκαῖον nude ἀνα .... ſcribitur, vacuo nonnullo ſpatio

relicto. Lacunam iſtam Caſaubonus ex Euſtathio, fortaſſe d etiam e msstis ſuis, (quorum tamen nullam h. l. mentionem fecit) ſupplevit: noſtri quidem codices in *ἀναγκαῖον* conſentiunt.

Ἐπεὶ οἱ *πρῶτοι ἄνθρωποι* &c. Rurſus h. l. paulo obſcurior videri poterat connexio orationis, quae fortaſſe per Epitomatoris incuriam nonnihil turbata eſt. Interim, particulâ *ἐπεὶ* (ut ſaepe aliàs in diſputationibus) pro *Caeterum*, *ſed enim*, *atqui*, *quidquid ſit*, acceptâ, illud ſatis perſpicue mihi viſus eram intelligere, Athenaeum, miſſo facto iſto Zenodoti commento, redire ad eorum ſententiam, qui *δαῖτα ἑΐσην* (ut in aprico erat) pro *ἴσην* dictam ſtatuunt; docereque, commode illud epitheton ab Homero uſurpatum eſſe, quo indicaret, quantum eâ aetate, cuius mores ille deſcripſit, iam abfuerit vita hominum a ſuperiorum temporum feritate. Quo magis miratus ſum CASAUBONUM ad eumdem hunc locum talia commentantem: »Tertia eſt ſententia, derivantium *ἑΐσην* ab *εἶμι*, »*vado* vel *invado*; quia, inquiunt, primi illi agreſtes ho»mines, cum non abundarent alimentorum copia, ſicun»de apparuiſſet quod ederent, *ἀθρόον ἐπ' αὐτὴν ἰόντες βίᾳ* »*ἥρπαζον*, *impetu facto id rapiebant*. Etiam in conviviis an»tiquiſſimorum aliquid huius feritatis. Iamblichus, de vi»ta Pythagorae: *Τὸ ἀρχαῖον βαρβαρικῶς πάντες ἐπὶ ἕνα* »*ἄρτον συνίεσαν οἱ φίλοι*. Inde *ἀτασθαλία* dicta eſt, inquit »Athenaeus, quaſi *ἄτη θαλίας*. Lege Euſtathium, qui »hoc fuſe proſequitur.« — Ego vero ſcio, fuiſſe veterum nonnullorum Grammaticorum opinionem, *ἑΐσην δαῖτα* a verbo *εἶμι* dictam fuiſſe, ſcilicet *ὡς διὰ παντὸς ἰοῦσαν τοῦ σώματος*, id eſt, quod *per totum corpus tranſeat*, *totum corpus pervadat*; cuius ſententiae Euſtathius meminit ad Iliad. *α'*. p. 103, 23. & 122, 4. At illius interpretationis, quam h. l. Caſaubonus videre ſibi viſus erat, (quae quam foret abſurda, ſi cuiquam in mentem veniſſet, nil adtinet dicere) nullum equidem veſtigium nec apud Athenaeum nec apud Euſtathium deprehendi.

διὸ ἄρτου τε ἐπίνοια, πέμματός τε εἰς ἶσον διαμεμοι- e *ραμένου*. Sic uterque noſter codex. Participium *in plurali* cum editis habet Euſtathius, (loco ſaepius iam laudato, ad Od. *α'*. pag. 34. lin. ult.) ſed in alia connexione: ſcribit enim, *πάντων εἰς ἶσον διαμεμοιραμένων*.

καὶ γὰρ ταῦτα ἐς ἶσον χωροῦντα ἐγίνετο. nam & haec

(pocula) *pari capacitate erant.* Poterat dicere ἶσον χωροῦντα, absque praepositione, *parem quantitatem capientia.* Vocula vero ἐς, ni fallor, eâdem ratione hîc ponitur, qua in illis dictionibus, ἐς δύω, ἐς τρεῖς &c. scilicet *distributive*, perinde atque ἀνὰ particula. Igitur hoc dicit, *pocula haec fuisse quodque pari capacitate.*

f μόνου ἀνθρώπου χωροῦντος τὸ ἶσον ἐκ τῆς πρόσθεν βίας. Editi libri ἐκ τῆς προαιρετικῆς βίας: quod mendosum esse perspecte CASAUBONUS vidit, &, cum nulla statim commoda medicina ei occurrisset, ad extremum in *Addendis*: »Quid si, ait, ita concinnemus? ἐκ τῆς προ»τέρας αὐτοῦ βίας, *loco prioris violentiae.* Hoc vult: »homines initio ferarum more vitam egisse per rapinas & »violentiam: postea mansuetam, aequabilem, & bonis »politam moribus.« — Atque sic ad verum proxime accessit vir doctus: nam in eamdem prorsus sententiam ambo nostri codices ἐκ τῆς πρόσθεν βίας dederunt. Conradus Gesnerus (ut docet idem Casaub.) ἐκ τοῦ προαιρετικοῦ βίου correxerat: e quo intelligo, codicem mstum, quo usum esse Gesnerum constat, eodem errore h. l. laborasse, quo is e quo Veneta editio confecta est. Praepositionem ἐκ perinde est, sive *loco* aut *pro* cum Casaubono, sive *post*, interpreteris.

AD CAP. XXII.

a Καὶ ἰχθύσι δὲ Ὅμηρος ποιεῖ χρωμένους. Nemo haec cum eis conferens, quae supra cap. 16. p. 9. a. dicta sunt, inconstantiae Athenaeum accusat, & ipsum sibi repugnare clamet. Nam ibi Dioscoridis sententiam Myrtilus exponebat: hoc loco alius ex Deipnosophistis loquitur, nescio quem alium auctorem, qui contra Dioscoridem disputaverat, sequens. *Homeri versus*, qui mox adferuntur, sunt ex Od. μ'. 331. ubi ignorant vulgo coniunctionem θ', b quam post φίλας commode Athenaeus inseruit. τοὺς ὑπὸ τῆς Σκύλλης ἁρπαζομένους. Odyss. μ'. 251 sqq. Mox, pro ἰχθύσι - - ἁλισκομένοις - - ῥιπτομένοις, perperam nostri codices habent accusativos, ἰχθῦς - - ἁλισκομένους - - ῥιπτομένους.

Καικίλιον λέγω. Καίκλον vulgo edd. & mssti. (In ed. Ven. quidem prorsus mutilum nomen *sic* καικλ) Suidas, Athenaei hunc locum respiciens, (quem sive in

integro opere, ſive in locupletioribus Excerptis legerat) b ſic habet: Κικίλιος, Ἀργεῖος, ἐποποιὸς, Ἁλιευτικὰ γεγραφώς &c. id eſt, *Cicilius, Argivus, poëta epicus, qui de Re Piſcatoria ſcripſit*, &c. Ubi, quoniam ſua in literarum ſerie iſtud nomen Κικίλιος poſitum eſt, intelligi debet, ita ſcriptum illud nomen reperiſſe Suidam ſive in ſuo Athenaei codice, ſive in ſuis Collectaneis: nec tamen inde colligitur, veram iſtam eſſe nominis ſcripturam. Librorum noſtrorum ſcriptura cum iſta collata, quae apud Suidam obtinet, offerebat nomen Καικίλιος, id eſt CAECILIUS. Ac fortaſſe is idem eſt CAECILIUS medicus, cuius Commentarios citavit Plinius lib. XXIX. cap. 4. ſect. 27. num. 11. Idem *Caecilius* apud eumdem Plinium libro primo citatur in numero *Auctorum externorum*, e quibus hauſtae ſunt res libro XXVIII expoſitae; rurſuſque in *Auctoribus Romanis*, quibus uſus eſt Plinius in rebus libro XXIX expoſitis: unde probabile fit, virum Argivum, civitatem Romanam nactum, ſimul alios graeco ſermone, alios latino libros edidiſſe, atque etiam nomine Romano (tale enim eſt *Caecilius*) uſum eſſe. Contra Plinianorum vero codicum conſenſum Editor Pariſienſis Plinii Latino-Gallici (*Poinſinet de Sivry*) T. I. p. 176. in catalogo Scriptorum externorum libri XXVIII. pro *Caecilio*, *Caeclio* poſuit, Athenaei hoc loco niſus. Confer Harduin. in Indice Auctorum, libro primo Plinii ſubiecto.

Παγκράτην τὸν Ἀρκάδα. Vulgo quidem h. l. Παγκράτιον legebatur, conſentientibus libris. At non modo apud Suidam in Κικίλιος, ex eodem hoc Athenaei loco, Παγκράτης Ἀρκὰς ſcribitur: verum etiam apud ipſum Athenaeum noſtrum idem haud dubie auctor, plus ſemel citatus, conſtanter aliàs Παγκράτης ὁ Ἀρκὰς vocatur: VII. 283. a. 305. c. 321. e. f. quibus ex locis ſimul diſcimus titulum operis, de quo hic loquitur Athenaeus, ſcilicét Θαλάσσια ἔργα. Quo minus dubitavi, ſuum huic poëtae nomen h. l. reſtituere. Confer. Brunck in Notis ad Anthol. p. 57. Plura de hoc, ut & de aliis Auctoribus ab Athenaeo laudatis, in Indice Auctorum dicentur.

τὸν ὀλίγῳ πρὸ ἡμῶν γενόμενον Ὀππιανὸν τὸν Κίλικα. c *Halieutica* ſua ſcripſiſſe *Oppianum* imperantibus ſimul Septimio Severo & Antonino Caracalla; haud multo vero poſtquam ſolus imperare Caracalla coepiſſet, e vivis exceſſiſſe, ſatis conſtare videtur. Habemus igitur inſignem

c aliquam notam, e qua, cum aliis nonnullis collata; de Athenaei noſtri aetate iudicium facere liceat: quae nota mire convenit cum his quae de Ulpiani morte, ab Athenaeo lib. XV. p. 686. b. c. commemorata, ſupra ad cap. I. (p. 1. d.) monuimus. Quo minus opus eſt, ut cum Viro docto, Belin de Ballu, (in Prolegom. ad Oppian. p. 11 ſq.) ſtatuamus, verba iſta de *Oppiano*, quae hic leguntur, non Athenaei eſſe, ſed ab Epitomatore de ſuo fuiſſe adiecta; cum praeſertim nuſquam aliàs tale aliquid ab illo homine de ſuo adiectum norimus.

τῷ Σελεύκου τοῦ Ταρσέως, intellige (e ſuperioribus) συγγράμματι. *Seleucum Tarſenſem* ſolutâ oratione de *Piſcibus* ſcripſiſſe, conſentit Suidas in Κικίλιος. Citatque eumdem rurſus Athenaeus VII. 320. a. At idem Suidas in Σέλευκος, praetermiſſo hoc Seleuco, Emeſenum Seleucum Grammaticum commemorat, cui adſcribit Ἀσπαλιευτικὰ, (quod idem ac Ἁλιευτικὰ valet) epico carmine quatuor libris comprehenſa.

καὶ Ἀγαθοκλέους τοῦ Ἀτραικίου. Huius auctoris nomen, quod apud Suidam (in Κικίλιος) reliquis ab Epitomatore noſtro hîc nominatis adiectum eſt, reſtituere Athenaeo non dubitavi; de quo iam Caſaubonus quoque monuerat. Erat Atrax vel Atracia, Theſſaliae oppidum. Caeterum nec alibi Athenaeo, nec alii cuiquam ſcriptori, quod ſciam, memoratus ille auctor eſt.

οὐδὲ τῆς τῶν νεογνῶν ἱερείων (τροφῆς.) »Obſervamus, »graecos ſcriptores ἱερεῖα appellare non ſolum *victimas*, »quae vere ἱερεύονται, & *in ſacrificiorum uſum* mactantur; »verum *omnia quaecunque ad comedendum iugulantur animalia*. Satis conſtat tam ex ſacris quam aliis literis, primis »temporibus, ignota hominibus carnium manducatione, »tantum in honorem numinis mactari ſolitas hoſtias. Pi»guit poſtea mortales olerum, & τῆς ἀπύρου τροφῆς: »itaque coepere & ipſi carnibus veſci, ſed parce initio, & »fere non niſi ſalitis. Iuvenalis, [XI. 82 ſqq.]

Sicci terga ſuis rarâ pendentia crate
moris erat quondam feſtis ſervare diebus,
& natalitium cognatis ponere lardum,
accedente novâ, ſi quam dabat hoſtia, carne.

»Nunquam autem ullum animal in proprios uſus mactabant, quin eius aliquam partem Deo conſecrarent adolendam. Qui ſecus facerent, proverbio notati, ἄθυτα

»ἱερὰ κατεσθίει: quod de homine impio improboque ſo- c
»litum dici. Factum hinc, ut, *quodcunque animal in cibum*
»*mactarent*, ἱερεῖον vocarent. Sic Galenus *carnem* definit,
»τὴν ἐπὶ τῶν ἱερείων ἐσθιομένην: quae deſcriptio, niſi ita,
»ut diximus, ſumas vocabulum *ἱερείων*, ridicula eſt. Xe-
»nophon, Aſcenſus Cyri libro IV. ἐνταῦθα εἶχον πάντα
»ἐπιτήδεια, ὅσα ἐστὶν ἀγαθὰ, ἱερεῖα, σῖτον, οἴνους πα-
»λαιούς. Libro V. ὅθεν κατιόντες τινὲς καὶ ἱερεῖα ἐπώλουν
»ἡμῖν καὶ ἄλλα ὧν εἶχον. Libro VI. καὶ πλοῖον ἐξ Ἡρα-
»κλείας ἦκεν, ἄλφιτα ἄγον, καὶ ἱερεῖα καὶ οἶνον. Theo-
»pompus: τοσαῦτα δὲ κρέα τεταριχευμένα παντοδαπῶν
»ἱερείων, ὡς σωροὺς αὐτῶν γενέσθαι. Polyb. lib. II. [15,
»3.] lib. V. [39, 1.] His in locis & in aliis ſexcentis,
»apud hiſtoricos & medicos, ἱερεῖα ſunt *animantes, qua-*
»*rum veſcimur carnibus.*« CASAUBONUS. — Conf. Xenoph.
Cyrop. I. 4, 17.

ἢ μάλ' ἐλαφρὸς &c. Iliad. π'. 745 ſqq. ubi vulgo ὡς d
ἐεῖα editur, ſed codices nonnulli ὃς habent, quod apud
Athenaeum libri omnes agnoſcunt.

AD CAP. XXIII.

παράκειται πο[τήριον. Δημοδόκῳ] γοῦν παρατίθεται κάθ-
νεον, καὶ τράπεζα καὶ δέπας. Quod in ed. Ven. legeba-
tur, παράκειται. παντὶ γοῦν παρατιθ. &c. id repetiere
poſteriores editores. »Sed vitii [ſic monuit CASAUB. in
»*Animadv.*] locus ſuopte indicio manifeſtus: deeſt enim
»velut baſis cui inſiſtat verbum παράκειται. Conabar ali-
»ter paulo implere quod videbam deeſſe: nunc ſequor
»membranas, & ſcribo, παράκειται ποτήρια· παντὶ
»γοῦν.« — Iurares, id ipſum in membranis ſuis reperiſſe
hunc Interpretem: de quo ego quidem valde dubito. E no-
λ' τὰ
ſtris libris enotatum eſt, παράκειται πο γοῦν. Suſpicor πο
eſſe, aut tale quid: quod cum Caſaubono ποτήριον
lego. παντὶ vero, aut alius dativus, qui hoc loco
deſiderabatur, abeſt. Illud ipſum igitur παντὶ, quod edi-
ti libri habent, a Veneto editore ex ingenio adiectum
fuiſſe puto; & id quidem parum feliciter conatu. Valet
enim παντὶ (ſi modo bene graece in hac connexione ita
dici potuit) idem ac praecedens ἑκάστῳ: atqui ex his
quae ſequuntur, & cum ſuperioribus per γοῦν particulam
connectuntur, intelligi par erat, aliud quoddam nomen

d hîc poni debuiſſe, ex ſingulari quadam hiſtoria ductum. (Sic paulo poſt, Ἀλκίνους γοῦν, ait; tum, Τυδείδης γοῦν, &c.) Illud autem nomen quodnam eſſet, ex ipſis verbis proxime adiectis liquido adparet, quae ducta ſunt ex Odyſſ. θ'. 69 ſq. ubi cum dixiſſet Poëta, praeconem Pontonoum *Demodoco*, caeco cantori, in medium convivarum apud Alcinoum producto, ſellam poſuiſſe argenteis-clavis-diſtinctam, haec adiicit:

— παὰρ δ' ἑτίθει κάνεον, καλήν τε τράπεζαν,
παὰρ δὲ δέπας οἴνοιο, πιεῖν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι.

Quae verba quiſquis cum Athenaei verbis contulerit, vix dubitare poterit, non παντὶ, ſed Δημοδόκῳ h. l. ſcriptum oportuiſſe. Ubi quidem illud non me praeterit, nec negare velim, parum apte concluſam videri rationem verbis iſtis comprehenſam. Nam ex eo, quod coeco cantori adpoſita fuerit ſeparata menſa, & caniſtrum, & poculum, non ſequitur, eadem omnia ſingulatim adpoſita fuiſſe cuique convivarum: quemadmodum etiam a Clarkio ad illum Homeri locum monitum eſt. At nobis prima quaeſtio eſſe debuit, non, recte-ne an ſecus rationes ſuas collegerit Deipnoſophiſta; ſed, *quid h. l. ſcriptum ab Athenaeo fuiſſe* conſentaneum eſſet ex reliquis eius verbis. Caeterum non *menſam* aut *caniſtrum cuique* convivarum *ſeparatim adpoſitum* dicit Deipnoſophiſta, ſed de ſolo *poculo* nunc agitur: quod ſi vel ſic minus apte cohaeret ratio, potuit errare Athenaeus; potuit vero etiam error is eſſe illius auctoris, e quo iſta diſputatio a Deipnoſophiſta prolata eſt; potuit denique (quod nimis ſaepe uſuvenit) per intempeſtivum brevitatis ſtudium Epitomatoris turbari orationis connexio. Illud, πιεῖν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι, recte ſic apud Athen. editum, ut apud Homerum. ἀνώγει quidem habent codices noſtri, minus commode.

Ἐπιστέφονται &c. Iliad. α'. 470. Od. α'. 149. & ſaepe aliàs. Quod dein διὰ τοῦ ποθοῦ legebatur, de quo corrigendo monuit Clark. ad Il. α'. 470. is error proprius erat duarum poſteriorum editionum Caſaub. Recte ſuperiores editiones διὰ τοῦ ποτοῦ.

e Καὶ ταῦτα ἔπρασσον, πρὸς οἰωνοῦ τιθέμενοι. *Idque faciebant boni ominis gratia.* » Haec verba pluribus explicantur » ab Euſtathio: cuius propterea locum huc transferemus: » [ad Odyſſ. α'. p. 36, 20 ſqq.] Ἰστέον, ὅτι τὸ οὕτω τοὺς » κρατῆρας ἐπιστέφεσθαι, ὡς διὰ τοῦ ποτοῦ ἐπιστεφανοῦ-

» σθαι, καθά φησιν Ἀθήναιος, ἔπρασσον οἱ παλαιοὶ πρὸς e
» οἰωνοῦ φησι τιθέμενοι, τουτέστιν οἰωνιζόμενοι. ἦν δὲ ἴσως
» τὸ οἰώνισμα, εἰς ἐντελὲς εὐδαιμονίας σύμβολον καὶ πληρέ-
» στατον· ὅπερ ἀπ' ἐναντίας τῇ κενεαγγίᾳ ἐστί. τὸ γὰρ ὡς
» ἐῤῥέθη ἐπιστεφὲς, κυκλώματι ἔοικε σφαιροειδεῖ· τὰ δὲ
» τοιαῦτα σχήματα καὶ τέλεια ἐστι καὶ πολυχώρητα· καὶ
» διὰ τοῦτο προσφυῆ τῷ εἰρημένῳ οἰωνίσματι τῷ ἐπὶ βίῳ εὐ-
» δαίμονι. Quia putarunt veteres & dicta & facta omen ha-
» bere, id cavebant summa cura, ne in factis suis dictis-
» ve inesse aliquid ominosum videretur. Quare multa sunt
» in utraque lingua dicendi genera, multa item prisca in-
» stituta, quorum caussa aliunde quam ab hac superstи-
» tione peti non debet: quod facit recte hic Athenaeus.
» Et Iamblichus, rationem explicans symboli Pythagorici,
» [de vita Pythag. sect. 86.] Ἄρτον μὴ καταγνύναι· οἱ δὲ,
» inquit, ὅτι οὐ δεῖ οἰωνὸν ποιεῖσθαι τοιοῦτον, ἀρχόμενον
» καταγνύντα καὶ συντρίβοντα. Ait existimasse quosdam,
» ideo Pythagoram vetuisse panem frangere, quia omen
» res haberet, cum coenam inchoes, frangere aliquid &
» comminuere. οἰωνίζεσθαι, πρὸς οἰωνοῦ τίθεσθαι, & οἰωνὸν
» ποιεῖσθαι, parum differunt. Vide & libro seq. cap. 2.
» [nempe Adnot. ad p. 38. d.] « CASAUBONUS.

Κοῦροι δὲ διανέμουσι &c. Iliad. α'. 470 sq. ι'. 175 sq. Od. γ'. 340 sq. Erant ista verba Κοῦροι δὲ διανέμουσι πᾶσιν ἐπαρξ. δεπάεσσι in ed. Casaub. sic iuncta, quasi unum iustum versum efficerent. Quo spectat, quod idem CASAUB. dein monuit: » Locos Homeri ab Athenaeo hic al-
» latos & expositos, apud ipsum Poëtam leges saepe pau-
» lo scriptos aliter: nam poëtae verbis sua vel substituit
» vel inserit more suo Athenaeus. Atque hoc diligenter
» in hoc auctore est observandum. «

Μέθυ διάνειμον πᾶσιν. μέθυ δὴ πᾶσιν ed. Ven. μέθη δὴ πᾶσιν ed. Bas. Μέθυ νεῖμον πᾶσιν ed. Casaub. ut apud Homerum Od. ν'. 179. & ν'. 50 sq. Μέθυ δὴ ῥα πᾶσιν cod. noster b. Μέθυ δὴ νεῖμον πᾶσιν cod. a. quod ipsum si cui probatur, non repugno: equidem δὴ νεῖμον ex διάνειμον corruptum iudicaveram. Satis adparet, metri rationem hic non curasse Deipnosophistam: quare pro simplici verbo potuit compositum ponere. Mox Νώμησεν δ' ἄρα &c. Od. ν'. 183. ν'. 54. Τυδείδης γοῦν -- καὶ πλείοις δεπάεσσι τιμᾶται. Iliad. θ'. 162. In versione nostra latina h. l. ex Dalechampii interpretatione adhaesit *pluri-*

bus poculis, pro *plenis poculis*: de quo errore, cum & Homeri verſiones obſediſſet, monuere Clark. & Erneſt. ad illum locum. Pari ratione, paulo poſt, in eadem noſtra verſione, (p. 51. lin. 1. noſtrae edit.) pro *pluribus ſemper poculis*, *plenis ſemper poculis* erat ponendum.

f Καὶ Αἴας νωτ. δίνν. γεραίρεται. Perperam γεραίρει cod. *a.* (idemque paulo poſt male Μενέλαος pro Μενελάῳ.) Rem habes Iliad. ν'. 321. Καὶ οἱ βασιλεῖς δὲ τοῖς αὐτοῖς, intellige γεραίρονται, *honorantur*. Νῶτα βοὸς &c. Odyſſ. δ'. 65 ſq.

Καὶ Ἰδομενέα δὲ καὶ Ἀγαμέμνονα πλείῳ ἀεὶ δέπαϊ τιμᾷ. Vulgo omnes πλείονι δέπαϊ τιμᾷ, quod ferri non poterat: ſi enim *pluribus* dicere voluiſſet, oportebat πλείοσι δέπασι vel δεπάεσσι: ſi *pleno poculo*, πλείῳ δέπαϊ oportebat, ſicut paulo ante πλείοις δεπάεσσι dixit. Dubitationem ipſe Poëta ſuſtulit, apud quem Iliad. δ'. 262 ſq. ad *Idomeneum* verba dirigens *Agamemnon* ait: σὸν δὲ πλεῖον δέπας αἰεὶ ἔστηχ', ὥσπερ ἐμοί. Quo ex loco, quem haud dubie reſpexit is, qui apud Athenaeum iſta dixit, correxi mendum. Ex eodem loco ſimul intelligitur, verbum τιμᾷ ad ipſum Poëtam referri; τιμᾷ, ſcil. ὁ Ὅμηρος: quod ni placebat, ſcribendum fuerat, καὶ Ἰδομενέα δὲ Ἀγαμέμνων πλείῳ ἀεὶ δέπαϊ τιμᾷ. De corrigenda h. l. latina noſtra verſione, paulo ante monui.

Σαρπηδὼν δὲ παρὰ Λυκίοις. Hoc praetuli, quod noſtri codices dedere: παρὰ Λυκίων ante erat editum. Rem narrat apud Poëtam ipſe Sarpedon, Iliad. μ'. 310 ſqq.

ἦν δέ τις - - διὰ τῆς προπόσεως. Nude διὰ τῆς πόσεως cod. *a.* truncato vocabulo. οἱ γοῦν θεοὶ χρυσέοις δεπάεσσι &c. Iliad. δ'. 3 ſq. καί τις δὲ δείδεκτ' Ἀχιλλέα. » Reſpicit libri noni locum [Iliad. ι. 224. ubi vide Schol.] » ubi Ulyſſes, πλησάμενος οἴνοιο δέπας, δείδεκτ' Ἀχιλῆα. » Caeterum Interpretationes Athenaei Homericorum verborum aut dictorum, deſcriptas ſaepe pluribus reperias » in Euſtathii Commentariis: Lector ſtudioſus conferat, » nec poenitebit operae: nobis in his diutius haerere non » eſt animus. » CASAUB.

Ἐδωροῦντο δὲ καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῶν μοίρας. Perperam vulgo omnes ἀπὸ τῶν αὐτῶν μοίρας: nec aliud quid e noſtris codd. adnotatum. Sed haud cunctanter τῆς pro τῶν corrigere debui. Bene Euſtathius ad Odyſſ. θ'. p. 322, 23. ἦν δέ φασι παλαιὸν ἔθος, ἕκαστον ἀπὸ τῆς αὐτοῦ μοί-

ρας δωρεῖσθαι οἷς ἐβούλετο. Quod de *Ulyſſe* mox commemorat Noſter, ductum ſcilicet ex Odyſſ. θ'. vſ. 475.

AD CAP. XXIV.

Καὶ παρὰ Μενελάῳ. Odyſſ. δ'. 17 ſqq. de quo loco confer quae infra dicuntur, lib. IV. p. 180. c. d. & 181. d.

μολπῆς δὲ, ἀντὶ παιδιᾶς. Particulam δὲ, quae deerat editis, commode noſtri dedere codices. Notemus vero quod ait, μολπὴν generatim pro παιδιᾷ dici, ſcilicet pro illa παιδιᾷ de qua ibi agitur, nempe de *ſaltatione cum cantu*. Similiter de verbo μέλπεσθαι notavit Scholiaſtes ad Iliad. ή. 240. valere illud proprie quidem παίζειν aut τέρπεσθαι, (*ludere*, aut *oblectari*) ibi vero κινεῖσθαι εὐχερῶς καὶ ἐμπείρως, *expedite & dextre ſeſe movere*. Pari ratione, ubi Nauſicaam inducit poëta pila cum ſuis puellis ludentem, (qui ludus & ipſe cum ſaltatione quadam erat coniunctus, ut mox docet Athen. p. 14. d.) ait, τῇσι δὲ Ναυσικάα λευκώλενος ἦρχετο μολπῆς· id eſt παιδιᾶς, *praeibat, regebat ludum*. Eodem ſpectabat gloſſa apud Heſychium, corrupta quidem vulgo, nec emendata ab interpretibus. Μολπή. ᾠδή, παιδεία. Oportebat haud dubie, παιδιά.

Σῶφρον δέ τι ἦν τὸ τῶν ἀοιδῶν γένος, »Poëtas initio »fuiſſe temperantiae, atque omnium virtutum magiſtros, »multi e veteribus ſcriptoribus teſtantur. Scholiaſtes ve»tus Homeri Odyſſ. γ'. [267.] verbis paene iiſdem: Τὰ »ἀρχαῖον οἱ ἀοιδοὶ φιλοσόφων τάξιν ἐπεῖχον. Multa in hanc »ſententiam Strabo primo libro Γεωγραφουμένων; [p. 7. »a. & 15. d. & ſq. ed. Caſaub.] & Quintilianus lib. I. »cap. 10. Propterea poëtae olim σοφοὶ & σοφισταὶ dicti. »Pindarus Iſthmionicarum ode V. [vſ. 36 ſq.] μελέταν »δὲ σοφισταῖς Διὸς ἕκατι προσβάλλον σεβιζόμενοι. Enar»rator illius: Σοφιστὰς καὶ σοφοὺς ἔλεγον τοὺς ποιητάς. »Vide Clementem Alexandr. Stromat. lib. I. [p. 237.]« Casaub.

Ἀγαμέμνων οὖν &c. Sic noſtri mssti. γοῦν edd. quod b minime equidem ſperno. Rem narrat Poëta Odyſſ. γ'. 267 ſqq. διατριβὴν παρέχων ἡδεῖαν. »διατριβὴν παρέχειν »ἡδεῖαν, *oblectare aliquem*, & *facere ut hilariter & iucunde tem»pus tranſigat*. Paſſim apud Strabonem, Plutarchum, & »alios, διατριβὴ pro τέρψις & ψυχαγωγία.« Casaub. —

b Gallice diceres, *un paſſetems agréable.* Pari modo apud Polyb. X. 19, 5. ἡδεῖαι ἀπολαύσεις καὶ διατριβαί.

ἀπεπλάνα τὴν διάνοιαν φαύλων ἐπινοιῶν. ἀποπλανάω, proprie *aberrare facio:* cuius verbi rariorem uſum, *in bonam partem* hoc loco accepti, notavit vir doctus in Miſcellis Obſervat. Vol. V. Tom. I. p. 32. Aequivalet noſtro verbo *detourner, diſtraire.* In eamdem ſententiam Euſtathius: (ad Odyſſ. ά. p. 60, 43.) ἢ κατὰ ἀκοὴν ἡδονὴ πολλὰ τῶν παθῶν ἐπέχει, ἐπασχολοῦσα τοὺς ἀκροωμένους εἰς ἑαυτήν. Mox ὁ παρὰ τοῖς μνηστ. ἀείδων ἀνάγκη, Phemius eſt: Odyſſ. ά. 154.

c τοὺς ἀοιδοὺς αἰδοίους &c. Ἀοιδοὶ, ait Odyſſ. θ'. 480. τιμῆς ἔμμοροί εἰσι καὶ αἰδοῦς, οὕνεκ' ἄρα σφέας &c. Pro οὕνεκ', apud Athenaeum mssti & editi in τοὔνεκ' conſentiunt. Ὁ δὲ παρὰ Φαίαξι Δημόδοκος. Odyſſ. θ'. 266 ſqq.

τὰ πρὸς ἀνάπαυσιν προφέρων. πρὸς ἀνάπαυσιν, intellige τῶν παρανόμων ὀρέξεων. In verbo προφέρων, *proferens*, id eſt, *recitans, cantans*, nihil per ſe deſideres: nec e codicibus noſtris varietas lectionis enotata eſt. Reperit tamen Caſaubonus in membranis προσφέρων, idque ſe malle profitetur: notavitque eamdem ſcripturam in ora ſui libri Brunckius, neſcio utrum e Caſauboni Animadverſ. an quod eam in noſtro cod. *b.* (qui ab eo olim tractatus eſt) repererit. Notum eſt, quam levi diſcrimine duae voculae πρὸ & πρὸς in mssts codicibus diſtinguantur. Ego vero, ſicuti ſupra (p. 10. a.) vulgatum προφέροντα in προσφέροντα (diverſa quidem notione) mutavi, ſic & lubens hoc loco προσφέρων, oblatum a libris, eadem qua προφέρων notione accipiam. Eodem quidem fere modo προσφέρειν apud Polyb. uſurpatur, apud quem alterum verbum, προφέρεσθαι, eadem notione in medio potius, quam in activo, ponitur.

d ᾄδει πρὸς τὴν αὐτῶν βουλὴν ὁ Φήμιος. Vide Odyſſ. α'. 326. Quid ſit vero πρὸς τὴν αὐτῶν βουλὴν, mihi non liquere profeſſus ſum. Dalechamp. *quod volebant & mandaverant* interpretatus erat: at id quidem non ſonabat iſta dictio. Ipſam autem Athenaei ſcripturam acu me tetigiſſe, cum συμβουλὴν conjectarem, minime contenderim. Pro ea ſententia, quam Dalechampius expreſſit, βούλησιν oportebat.

αἱ Σειρῆνες &c. Odyſſ. μ'. 184 ſqq. ὅσσα γένηται, ſic-

ut eſt apud Homer. l. c. vſ. 191. ſic hoc loco ambo noſtri codices dedere pro ὅσσα γίνεται, quod erat editum.

AD CAP. XXV.

Τῶν κυβιστητήρων. Sicut ſupra (hac pag. a.) κυβιστητῆρες dixit, ſic h. l. utique κύβιστητήρων exſpectaſſes, quod & analogia & uſus ſermonis deſiderabat: & ſic expreſſum quidem eſt hoc ipſo loco in prima ed. Caſaub. Sed κυβιστήρων, quod ex Veneta habent aliae editiones, tenent ambo noſtri codices: quod mutare non debui, cum & ab Etymologo eadem forma nominis ὁ κυβιστὴρ adnotata ſit, & eamdem Heſychius agnoviſſe videatur, quem vide cum ipſius interpretibus in Κυβιστῆρας. Legitur etiam τῶν κυβιστήρων apud Suid. in Χορείων ex eodem hoc Athenaei loco: ſed apud eumdem quidem in Ὀρχήσεις eſt κυβιστητήρων.

Διὰ τῆς σφαίρας vertunt *cum pila, i. e. pilae ludo mixto cum ſaltatione.* Simili ratione οἶνος δι' ἀρωμάτων, IV. 168. f. eſt *vinum aromatibus mixtum.* Quod ſi σφαῖραν h. l. *ipſum pilae ludum* intelligas, erit ἡ ὄρχησις διὰ τῆς σφαίρας, *ſaltatio in pilae ludo.* Sic mox dein (in fine huius cap.) τὸ διὰ σφαίρας ἁρπαστὸν, *harpaſtum quod in pilae ludo vocatur.*

Ἀγαλλὶς ἢ Κερκυραία, γραμματική. Nil variant in iſta ſcriptura nec noſtri libri, nec ii quibus uſus Caſaubonus eſt. »Suidae tamen (ut monuit Casaub.) Ἀνάγαλ»λις dicitur, [cum in hac voce,] ubi mendi ſuſpicionem »tollit ſeries literarum, [tum & in Ὄρχησις, & in Σφαῖ»ρα: & in Suidae quidem edit. Mediol. ſub voce Σφαῖρα »(ſic) Ἀνάγαλις ſcribitur.] Fieri poteſt, ut *anagallidi* her»bae fuerit cognominis, ſicut Cicero ciceri, Piſo piſo, »Lentulus lenti, Thermus θέρμῳ, alii aliis vel herbis vel »leguminibus.« — Vulgatae vero apud Athenaeum ſcripturae favet ſimillimum nomen *Grammatici* pariter *Corcyraei*, Ἀγαλλίας, Scholiaſtae Homeri ad Iliad. σ'. 491. commemoratum, & Euſtathio ad Iliad. p. 1213, 6.

Ναυσικάᾳ ἀνατίθησι. Sic ſcripſi cum Suida in Ἀναγαλλὶς & in Ὄρχησις, ut ferebat Homeri uſus: & ſic puto eſſe in libris msstis. Perperam Ναυσικαᾷ ed. Caſaub. Sed Ναυσικᾶ ed. Ven. & Baſ. quod tamen & ipſum ferri fortaſſe potuerat. In ſequentibus non video quid Casaubonum commoverit, ut moneret: »Scribendum

d »mox, ut ne ſit clauda oratio, Δικαίαρχος μὲν Σικυω-»νίους, Ἵππασος δὲ Λακεδαιμονίους ταύτην τε καὶ »τὰ γυμνάσια πρώτους: ſupple φησὶν εὑρεῖν. Poteſt et-»iam ſic, ταύτης τε καὶ τῶν γυμνασίων πρώτοις, nempe »τὴν εὕρεσιν ἀνατίθησι. Prior emendatio placet magis. « — Quidni enim dativos Σικυωνίοις & Λακεδαιμονίοις ex communi a verbo ἀνατίθησι pendere dicamus? Aut quidni in iſta verborum connexione peraeque ταύτην & τὰ γυμνάσια dicere potuerit auctor, atque ταύτης & τῶν γυμνασίων εὕρεσιν? Sed eadem verba Δικαίαρχος - - - πρώτοις velut in parentheſi poſita intelligi debebunt, quo com-e modius id quod ſequitur, ταύτην δὲ μόνην, ad *Nauſicaam* poſſit referri. Nauſicaam *pilâ ludentem* induxit Poëta Odyſſ. ζ'. 100 ſq. ubi quod ait ἤρχετο μολπῆς, de ea dictione confer ſuperius notata ad p. 14. a.

Διαβόητοι δὲ ἐπὶ σφαιρικῇ. σφαιριστικῇ utique malles cum Toupio Emend. in Suid. Part. III. p. 461. ed. Lipſ. Eſt enim illud proprium huius artis nomen, ad analogiam ſimilium nominum ab artificis nomine (ὁ σφαιριστὴς) deductum. Sed quamquam illam nominis formam minime ignorarunt noſtri librarii; (vide paulo poſt, lit. f. & p. 15. d. nempe lin. 3. noſtrae edit. p. 57.) tamen & hoc loco in σφαιρικῇ, & p. 15. d. (lin. 1. noſtrae ed. p. 57.) in σφαιρικὴν pertinaciter conſentiunt libri omnes: quare mutare iſta non ſum auſus. Habes eamdem nominis formam etiam apud Suidam in Σφαῖρα, ſed eius loco apud eumdem in Ὀρχήσεις & in Χορείαν, altera forma (σφαιριστικὴ) ponitur.

ὁ Θεόγνιδος τοῦ Χίου σοφιστοῦ ἀδελφός. *Theognidem* hunc *Chium*, *ſophiſtam*, tamquam ſatis notum hominem nominat: cuius tamen apud neminem alium auctorem mentionem factam reperio. De Megarenſi poëta hic non eſſe cogitandum, in aprico eſt. *Theognidis*, neſcio cuius, librum ſecundum περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ Ξυσιῶν citat Athenaeus noſter VIII. 360. b. qui poſſit idem eſſe cum hoc *Chio ſophiſta*. Sed ne ille quidem ita vulgo notus fuiſſe videtur, ut ab ipſius adiecto nomine frater inſignior redderetur. Ni σοφιστὴν diceret hominem, (quod nomen nonnihil me conturbat) ſuſpicarer, de frigido illo tragico poëta agi, qui etiam unus e triginta tyrannis fuerat, quem traduxit Ariſtophanes in Acharnenſ. De quo vide Fabric. Bibl. Graec. T. I. p. 692 ſq. & quos ille laudavit, Scho-

liaſt. ad Ariſtoph. Acharn. vſ. 11. & 140. & Suidam in e Θέογνις. Ac fuiſſe *Chio* ortum malum illum poëtam a nemine quidem proditum video: ſed, quod traducendae mediocritatis cauſſa χιὼν (*nix*) eſt cognominatus, id factum ſuſpicari licebat per paronomaſian, ut pro Χῖος, χιὼν diceretur. Praeterea monitum paulo ante (ad iſta verba Σῶφρον δέ τι p. 14. a.) vidimus a Caſaubono, olim σοφιστὰς etiam nonnumquam dictos eſſe poëtas.

ὃς ἀσελγεῖ τινι νέῳ παρακολουθῶν, οὐ διελέγετο μέν. »Iuvenis ille, a quo divelli Chaerephanes non poterat, »cum tamen alloqueretur eum nunquam, *impudicus* fuit »& muliebria pati ſolitus: nam hoc ſignificat ἀσελγὴς, »non *petulantiam*, ut verſum perinepte. Omnino ea voce »defaedam aliquam & παρὰ φύσιν Venerem intelligi con»ſtat ſatis: erſi quid proprie ſit ἀσέλγεια, varie expli»cant antiqui grammatici.« Casaubonus. — Vide Suid. & Etymol. & Heſychii interpretes in iſta voce: de cuius uſu qui plura deſiderat, ei plena manu dabit Wetſten. ad Evang. Marci, cap. 7, 22. e quibus quidem intelligitur, non ſemper ea potiſſimum notione uſurpari id vocabulum, quam hoc loco recte illi tribuit Caſaubonus. Verbum διαλέγεσθαι non vulgato ſenſu cum Caſaub. aliiſque interpretibus, ſed de *conſuetudine venerea* eſſe hic accipiendum, auctore Valckenario monuit Pierſon ad Moerid. p. 132. qui de iſto uſu huius verbi conſuli poteſt.

Ὅτι τὸ φουάλικλον καλούμενον &c. Haec uſque ad f verba Πομπηίου Μάγνου, cum in editis Athenaei libris non comparerent, ex codice msto Ger. Corſelii, ICti Lovanienſis, primus edidit Andr. Schottus, Obſervationum Humanar. lib. I. cap. 6. p. 9. ubi quidem mendoſe τι τὸ φουάλικλον, & deinde σφαιρικόν τι, ſcribebatur: quae ita, ut emendanda ſuſpicatus eram, emendate ſcripta in noſtro cod. *a.* leguntur. Et erant quidem iſta tam in hoc noſtro, quam in illo Corſelii codice, loco paulo iniquiore inſerta, ſcilicet poſt iſta verba paulo ſuperius poſita, Δικαίαρχος δὲ Σικυωνίοις. p. 53. noſtrae edit. lin. penult. Quo ex loco ea huc transferenda putavi. Eadem ratione potueram debueramque fortaſſe fragmentum illud Ὅτι Ξενοφάνης &c. quo ex eiſdem codicibus ſupra pag. 13. huius ed. noſtrum Athenaeum auxi, poſt iſta verba Ἀλλὰ μὴν - - - ἱμάτιον reponere, quae cum ſuperioribus aptius cohaerebant. Scilicet huius generis fragmentorum ea

f ratio eſt, ut poſtquam ab Epitomatore primum neglecta fuiſſent, deinde demum ſive ab eodem ipſo, ſive ab alio viro cui opus integrum, e quo confecta Epitome fuerat, ad manus erat, orae libri inſcripta fuerint. Tum vero inſequenti tempore librarius, qui eiuſmodi codicem deſcribebat, eadem fragmenta, ut par erat, in ipſum contextum recepit; ſed nonnumquam, cum non ſatis adverteret animum quo loco deberent interſeri, iniquo loco poſuit. Exſtat vero etiam eiuſdem fragmenti noſtri clarum ſatis veſtigium apud Suidam, nemini (quod ſciam) adhuc obſervatum aut explicatum. Φουάλικλον, ait ille Grammaticus, εἶδος παιδιᾶς. Ubi, quid eſſet φουάλικλον, ignorare ſe oſtenderunt interpretes, ipſam graecam vocem *Phualiclon* in latina verſione tenentes. Ego vero nullus dubito confirmare, eſſe a Graecis hominibus corruptum ipſum latinum vocabulum *folliculus*, quod legitur apud Sueton. in Aug. cap. 83. diminutivum τοῦ *follis*: quo nomine inſigniebatur pilae genus, noſtris *ballonibus* ſimile, cuius vulgatiſſimus apud Romanus erat uſus; Martiali ſaepe memoratus, cum alibi, tum in Epigr. 47. lib. XIV. ubi ipſum *Follem* inducit loquentem:

Ite procul, iuvenes! Mitis mihi convenit aetas:
folle decet pueros ludere, folle ſenes.

Follem igitur, ſeu *folliculum*, inventum ait ab *Attico* quodam, patria *Neapolitano*, *paedotriba*, id eſt, *exercitiorum magiſtro*. Sed hoc loco, cum in cod. msto nulla diſtinctione intercepta eſſet oratio, parum commode me feciſſe intelligo, quod poſt Νεαπολίτης quidem *comma* poſuerim, nec vero poſt παιδοτρίβης: quaſi παιδοτρίβης cum ſequentibus cohaereret γυμνασίας ἕνεκα Πομπηΐου Μάγνου. Rectius foret, (ut quidem nunc ſtat ſententia) conſtructionem ſermonis talem concipere, ut γυμνασίας ἕνεκα Πομπ. Μαγν. ad εὗρεν referretur: Ἀττικὸς Νεαπολίτης, παιδοτρίβης, εὗρεν τὸ φουάλικλον γυμνασίας ἕνεκα Πομπηΐου Μάγνου. *Atticus Neapolitanus, paedotriba, folliculum invenit, exercitationis cauſſa Pompeii Magni*, ſive, *quo exercitaretur Pompeius Magnus*. Sed ad ſententiae quidem ſummam parum utique intereſt.

Τὸ δὲ καλούμενον διὰ τῆς σφαίρας ἁρπαστὸν. διὰ τῆς σφαίρας, *in pilae ludo*: vide paulo ante, initio huius capitis. De *Harpaſto*, Martialis, cum ſaepe aliâs, tum Epigr. 19. lib. IV.

Sive harpaſta manu pulverulenta rapis. f
ubi interpretes vide. Adde Pollucem IX. 105. & auctores ibi ab Interpretibus laudatos, quibus addendus Burette, in *Memoire pour ſervir à l'hiſtoire de la Sphériſtique des Anciens;* quae commentatio inſerta eſt in *Memoires de l'Académie des Inſcript.* T. I. p. 166 ſqq. De graeco nomine Φαινίνδα paulo poſt dicetur.

AD CAP. XXVI.

Τό τε κατὰ τοὺς τραχηλισμοὺς ῥωμαλέον. »Pilae luſum »commendat auctor maxime propter τὸ κατὰ τοὺς τρα»χηλισμοὺς ῥωμαλέον, id eſt, *cervicis agitationes vehementes* »& *crebras.* Proprie artis palaeſtricae aut gymnaſticae ver»bum eſt τραχηλίζειν: inde ad pilae luſum transfertur ve»nuſte. Galenus hoc explicat pluribus: Ὅταν γὰρ, inquit, »συνιστάμενοι πρὸς ἀλλήλους καὶ ἀποκωλύοντες ὑφαρπάσαι »τὴν μεταξὺ διαπονῶσι, μέγιστον αὐτὸ καὶ σφοδρώτατον »καθίσταται, πολλοῖς μὲν τραχηλισμοῖς, πολλαῖς δ' ἀν»τιλήψεσι παλαιστικαῖς ἀναμεμιγμένον, ὥστε κεφαλὴν καὶ »αὐχένα πονεῖσθαι τοῖς τραχηλισμοῖς.« CASAUB. — Galeni verba, citata a Caſaubono, leguntur in libello Περὶ τοῦ διὰ μικρᾶς Σφαίρας γυμνασίου. Tom. IV. operum Galeni p. 301. ed. Baſil. 1538. Agitur ibi de *pilae parvae* ludo; quem eumdem, qui aliâs *harpaſti ludus* & *pheninda* dicebatur, intellexit ibi Galenus, ut docuit Hier. Mercurialis lib. II. de Arte Gymnaſt. cap. 4. conf. Polluc. IX. 105.

Ἀντιφάνης· Οἴμοι - - ὡς ἔχω. Haec vulgo ab omnibus praetermiſſa, & ne ab Andr. Schotto quidem e Corſelii codice (de quo paulo ante dictum) prolata, opportune dedit noſter cod. *a.* & percommode quidem eodem quo poſuimus loco inſerta.

In iſtis, qui deinde ſequuntur, eiuſdem ANTIPHANIS a *verſiculis*, verba illa τοῦ δ' ἐξέκρουσε latine ſic reddidit Dalech. *alium extruſit;* bene, ſi eſſet τὸν δ' ἐξεκρ. Nam τοῦ δ' ἐξέκρουσε non aliud denotare videtur, quam quod in verſione poſui, *huius* (ſcil. *pilam*) *repulit* vel *propulit;* quemadmodum in calculorum ludo (infra p. 17. a.) ἐκκρούειν eſt *calculum alterius propellere.* At id quidem vereor ne huic loco minus conveniat. Videntur enim, qui iſto ludo ſe oblectabant, una tantum pila uti ſoliti: duae autem videntur fuiſſe ludentium partes, quarum qui ab utra-

a vis ſtabant, id agebant, ut, ſive ſublime iacta eſſet pila, ſive humum cecidiſſet, concurſu contra adverſarios facto impedirent, ne in manus alterius partis veniret, ſed ut praeriperent eam illis, rurſuſque alicui ſuarum partium mitterent: inde varia genera contentionis, de quibus hic agitur. Quare utique τὸν δ' ἔκρουσε legi malim cum Mercuriali l. c. pag. 121 ſq. hac ſententia, *hunc expellit*, vel *loco deturbat*. Quod dein ſequitur τὸν δ' ἀνέστησε πάλιν, poſſis cum eodem Dalech. intelligere, *rurſus alium lapſum erigit*; tumque accipies de colluſore earumdem partium. Sed rectius fortaſſe contraria notione (quam recipit idem verbum) accipietur, *alium vero etiam evertit, proſternit*; cum quo aptius convenit quod continuo adiicitur, κλαγκταῖσι φωναῖς.

Duos poſtremos verſus Ἔξω, μακρὰν &c. rurſus e Corſelii codice olim ediderat Andr. Schottus l. c. p. 9. his verbis: »Poſt verba Antiphanis κλαγκταῖσι φωναῖς ſubiecta »ſunt: ἔξω μακρὰν παρ' αὐτὸν, κάτω, ἄνω βραχεῖαν ἀπό»δοσιν ἐγκαταστρέφει. Ubi ταχεῖαν ſuſpicor legendum. « — Quo loco cum deeſſent verba ὑπὲρ αὐτὸν, integros dein duos verſus, a Ruhnkenio olim ex eodem codice Pariſienſi qui a nobis *cod. a.* inſignitur, deſcriptos, ſecumque a Ruhnkenio communicatos, edidit Koppiers in Obſerv. Philolog. p. 50. ſed ita, ut, quid de eis faceret, plane incertum haberet. »Sint ne haec Antiphanis, inquit, & quid »ſibi velint, exſpectabo qui me doceat. « — Et ego quidem verborum illorum vim ſingulatim ac certa ratione explicandam pariter eis relinquere debeo, qui & me doctiores ſunt in hoc genere, & quibus plus otii eſt: ſed illud ſatis perſpicue mihi viſus eram intelligere, eſſe hos eiuſdem poëtae verſus, ad idem cum ſuperioribus argumentum pertinentes; quibus variae illae *voces & exclamationes* (κλαγκταὶ φωναί) contineantur, quas iactare ſolent hi qui iſto ludo contendunt. Ex eodem genere ſunt iſta verba, quae nuper apud Epictetum obſervavimus, ubi pariter de eorum contentione agitur qui pila ludunt, Diſſert. II. 5, 17. ὁ μὲν ἐρεῖ, βάλε! μὴ βάλῃς! ὁ δὲ, μίαν ἔβαλες! ubi ad illuſtranda poſtrema verba μίαν ἔβαλες (niſi forſan μοὶ ἂν ἔβαλες oportuit) facere videntur iſta βαλεῖν τὴν ἑτέραν apud Athen. noſtrum I. 17. a.

Ἐκαλεῖτο δὲ φαινίνδα ἀπὸ τῆς ἀφέσεως τῶν σφαιριζόντων. »Falſa & abſurda eſt haec vocis *phaeninda* notatio. *Phae-*

» *ninda*, inquit, nomen invenit ἀπὸ τῆς ἀφέσεως. Quid a » hoc putidius? nam quid ſimile, unica litera excepta? » Sed non ita fatuus Athenaeus, ut hoc ſaltem probabile » putaret: non ita inconſultus, ut in literas referret. Le» go: Ἐκαλεῖτο δὲ ἐφετίνδα ἀπὸ τῆς ἀφέσεως, (vel ἐφέ» σεως) τῶν σφαιριζόντων. Euſtathius [ad Odyſſ. ζ'. pag. » 251, 14.] Ἐφετίνδα λέγεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ὅταν » ἄλλῳ προδείξαντες τὴν σφαῖραν ἄλλῳ ἐφῶσιν. Scribit idem » alio loco, [ad Od. β'. 315, 41.] Φαινίνδα derivaſſe ve» teres ἀπὸ τῆς φενακίσεως: quod etſi videtur abſurdum, » quia tamen nihil tam a ratione alienum fingi poteſt, » quod auctorem non invenerit, poteſt [apud Athen. h. » l.] ſcribi, Ἐκαλεῖτο δὲ φαινίνδα ἀπὸ τῆς φενακίσεως.« Casaubonus. — Turbatus utique, ac mutilatus (ut videtur) locus, ſive librariorum culpâ, ſive ipſius Epitomatoris incuria. Sed nonniſi multis ambagibus reſtitui in integrum poſſe videtur, ſcilicet tali quodam modo legendo: Ἐκαλεῖτο δὲ ἐφετίνδα μὲν, ἀπὸ τῆς ἀφέσεως· (ſive ἐφέσεως·) φαινίνδα δὲ ἀπὸ τῆς φενακίσεως. Quidquid ſit, ad illuſtrandum hunc locum facit quod eſt apud Pollucem IX. 105. ἡ δὲ φαινίνδα εἴρηται ἢ ἀπὸ Φαινίδου τοῦ πρώτως εὑρόντος, ἢ ἀπὸ τοῦ φενακίζειν, (*a decipiendo*) ὅτι ἑτέρῳ προδείξαντες, ἑτέρῳ ῥίπτουσιν, ἐξαπατῶντες τὸν οἰόμενον. (*quoniam alio ſe miſſuros ſimulantes, aliam in partem mittunt pilam, decipientes credulum.*) tum quod habet Etymologus, in Φεννὶς, pag. 790. ubi, Φεννὶς· inquit, παιδιὰ διὰ σφαίρας γενομένη. ἔστι καὶ φενίνδα, ἀπὸ τοῦ φενακίνδα, κατὰ συγκοπὴν, ἀπὸ τῆς ἀφέσεως τῶν σφαιριζόντων· ἢ ἀπὸ τοῦ φενακίζειν ἐν τῷ ῥίπτειν, καὶ μὴ ῥίπτειν ἐκεῖσε, ἀλλ' ἑτέρωσε· ἢ ἀπὸ Φενεστίου, τοῦ ἐφευρόντος αὐτήν. Idem Etymologus in Ἐφετίνδα, cum hanc vocem per φενακικῶς interpretatur, docet eſſe eam proprie ſuâque naturâ *adverbium*, quemadmodum ſcilicet & φαινίνδα, & id genus alia, quorum ad formam & ὀστρακίνδα formavit Ariſtophanes in Equit. 851. Quare non ἡ φαινίνδα dicitur, quaſi eſſet φαινίνδα nomen ſubſtantivum primae declinationis, ſed ἢ φαινίνδα παιδιά: pro quo etiam brevius dixiſſe videntur τὸ φαινίνδα, neutro genere; quo forſan referendum quod mox ait εὑρετὴς αὐτοῦ, ſcil. τοῦ φαινίνδα, ut non opus ſit αὐτῆς corrigere. Recte vero ἢ ὅτι εὑρ. dedere libri noſtri, pro ὅ τε εὑρετὴς, quod habebant editi abſque ἢ particula. Eamdem ſcri-

a pturam ἢ ὅτι Casaubonus etiam (in *Addendis*) suis e scriptis libris laudavit.

Continuo sequens *versus Antiphanis*, sic vulgo scribebatur consentientibus libris,

Φαινίνδα παίζων ἦεις ἐν Φαινεστίου.

Ubi Valckenar. ad Phoeniss. p. 384. corrigere iussit,

Φαινίνδα παίσων ἦεν ἐς Φαινεστίου.

cui ego, παίζων quidem tenendum ratus, in ἦεν ἐς obsecutus sum. Rectius fortasse facturus eram, si, quod Casaubonus suaserat, ἦει ἐς Φαιν. scripsissem.

b Ἐφρόντιζον δὲ εὐρυθμίας οἱ σφαιριζ. Sicut in omnibus corporis motibus, ita & *in pilae lusu*, εὐρυθμίαν, id est, *motuum concinnitatum* inprimis spectabant Graeci. Quo etiam percommode adlusit Epictetus, Differt. II. 5, 16 & 20.

Δημόξενος. DEMOXENUS, idem qui *Damoxenus*; comicus poëta, laudatus ab Athen. III. 101. f. & XI. 468. f. Huius *priores versiculi* sic concepti distributique in edd. legebantur:

Νεανίας τις ἐσφαίριζεν ὢν ἐτῶν (mend. ἐπῶν ed. Ven.)
ἴσως ἑπταχαίδεκα,
Κῶος· θεοὺς &c.

Libri autem nostri, pro ὢν, dabant εἷς (sic) sive εἶς: quo accepto, primos duos versus, ita, ut edidi, concinnandos duxi; participium γενόμενος, utpote e coniect. a me adiectum, uncis includens.

Ad *vers.* 3. θεοὺς γὰρ φαινεθ' ἡ νῆσος φέρειν, haec adnotavit CASAUBONUS: »Videtur *Deos* appellare homines »*Coos*, qui virtute sua coelum sibi aperuerunt. Sic pro»pter Bacchum & Herculem dictae olim Thebae θεοὺς »φέρειν, ut est apud Dicaearchum. *Con* insulam magnos »aliquos tulisse viros, testis historia. Cous quippe Hip»pocrates, qui vir, si quis unquam mortalium, veteri di»cto fidem fecit, *homo homini Deus*. Natus ibidem & Pto»lemaeus Philadelphus, immortali memoria princeps di»gnissimus.« — Sic ille: mihi poëta solam *corporis formam* spectasse visus erat, qua *eximios Deorumque similes* fuisse homines *Coos* ait. *Eiusdem versus initio*, rectius Κῶος, quam Κῶος, scriptum fuisset.

Vers. 6. ἢ δὲ δὴ εὐρυθμία pro vulgato ἢ δ' εὐρυθμία monente Casaubono scripsi; de eiusdemque sententia *versu seq.* verba ἥ τε χάρις inserui. τό τ' ἦθος (pro τὸ δὲ ἦθος, quod habent mssti nostri) ex ed. Ven. recte tenuerant alias

omnes. Satis vero commode nunc omni ex parte ſic emen- b
datos illos verſiculos, equidem non ſpondeam.

Verſ. 8. Pro ἐν τῷ τι λέγειν ἢ πράττειν, quod non ferebat iambici metri ratio, recte Caſaub. monuerat, inverſo ordine ſcribendum,

ἐν τῷ τι πράττειν ἢ λέγειν ἐφαίνετο.

Quod & ego ſic editum hoc loco volueram: ſed non paruere operae. Id erratum cum dein obſervationem praeterierit meam, nunc ſtudioſum lectorem, ut corrigat, moneo.

Verſ. 9. πέρας ἐστὶ κάλλους. πέρας ἔτι habebant edd. & mssti. Corrigendum ἔτι, idem CASAUBONUS docuit. »Graeci, inquit, ut ſummam pulcritudinem aut tem»perantiam denotent, ὅρος ἐστὶ κάλλους aut σωφροσύνης »ſolent dicere: ſic accipitur hic τὸ πέρας.« — Eodem modo vocabulum τέλος, & latino ſermone *finis:* ut in illo, *finis bonorum*, pro *ſummo bono:* atque etiam *extremum*, aut *ultimum*, (quod eſt proprie τὸ πέρας) eadem notione dicimus: ut in illo, *extremum malorum;* aut in illo Taciti, *Sicut vetus aetas vidit, quid ultimum in libertate eſſet; ita nos, quid in ſervitute.* (Vita Agric. cap. 2.)

Verſ. 10. οὔθ' ἑώρακα erat ſcriptum: ubi aut ὥρακα c
oportebat, ut voluerat Dawes in Miſc. Crit. p. 202. aut ἑόρακα, ut Tyrwhit ibid. p. 454 ſq. Conf. infra, II. 49. e. & f. IV. 154. f. VI. 244. d. VII. 279. b.

πολλοὶ διὰ τὴν σφαιρικὴν αὐτῷ συναπεδύοντο. »*Multi* »*cum eo ſe exercebant, atque in pilae luſus certamen cum ipſo* »*deſcendebant.* Nam a conſequenti, [quia, qui in arenam »deſcendunt athletae, *veſtes exuunt*] ἀποδύεσθαι, eſt *ex*»*ercere ſe:* συναποδύεσθαί τινι, *in arenam cum aliquo deſcen*»*dere.* Frequens verbum in ore Atticorum hominum.« CASAUB. — Confer Suid. in Ἀποδύντες. De vocab. σφαιρικὴν, pro σφαιριστικὴν, vide notata ad p. 14. e.

CTESIBIUM *Chalcidenſem*, de quo hîc agitur, fuiſſe Menedemi Cynici diſcipulum, docet noſter Athen. IV. 162. f. quo ex loco de reliquo hominis ingenio iudicium facere licet. ANTIGONUS rex, *Gonatas* ille fuiſſe videtur, qui, cum multis philoſophis converſari ſolitus, Zenonem Stoicum numquam niſi timidus adiiſſe proditur. Vide Epictet. Differt. II. 13, 14. & ibi notata. Pro πολλοὶ eſt πολλὰ noſtris in libris: quae ſi vera fuerit ſcriptura, in ſequentibus neceſſe eſt aliquid eſſe turbatum.

AD CAP. XXVII.

c Quae hoc Capite, & nonnullis ſequentibus, rurſus de *Homericis inſtitutis* diſputantur, ea omnia Caſaubono viſa erant ex eodem Dioſcoridis libro deſumta, de quo ſupra (ad cap. noſtr. 15. p. 8. e. ed. Caſ.) dictum eſt. At poſt iſtam Dioſcoridis diſputationem, ab uno e convivis prolatam, iam pridem alium Deipnoſophiſtam ac fortaſſe plures etiam deinceps loquentes induxit Athenaeus, qui Homerica illa inſtituta ſub alio rurſus atque alio adſpectu proponebant; ac partim, quae a Dioſcoride praetermiſſa eſſent, ſupplebant; partim etiam, quae ab illo minus vere rectеque dicta iudicaſſent, refellere conabantur. De qua tractatione illius argumenti planius nobis iudicare liceret, ſi integrum hac parte Athenaei opus ſupereſſet.

Οἱ Φαίακες δὲ παρ' Ὁμήρῳ καὶ ἄνευ σφαίρας ὠρχοῦντο. »Viris doctis, qui iſta ſunt ante nos interpretati, nulla »in iſtis verbis menda ſuboluit: nobis latere ulcus vi»detur. Nam cum *duorum generum ſaltationes* Phaeacibus »poëta tribuat, *cum pila*, & *ſine pila*; non dubitamus, »aut utriuſque ſaltationis mentionem feciſſe Athenaeum; »aut, ſi alterius tantum, eius potius quae cum pila ex»ercebatur. Nam quid novum aut mirum, *ſaltaſſe Phaea»cas abſque pila.* Quin tu potius, dicat aliquis, quod & »difficilius & rarius, & auditu iucundius, id narra: *pila »ſimul luſiſſe Phaeacas & ſaltaſſe.* Quare ita ſcribimus, καὶ »ἄνευ σφαίρας καὶ μετὰ σφαίρας ὠρχοῦντο. Emendatio»nem confirmant ſequentia verba, quae ad ſaltationem »pertinent τὴν μετὰ σφαίρας. Eius deſcriptionem habes »apud ſummum vatem, Odyſſ. θ'. Ibi reperies τάρφε' »ἀμειβομένω &c. « Casaubonus. — At non meminiſſe videtur, cum haec ſcriberet, vir doctiſſimus, diſertam mentionem τῆς ὀρχήσεως διὰ τῆς σφαίρας παρ' Ὁμήρῳ iam feciſſe Deipnoſophiſtam initio capitis noſtri XXV. (p. 14. d.) ubi etiam *Nauſicaae pila ludentis* meminit. Iſtis igitur verbis nunc perapte reſpondent haec, Φαίακες δὲ παρ' Ὁμήρῳ καὶ ἄνευ σφαίρας ὠρχοῦντο: id eſt, *Phaeaces vero apud Homerum etiam abſque pila ſaltabant.* Neque vero (quod idem Caſaubonus ſibi perſuaſerat) ſaltatio ea, de qua nunc hic loquitur Deipnoſophiſta, erat μετὰ σφαίρας: ſed e contrario, ſicut a Deipnoſophi-

ſta, (ex vulgata verborum ſcriptura, in qua nihil deſide- c
ratur,) ita & apud ipſum Poëtam, ſatis perſpicue ab
iſta diſtinguitur: primum enim de ὀρχήσει μετὰ σφαίρας
dixerat poëta, Odyſſ. θ'. vſ. 370-376. tum, illâ pera-
ctâ, (vſ. 377 ſqq.) aliam narrat ſaltationem, quae ni-
mirum abſque pila peragebatur, de qua nunc loquitur
Deipnoſophiſta. Turbaſſe Caſaubonum videtur, quod non
animadverterit, *ipſum pilae luſum*, in quo nimirum varii
corporis motus concinna quadam ratione peragi debebant,
Graecis dictum eſſe *ſaltationis* quoddam *genus:* qui uſus
verbi ὀρχεῖσθαι & vocabuli ὄρχησις cum ex ipſo Home-
ro intelligi poterat, tum ab Athenaeo etiam infra (p. 21.
a.) diſerte adnotatus eſt.

Ἐπικροτούντων τοῖς λιχανοῖς δακτύλοις, ὃ φησι λικεῖν. d
Apud Homerum eſt, κοῦροι δ' ἐπελήκεον ἄλλοι, Odyſſ. θ'.
379. »Cur vero placeat auctori, λικεῖν eſſe κροτεῖν τοῖς
»λιχανοῖς δακτύλοις, *manus alterius indice digito* quem
»λιχανὸν vocant Graeci, *palmam alterius tundere*, neque
»video equidem cauſſam, neque puto ullam eſſe. Nam
»λικεῖν Ionicum eſt pro λακεῖν: hoc autem manifeſte fa-
»ctitium verbum eſt, ut κτυπεῖν, δουπεῖν, ψοφεῖν, σμα-
»ραγεῖν, κελαρύζειν, φλοῖσβος, & alia multa.« Casaub.
— ἐπεκρότουν τοῖς ποσὶν interpretatus eſt Scholiaſtes. Sa-
tis autem notum eſt, *ſonum* fere quemvis *inarticulatum*,
crepitum, *plauſum*, verbo λακεῖν ſive λικεῖν denotari. Athe-
naei interpretationem (ſive quiſquis ſit auctor, e quo
ducta eſt haec pars diſputationis) ex hoc loco repetiit
Euſtath. ad Odyſſ. p. 316, 36.

Δημοδόκου γοῦν ᾄδοντος &c. Vide Odyſſ. θ'. 262 ſq.

καὶ ἐν τῇ Ὁπλοποιΐᾳ δὲ &c. »Subiicit auctor, καὶ ἐν
»τῇ Ὁπλοποιΐᾳ δὲ, παιδὸς κιθαρίζοντος, ἄλλοι ὁμαρτῇ
»μολπῇ τ' ὀρχηθμῷ τε ἔσκαιρον: quae ita vertes: *Et in*
»*Armorum fabricatione, puero citharam pulſante, alii conſer-*
»*tis manibus cum cantu & ſaltatione pedes movebant.* Poëtae
»verba ſunt in Iliad. σ'. [vſ. 569 ſqq.]

»Τοῖσιν δ' ἐν μέσσοισιν πάϊς φόρμιγγι λιγείῃ
»ἱμερόεν κιθαρίζε· λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδε
»λεπταλέῃ φωνῇ· ταὶ δὲ ῥίσσοντες ὁμαρτῇ
»μολπῇ τ' ἰυγμῷ τε (Athenaeus legit ὀρχηθμῷ) πο-
σὶ σκαίροντες ἔποντο.

»Quis neſcit, hanc iſtius rhapſodiae partem peculiari no-
»mine Ὁπλοποιΐαν e re ſolitam appellari? Tamen inter-

d »pretes longe aliter eam vocem accepere, etiam paullo »poſt, [pag. 16. b.] prorſus viris doctis indigno errore. »In prioribus editionibus erat ſcriptum, ἄλλοι δ' ἐν μα»νίᾳ: idque probatum interpretibus. Nos ex ipſo fonte »[nempe ex Homero] ſcripſimus ἄλλοι ὁμαρτῇ:« [in contextu vero editionum Caſauboniarum ἄλλοι δ' ὁμαρτῇ excuſum:] »miramur tamen, aliter in omnibus msstis »haberi. Sed non dubitamus verum eſſe quod iam nobis »venit in mentem: nam Athenaeum ſcripſiſſe cenſemus »ἐν ἁρμονίᾳ: unde illa inſana lectio ἐν μανίᾳ fluxit, »poſteaquam ſemel vocis ἁρμονίᾳ ſyllaba prima fuit de»perdita & intercepta. Solet auctor, cum veterum poë»tarum locos deſcribit, obſcuriores voces interdum omit»tere aut notioribus commutare. Sic igitur pro ὁμαρτῇ, »quam dictionem varie interpretantur veteres magiſtri, »dixit ἐν ἁρμονίᾳ, aut σὺν ἁρμονίᾳ, quo etiam modo ex»plicat τὸ ὁμαρτῇ antiquus poëtae ſcholiaſtes.« CASAUBONUS. — ἄλλοι ἐν μανίᾳ eſt in ed. Ven. & Baſ. (non δ' ἐν μανίᾳ, ut in notula contextui noſtro ſubiecta dictum.) ἄλλοι δ' ὁμαρτῇ, ut paulo ante dixi, eſt in ed. Caſ. Codex noſter *b.* nonniſi ἀλλ' ἐν .... habet, (ſic) ſequentibus quatuor punctis. In *cod. a.* qui multis in locis, ubi vel mutili ſunt alii codices, vel prorſus corrupti, verae ſcripturae veſtigia ſervavit, eſt ἄλλοι ἐναντίοισι: (non δ' ἐναντίοισι:) in quo quid lateat, niſi placet noſtra coniectura ἄλλοι ἐναντίοι ἀλλήλοισι, videant qui feliciori ſunt ingenio. Quod ſi ἐναντίοι dediſſet is codex, haud cunctanter id in contextum recepiſſem, intellexiſſemque ἐναντίοι ἀλλήλοις. At vel ſic quoque, non nimis temere facturus fueram, ſi id ipſum, quod in Notula poſui, ἐναντίοι ἀλλήλοισι, in contextum recepiſſem. Haud dubie enim Athenaeus, ut paſſim alibi, ſic & hic, duo Poëtae loca in unum contraxit; & pro ὁμαρτῇ, quod Iliad. σ'. 571. legitur, illud ἐναντίοι ἀλλήλοισι ex Iliad. λ'. 67. huc tranſtulit. Similiter infra, lib. XIV. 632. e. duos verſus (alterum ex Od. μ'. 423. alterum ex Il. γ'. 375.) in unum contractos videbimus: rurſuſque XIV. 627. e. in unum contracti ſunt Odyſſ. ρ'. 271. & θ'. 99. Caeterum Homericum ὁμαρτῇ antiquus Scholiaſtes ὁμοῦ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ interpretatur, nuſquam vero (quod ſciam) his verbis utitur σὺν ἁρμονίᾳ, quae apud eum reperiſſe Caſaubonum diceres. Pro ἔσκαιρον

mendoſe εὔκαιρον ed. Ven. & Baſ. quod Turnebus, in d Athenaei libro primo ſeparatim a ſe edito, in εὐκαίρουν mutavit, *operam dabant* intelligens. Recte Caſaub. verbum Homericum reſtituit, quod & noſtri tenent codices.

ὁ ὑπορχηματικὸς τρόπος, (perperam ὁ ὑπερσχηματικὸς τρόπος ed. Ven. & Baſ. cuiuſmodi lectionum monſtra ſi non ſemper cuncta in his Animadv. adnotavero, facile condonabunt lectores.) ὃς ἤνθησεν ἐπὶ Ξενοδήμου καὶ Πινδάρου. »*Hyporchematicae poëſeos & ſaltationis auctores duos* »*fuiſſe* ſcribit, *Xenodamum*, & *Pindarum*. De utroque plura in libro De Muſica Plutarchus, atque inter alia haec: »[T. II. Opp. p. 1134. c. edit. Francof.] Ἄλλοι δὲ Ξενόδαμον ὑπορχημάτων ποιητὴν γεγονέναι φασὶ, καὶ οὐ παιάνων, καθάπερ Πρατίνας. καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Ξενοδάμου ἀπομνημονεύεται ᾆσμα, ὅ ἐστι φανερῶς ὑπόρχημα. κέχρηται δὲ τῷ γένει τῆς ποιήσεως ταύτης καὶ Πίνδαρος.« Casaubonus. — Quemnam dixerint veteres τὸν ὑπορχηματικὸν τρόπον mox ipſe explicat auctor, rurſuſque infra XIV, 628. d. e. Cum quibus locis confer Lucian. de Saltat. c. 16. & quae ibi a Viris doctis notata ſunt, T. V. Opp. edit. Bipont. pag. 453. Plura etiam dabit Ilgen, in Diſquiſitione de Scoliorum Poëſi, p. 34 ſq. not. 31. & Schneider ad Pindari Fragm. p. 26-28. Pratinae ὑπόρχημα exhibet Athenaeus noſter lib. XIV. 617. c.-f. Ad verba, quae hic ſequuntur, μίμησις τῶν ὑπὸ τῆς λέξεως ἑρμηνευομένων πραγμάτων, Brunckius in ora ſui libri iſta adnotavit, τῆς ὑπὸ τοῦ λέγοντος ἑρμηνευομένης πραγματείας, neſcio ex alio-ne auctore ducta, an emendationis cauſſa ab ipſo propoſita. Libri quidem ſcripti nil mutant; & percommode ſe habere vulgata ſcriptura mihi viſa erat.

Ξενοφῶν ὁ καλὸς ἐν τῇ Ἀναβάσει, ἐν τῷ παρὰ Σεύθῃ τῷ e Θρᾳκὶ συμποσίῳ. Memoria Athenaeum, cum haec ſcriberet, fefellit. Quae hoc loco *ex Xenophonte* narrat, geſta ſunt apud *Corylam*, *Paphlagoniae praefectum*, expoſita a Xenophonte *initio ſexti libri*. De convivio *apud Seuthen Thracem* differit Xenophon libro ſeptimo Ἀναβάσεως, qui liber recte citatus eſt a Noſtro lib. II. p. 49. b.

ὡς πᾶσι δοκεῖν. Sic recte edd. vett. cum Xen. & msstis. ὡς πᾶσι δοκεῖ ed. Caſ. καὶ πάντες ἀνέκραγον. In cod. *a. inter lineas* adiecta ſunt iſta verba οἱ συνδειπν. Παφλ. Apud Xenoph. habes ἀνέκραγον οἱ Παφλαγόνες. ᾄδων Σιτάλκαν. Non male Dalech. *Sitalcae laudes canens*; ſcil. Thra-

ciae regis. Sed & ipſi cantilenae nomen *Sitalcas* fuiſſe vi-
f detur. Μετὰ τοῦτο, pro vulgato μετὰ τοῦτον, e Xenoph. haud cunctanter reponendum iudicavi. Mox quam τὴν Καρπαίαν dicit *cantilenam*, ea unde nomen habuerit, continuo ipſe exponit. Καρπαίαν penacute ſcripſi, ut apud Xenoph. pro Καρπαῖαν, quod apud Athen. erat editum. Pronomen ὅδε abeſſe utcumque poterat: commode tamen e Xenoph. adiectum eſt in ed. Caſaub.

μάχεται πρὸ τοῦ ζεύγους. Articulum τοῦ, qui aberat
a vulgo, adiiciendum utique ex Xenoph. putavi. καὶ ταῦτα πάντα ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν αὐλὸν ἐποίει. E Xenoph. haec ita correxit editor Baſ. quum in ed. Ven. legeretur καὶ ταῦτα πάντα ῥᾳθύμως πρὸς τὸν ῥυθμὸν ἐποίει: quae ex ingenio erant editoris; nam mssti corrupte ſic habent, καὶ ταῦτα πάντα ῥυθμῷ πρὸς τὸν ῥυθμὸν ἐποίει. Mox dein iidem mssti cum ed. Ven. ἐνωπλίσαντο habent, pro ἐπαιώνισαν, quod e Xenophonte accitum ab editore Baſ. tenui cum Caſaubono.

AD CAP. XXVIII.

Ἀγαμέμνων αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπὴν ἀκούει. Recte
b ἐνοπὴν mssti noſtri. ἐνοπῆς edd. Vide Iliad. κ'. 13. ἐν τῇ Ὁπλοποιΐᾳ. Iliad. σ'. 495.

Ἑσπενδον δὲ ἀπὸ τῶν δείπνων ἀναλύοντες - - Ἑρμῇ. Vide Od. ή. 137. ibique Schol. & (quem ibidem laudavit Clark.) Plutarch. Sympoſ. VII. 9. Athenaei verba adpoſuit Euſtath. ad Odyſſ. γ'. p. 132, 32 ſqq. Ab eo more etiam ipſe extremus potus Ἑρμῆς adpellatus eſt, ut docet Pollux VI. 100.

Διὶ τελείῳ, *Iovi conſummatori*, *Iovi perfectori:* cui ſcilicet nomen a perficiendis hominum votis; ut eſt apud Aeſchyl. in Agamemn. 982.

Ζεῦ, Ζεῦ Τέλειε, τὰς ἐμὰς εὐχὰς τέλει.

Conf. Spanhem. ad Callim. p. 728 ſq.

σπένδουσι δ' αὐτῷ καὶ ἐπὶ ταῖς γλώσσαις, ἐκ τῶν δείπνων ἀπιόντες. » Id eſt, *ſoliti facere libationes ſuper linguis*, » *cum e convivio diſcederent. Linguas* intellige, quas *Mercu-* » *rio* adolebant veteri inſtituto. Docti vertunt ἐπὶ γλώσ- » *σαις, ob linguae commercium:* neque enim meminerant » verſiculi iſtius maximi vatum, (Odyſſ. γ'. 341.)

» Γλώσσας δ' ἐν πυρὶ βάλλον· ἀνιστάμενοι δ' ἐπέλειβον.

»Quid eſt ἐπιλείβειν, niſi σπένδειν ἐπὶ γλώσσαις?« CASAUBONUS. — Quod in edit. Caſaub. 2. & 3. legitur, σπένδουσι δ' αὐτὸ, errore operarum factum: recte ſuperiores editiones δ' αὐτῷ. De re conf. Schol. ad Odyſſ. γ'. 332. & Schol. Apollon. Rhod. I. 517.

λέγει γοῦν ἑδωδὴν παντοίην. Odyſſ. ζ'. 76 ſq. ὄψα οἷα c ἔδουσι διοτρεφ. βασιλ. Odyſſ. γ'. 480.

οἴκων μὲν οὖν λαμπρότατος ὁ Μενελάου. Odyſſ. δ'. 43 ſqq. rurſuſque vſ. 71 ſqq. τοιοῦτον δέ τινα ὑφίσταται – – Πολύβιος Ἰβηρός τινος βασιλέως οἶκον. Cum praecedente τοιοῦτον nullo modo ſtare poterat οἰκίαν, quod hîc quidem agnoſcunt libri (quod ſciam) omnes. Quare aut ſupra τοιαύτην oportebat, aut hîc οἶκον. Poterat vero etiam nullo incommodo prorſus omitti h. l. ſubſtantivum nomen, cum ſatis eſſet quod ſuperius τοιοῦτον ad praecedens οἴκων λαμπρότατος referebatur. Locum hunc retuli in Polybii Hiſtoriarum Reliquiis lib. XXXIV. 9, 14. τὴν τῶν Φαιάκων τρυφήν. Vide Odyſſ. ή. 84 ſqq. & θ'. 248 ſq. unde in proverbium quodammodo abiit *Phaeacum luxus*, ſaepe notatus ab Athenaeo. Conf. Aelian. Var. Hiſt. VII. 2. Perperam pro τρυφὴν eſt τροφὴν in codd. noſtris: quae voces frequenter permutantur a librariis.

Ὅμηρος δὲ τοπογραφῶν καὶ τὴν Καλυψοῦς οἰκίαν. Vide d Odyſſ. ε'. 54 ſqq. Αἰεὶ γὰρ ἡμῖν &c. Od. θ'. 248. conf. Athen. VIII. 336. b. ubi ſicut reliqua huius verſus verba cum verſu ſequenti adiecta ſunt, ſic & hîc eadem videntur ab Athenaeo adſcripta fuiſſe, ac nonniſi ab Epitomatore brevitatis cauſſa praetermiſſa, qui eorum loco iſtam formulam καὶ τὰ ἑξῆς (quemadmodum alibi ſubinde) adpoſuit. Quod vero poſt eadem verba καὶ τὰ ἑξῆς, iſta ſtatim cum in edd. tum in msstis ſequebantur, ἃ ἔπη Ἐρατοσθένης &c. illud quidem παράρραμα feſtinationi veteris alicuius librarii, qui hanc Epitomen deſcripſit, tribuendum puto. Adſcripſerat haud dubie Athenaeus, ſicut lib. IV. p. 192. c. d. (conf. II. 40. d.) integros tres Homeri verſus ex Odyſſ. ι. 5 ſqq. prout illi vulgo apud Poëtam tunc legebantur & hodienum leguntur:

Οὐ γὰρ ἔγωγέ τι φημὶ τέλος χαριέστερον εἶναι,
ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα,
δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζωνται ἀοιδοῦ.

Epitomator vero, brevitati ſtudens, horum verſuum (quemadmodum in iſtis fecerat, de quibus modo dictum)

d non nisi priora quaedam verba adposuit, subiecta rursus eâdem formulâ καὶ τὰ ἑξῆς. Cuius formulae repetitio fraudi fuit festinanti librario, qui a superius posita formula ad inferius positam aberrans, interiecta omnia praetermisit. Quae quum haud dubie fuerit erroris origo, debueram ego citra dubitationis significationem verba praetermissa, certe initium prioris versus adponere, tum vero pro illâ notâ κ. τ. λ. istam formulam καὶ τὰ ἑξῆς adiicere. Quod ad *Emendationem ab Eratosthene propositam* adtinet, qui loco verborum illorum κατὰ δῆμον ἅπαντα, ista posita voluit, κακότητος ἀπούσης: merito illam improbat CASAUBONUS, aitque: »Probo ut editum est in nostris libris hodie,

»ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντας:

»eleganter, & plane Ὁμηρικῶς, pro κατέχῃ δῆμον ἅπαντα.« — Alii quidem, commodius fortasse, ἔχῃ neutraliter accipiunt, *obtineat per universum populum.*

e οἳ μάλα φίλοι εἰσὶ θεοῖσιν, ὥς ἣ Ναυσικάα φησί. Quum ὁ Ναυσικράτης vulgo legeretur, haec adnotavit CASAUBONUS: »*Phaeacas Diis charos fuisse*, ex *Nausi*»*crate* auctor scribit. Poëta iste fuit comicus, non semel »Athenaeo nominatus. Sed cur hac in re aliis testimonio »potius, quam Homerico, utitur? Nam in septimo Ulyxeae gloriatur Alcinous, non solum amicos, sed etiam »*cognatos Diis esse Phaeacas suos*: ἐπεὶ σφισιν ἐγγύθεν εἰμέν, inquit ille.« — Sic quidem Alcinous ait Odyss. ν. 205. at nimium inter se distant nomina Ἀλκίνοος & Ναυσικράτης, quam ut alterum cum altero permutari facile potuerit. *Nausicaa* vero, de Phaeacibus loquens, Odyss. ζ'. 203. ait, μάλα γὰρ φίλοι ἀθανάτοισιν: quem locum haud dubie respexit Athenaeus; quare ἣ Ναυσικάα corrigere non dubitavi. Ac fortasse etiam ipsum vocabulum ἀθανάτοισιν tenuerat Athenaeus, pro eoque Epitomator demum θεοῖσιν substituit. Nam in sequentibus huius operis Libris, ex collatione nostri *codicis a.* (qui nonnisi *Epitomen* continet) cum integro Athenaei opere, satis cognovi, frequenter illum hominem pro verbo aliquo aut vocabulo paulo rariore aut exquisitiore, quo usus erat Athenaeus, aliud vulgatius substituisse. Quem morem illius haud fuerit alienum hac occasione notasse, dum in legenda explicandaque Epitome versamur.

AD CAP. XXIX.

πεσσοῖσι προπάροιθε θυράων ἑτέρπ. Odyss. ά. 107. e οὗ παρὰ τοῦ Μεγαλοπολίτου Διοδώρου ἢ Θεοδώρου. Mireris hunc locum in Animadverss. silentio praeteritum a Casaubono, a quo tamen in contextu alterum e duobus nominibus insigniter mutatum video. Nam Διοδώρου ἢ Θεοξένου habebant ed. Ven. & Bas. & Natalis Comes in versione, qui quidem interpres pluribus codicibus msstis se usum esse gloriatus erat. Θεοδώρου primus Casaubonus edidit, & id quidem consentientibus msstis, ut e nostris duobus intelligo. Caeterum, quis aut cuiâs fuerit ille sive *Diodorus* sive *Theodorus*, equidem non definiam. *Megalopolitanum* certe nullum equidem, nec in Diodororum numero, nec in Theodororum, a Menagio ad Laërtium aut a Fabricio in Bibl. Graec. recensorum, reperi. Ac illud ipsum Μεγαλοπολίτου, quod hîc editum est, sicut quam plurima alia, ingenio utique Veneti Editoris deberi videtur, aut certe e corrupto codice ductum est; quandoquidem meliores nostri duo in μεγάλου Διοδ. consentiunt. *Megaricum* Diodorum (quem eumdem putant philosophum, cui *Crono* cognomen fuit) commemorat Eustathius in eiusdem loci Odysseae interpretatione, de quo hîc agebatur; (ad Odyss. ά. p. 28. l. 45.) sed ita eum commemorat, ut non videatur hunc Diodorum dicere, quem hoc loco Athenaeus nominavit: certe, ubi Megaricum Diodorum Eustathius nominavit, ibi non respexit hunc Athenaei locum. Denique parum utique nobis refert, nosse quis porro aut cuiâs fuerit ille homo, quem nonnisi ut insignem in calculorum ludo artificem nominavit auctor noster: &, ut dicam quod sentio, caussam video nullam, cur non ipsam codicum nostrorum scripturam μεγάλου probemus, intelligamusque festiva quadam ratione *magnum Diodorum* dixisse Athenaeum, qui magnus fuisset in illo ludo artifex.

ὥς φησι Φανίας. Non improbandum per se est Φαινίας, quod edidit Casaub. Sed nil caussae erat, cur ille scripturam Φανίας mutaret, quam consentientibus h. l. msstis dabant ed. Ven. & Bas. In nostro quidem cod. *a.* Φανείας est, sed id Φανίας valet. De hoc nomine supra dictum est ad p. 6. e. de quo diserte Suidas etiam monuit, perinde & Φανίας & Φαινίας scribi.

a εἴ τις βάλοι. εἴ τις βάλλοι adnotavit Brunck, neſcio an e cod. msto. Silent h. l. notulae, noſtri cauſſa e msstis excerptae.

καὶ κληρουμένων τὸν λαχόντα &c. κληρουμένον erat in ed. Ven. Inde κλήρου μὲν τὸν λαχ. de ſuo ingenio fecit editor Baſ. quod tenuit CASAUBONUS, dein vero in *Addendis* ad Animadv. haec adnotavit: » Praeferunt libri »quidam, non καὶ κλήρου μὲν τὸν λαχόντα, ſed καὶ κλη»ρουμένων τὸν λαχόντα. Alii, καὶ κλήρῳ μὲν τὸν λαχόν»τα. Utrumque dicunt Graeci, & κλήρῳ λαχεῖν, & λαγ»χάνειν κληρούμενον.« — Iſtud κλήρῳ μὲν, quod dicit Caſaubonus, non erat puto e msto codice enotatum; ſed erat conieƈtura doƈti cuiuſdam Viri, qui ſic emendandum id cenſuiſſet, quod in edit. Baſ. legebatur. κληρουμένων eſt codicum ſcriptura, quam auƈtori reſtituimus. Eamdem etiam tenuit Euſtathius ad Odyſſ. ά. p. 68, 28. ſed perſpicuitatis cauſſa pronomen ἐκείνων adiecit, percommode ſic ſcribens, καὶ κληρουμένων ἐκείνων, στοχάζεσθαι ταύτης τὸν λαχόντα. Idem Euſtath. continuo deinde, pro τὴν Πενελόπην, τὴν ψῆφον Πενελόπην ſcripſit: & hoc commode faƈtum; nec tamen idcirco Caſaubono obtemperandum duxi, eodem modo apud Athenaeum ſcribere iubenti.

ἀποτίθεσθαι τὴν ἑαυτοῦ. Sic ſcripſi cum cod. *a.* & Euſtathio. τὴν αὐτοῦ ed. Ven. & Baſ. τὴν αὑτοῦ ed. Caſaub. & cod. *b.* Quae omnia perinde haberi poterant.

καὶ πάλιν ἐκεῖ στάντα &c. Ad haec verba Brunckius iſta adnotavit: καὶ ἐκεῖ στάντα, πάλιν τὴν Πενελόπην βάλλειν ἐν ᾧ τοδεύτερον ἐγένετο χωρίῳ· εἰ δὲ τύχοι — Commode utique: ſed ſatis eſſe duxi, ſi, accità ex Euſtathio voculâ ἐκεῖ, reliquam ſcripturam vulgatam, verbis apte diſtinƈtis, tenerem. Et conſentiunt in eam ſcripturam libri omnes, niſi quod pro βαλεῖν τὴν ἑτέραν ſit βαλεῖν τὴν ἑαυτοῦ in cod. *a.* quod non probo, quamquam & in aliis quibuſdam libris id reperiri ait Caſaubonus. Modo enim dicebatur, *ipsius calculum* (τὴν ἑαυτοῦ) *eo loco fuiſſe depoſitum, unde extruſa fuiſſet Penelope:* niſi forte iunƈtam hîc oportebat utramque ſcripturam, βαλεῖν τὴν ἑαυτοῦ ἑτέραν. Quod pro τὴν ἑτέραν ſuſpicatus eram τῇ ἑτέρᾳ (ſcil. ψήφῳ) oportuiſſe; in eamdem cogitationem olim incidiſſe Turnebum, atque etiam ſic edidiſſe, docuit idem Caſaubonus. Cogitaveram

olim, ſi τὴν ἑτέραν (ſcil. ψῆφον) eſſet vera ſcriptura, a oportuiſſe paulo ante εἰς τὴν Πενελόπην: quoniam non videbatur verbum βάλλω cum duplici accuſativo conſtrui poſſe. At fortaſſe nihilo minus recte ſe habet utraque ſcriptura, ad τὴν vero non ψῆφον intelligendum, ſed βολήν: ut τὴν ἑτέραν (ſcil. βολὴν) idem valeat ac ἑτέρᾳ βολῇ, *repetito iactu, iterum.* Et eodem modo fortaſſe accipiendum erat illud μίαν ἔβαλες apud Epictet. Diſſ. II. 5, 17. ut, qui iſtud clamat, hoc dicat, *iam tu unum iactum iecisti; iam ſemel iecisti! nunc alterius ſunt vices!* Ipſa iſta duo verba, τὴν ἑτέραν, in hoc loco tractando praetermiſit Euſtathius.

εἰ δὲ τύχοι. εἰ δὲ τύχῃ ſcripſere noſtri librarii, vocales η & οι pro ſuo more confundentes. πλείστας εἰληφέναι τοιαύτας νίκας ταύτῃ τῇ παιδιᾷ. Sic Euſtath. l. c. (Odyſſ. α'. p. 68, 32.) Duae voces quum in Athenaei libris deeſſent, alteram νίκας ex Euſtathio recipiendam monuerat Caſaub. Et contenti ea eſſe poteramus: ac fortaſſe commodius in finem reiecta ea vox fuiſſet, quod Brunckio placuit, πλείστας εἰληφ. ταύτῃ τῇ παιδιᾷ νίκας.

εὔελπιν εἶναι τῷ γάμῳ. »Durum eſt hoc, pro *magna in »ſpe eſſe ducturum ſe Penelopen.*« CASAUB. — Nil vero mutant libri: & eadem verba ex hoc loco repetiit Euſtathius; adiiciens quidem, velut illuſtrationis cauſſa, ἐπίδοξον ὄντα λαβεῖν τὴν βασιλείαν. (ubi forſ. τὴν βασίλειαν, *reginam*, ſcriptum oportebat.) Monuit vero Abreſch, in Animadv. ad Aeſchyl. p. 33. non debuiſſe ſtructuram illam adiectivi εὔελπις offendere Caſaubonum; eamdem ſcilicet, quam habet verbum ἐλπίζω in illo Thucyd. III. 97. τῇ τύχῃ ἐλπίσας. & id genus aliis dictionibus.

τὰς χεῖρας οἱ μνηστῆρες ἔχουσιν ἀπαλάς. Odyſſ. φ'. 150 ſq.

Οὗ καὶ κινυμένοιο &c. Iliad. ξ'. 173 ſq. ubi Τοῦ καὶ &c. Sicut vero pro Ionico Τοῦ, commune οὗ poſuit Athenaeus, ſic & alia (in codd. quidem noſtris) in vulgarem ſermonem translata ſunt. Habent enim ambo οὗ κινουμένου, & dein δῶμα, non δῶ: quorum in locum poëticas formas ſubſtituit editor Venetus, quas tenuere poſteriores editores.

Ἀρήτη Ὀδυσσεῖ ὑποστρωννύειν κελεύει. Odyſſ. η'. 335 ſqq. ὑποστρωμνῦναι (ſic) erat editum. ὑποστρωννύειν de-

dere noſtri codices. καὶ Νέστωρ αὐχεῖ &c. Odyſſ. γ'. 346 ſqq. Mox pro εὐπορεῖν, eſt ἀπορεῖν in cod. *a.* frequenti confuſione literae α cum ſcripturae nexu quo exprimitur diphthongus ευ.

AD CAP. XXX.

d Καὶ Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀχαιῶν Συνδείπνῳ. »Aeſchyli & »Sophoclis deſcripti verſus hoc loco ea ſunt inter ſe ſi»militudine, ut alterum alterius inſtitiſſe veſtigiis, natu »minorem videlicet grandioris, negari non poſſit: quod »mirum ei non videbitur, qui apud Clementem & Euſe»bium τὰ περὶ κλοπῆς [*de furtis*] veterum Graeciae ſcri»ptorum legerit. « Casaub. — Vide Clement. Alex. Stromatum lib. VI. pag. 447 ſqq. ed. Leuncl. & Euſeb. Praepar. Evang. lib. X. cap. 2. Quibus adde quae de eodem genere congeſſit Taylor in Lectionib. Lyſiacis, pag. 227 ſqq. ed. Reiskii Oratorum Graecor. Vol. VI. Similium plagiorum exempla, magis minuſve manifeſtorum, habes apud Athenaeum noſtrum, lib. I. p. 25 extr. & ſeq. III. 84. b. c. VI. 262. c. d. X. 454. b-f. XIII. 560. a. & 562. e. Sophoclis *drama*, quod hic citatur, *Satyricum* fuiſſe, ex hoc ipſo loco intelligi monuit Valckenaer ad Theocr. p. 358. De eodem vide Fragmenta Sophoclis a Brunckio collecta, Vol. II. p. 10 ſq. Cum Aeſchyli, tum Sophoclis verſus, ex hoc loco repetiit Euſtath. ad Odyſſ. ρ'. p. 642. lin. 40 ſqq.

Verſ. 1. Ἀλλ' ἀμφὶ θυμῷ. »Valet ἀμφ' ἐμοὶ, ut ex »comparatione verſus Aeſchylei conſtat. Mihi videbatur »σκληρὰ φράσις, & genio Sophoclis οὐ πρέπουσα: ſed »non aliter ſcriptum inveni apud Euſtath. Odyſſ. ρ'. « Casaub. — »Ἀμφὶ θυμῷ valet *prae ira*, quod Caſau»bonum fugiſſe miror. Vide quae notavi ad Apollon. »Argonaut. II. 96. « Brunck. — Nempe ſimiliter Apollonius aliique ἀμφ' ὀδύνῃ, *prae dolore*, dixerunt. Parique ratione (ut eſt ab Henr. Stephan. in Theſ. adnotatum) ἀμφὶ φόβῳ Euripides pro διὰ τὸν φόβον dixit. *Verſ.* 3. οὐ μύρου πνέον. Perperam πλέαν ſcribitur apud Euſtath.

Εὔπολις δὲ τὸν πρῶτον εἰσηγησάμενον τὸ τῆς ἀμίδος ὄνομα ἐπιπλήττει. *Eupolis vero eum qui primus matulae nomen invexit, perſtringit.* »Non de *vocabulo*, ſed de *re* ſenſit »Eupolis: hoc eſt, de eo qui primus inter pocula *ma-*

» *tulam popoſcit.* Ita interpretor in eius *Verſu* [5.] τίς e
» εἶπεν ἀμίδα πάμπρωτος; Sic erit illud verum, [*verſ.* 4.]
» πολλήν γε λακκοπρωκτίαν ἐπίσταιθ' ἡμῖν εὑρών. ubi
» perperam editum [atque etiam in codd. noſtris ſcri-
» ptum] ἐπίσταθ' ἥμ. pro ἐπίσταιτο. *Sciat*, inquit,
» *ille qui primus morem* τοῦ ἐπιπίνειν (hoc eſt, *poſcendi maio-*
» *ribus poculis finita coena*) *& in triclinio matulas inferendi*
» *exemplum dedit, ſe inveniſſe & eis* τὸν βίον *invexiſſe ma-*
» *gnam obſcoenitatem & turpitudinem.* λακκοπρωκτίαν, facta
» ad *Laconum* nomen alluſione, dixit pro εὐρυπρωκτίαν:
» quod notum quid ſit, & quibus competat proprie; hic
» non aliud, quam quod diximus, [nempe *obſcoenitatem &*
» *turpitudinem,*] ſignificat. Ut redeam unde ſum digreſſus,
» hoc ita verum, ſi Eupolidis reprehenſionem ſic accipia-
» mus, ut ante diximus. At illi, qui *nomen* tantum ἀμί-
» δος invenit primus, quae poteſt iure exprobrari εὐρυ-
» πρωκτία? Igitur in ſuperioribus Athenaei verbis τὸ τῆς
» ἀμίδος ὄνομα more Atticorum poſitum pro τὴν ἀμίδα:
» ſicut τὸ Θηβαίων ὄνομα apud Aeſchinem, pro *Thebani;*
» *Romanum nomen* apud Livium, pro *Romani;* & his ſimi-
» lia. « CASAUBONUS. — De *matularum uſu in conviviis,*
(quod Sybaritarum inventum fuiſſe perhibetur apud Athen.
XIII. p. 519. e.) differuit Gataker, Adverſar. Miſcellan. lib.
II. c. 5. T. I. Opp. pag. 293. citatus a Brunckio ad Fragm.
Sophocl. p. 10. num. 2. Pro iſtis verbis, Εὔπολις δὲ τὸν
πρῶτον εἰσηγησάμενον, perperam in ed. Ven. & Baſ. legeba-
tur Εὔπολις δὲ πρῶτος εἰσηγησάμενος: quae tacite correxit Caſaubonus, ſuos puto codices ſecutus, quibus adſentiuntur noſtri. EUPOLIDIS *verſus* primus & tres poſteriores ſunt manifeſte Iambici tetrametri catalectici: quare conſentaneum eſt, ſecundum & tertium eiuſdem fuiſſe generis, ſed decurtatos & corruptos; quos ego nec complere, nec in ordinem cogere tentabo. Illud unum, etſi vereor ne toto coelo me aberraſſe deprehenſuri ſint doctiores, dicam tamen, mihi hos verſus viſos ex Ariſtophanis Equit. 877 ſqq. (ed. Brunck.) neſcio quo modo adumbratos eſſe, aut certe ad illum Comici locum reſpectum aliquem habere: quo facilius etiam ſuſpicatus ſum, pro vulgato πολλὰς *vſ.* 2. πολλοὺς oportuiſſe. Vocabulum etiam λακκοπρωκτία Ariſtophanicum eſt, ex Nub. 1330. effictum: in quo poteſt quidem (ut Caſaubono placuit) adluſio ineſſe ad *Laconum* nomen; ſed proprie a

e λάκκος, *fossa, fovea, puteus*, deductum vocabulum adparet. Verbum λακωνίζειν (*vers.* 1.) in vicinia verbi ταγηνίζειν, quod proprie de *frigendis in sartagine piscibus* usurpatur, videri poterat de *coena Laconica*, id est, *parca & tenui* (conf. II. 67. d.) accipiendum: sed, quae dein sequuntur, docent eo sensu hic dictum esse id verbum, de quo Suidas (pariter ex Aristophane) monuit, cum παιδικοῖς χρῆσθαι interpretatus est. Ad *vers.* 6. consuli possunt Erasmi Adag. in *Palamedeum inventum*; tum Aristoph. Ran. 1499. (ed. Küst.) & ibi Schol. Athen. XIV. 614. c. & Bergler ad Alciphr. p. 283 sq.

Οἱ παρ' Ὁμήρῳ δὲ ἀριστεῖς. Commode Brunck in ora sui libri: Παρ' Ὁμήρῳ δὲ οἱ ἀριστεῖς. Sed quum nihil (quod sciam) mutent scripti libri, tenendum fuit vulgatum. De re vide Iliad. β'. 402 sqq. & 430 sqq. rursusque Iliad. ν'. 313 sqq.

εἰ δ' ἐν Ὀδυσσείᾳ φιλονεικοῦσιν &c. Vide Odyss. θ'. 75 sqq. ibique Scholia min. & Eustath. p. 294. Duae voces εἰ δ', cum deessent vetustis editionibus, tacite adiecit Casaub. cui suffragantur nostri mssti & Eustathius. εἰ λόγῳ ἢ μάχῃ. εἰ particula deerat h. l. & editis & nostris codicibus. Sed recte dedit eam Eustathius pag. 294. l. 36. qui etiam vocabulum λόγῳ tuetur, pro quo suspicari potuisses δόλῳ oportuisse. λόχῳ maluerat Gallicus interpres.

f πόδα βόειον ἐπὶ τὸν Ὀδ. ῥιπτούμενον. Verbi formam dedere nostri libri; quam eamdem passim cum apud Athenaeum, tum apud alios auctores, temere mutatam ab editoribus observavi. Sic h. l. ῥιπτόμενον ediderant. De *bubulo pede* habes Odyss. υ'. 299.

AD CAP. XXXI.

Ἐστιῶν οὖν ποτε ἡγεμόνας εἰς ἑξακισχιλίους, ἐκάθισεν &c. Pro his, in editionibus omnibus sic legebatur, τετρακοσίους οὖν ποτὲ ἡγεμόνας ἑστιῶν ἐκάθισεν &c. id est: *Quadrigentos duces cum aliquando exciperet convivio, super argenteis sedilibus sedere eos fecit.* Ubi Casaubonus: »Eustathius [inquit] numerum hic positum mire amplificat: Λέγεται ὡς καὶ Ἀλέξανδρός ποτε εἰς ἑξακισχιλίους »ἡγεμόνας ἐκάθισεν ἐπὶ δίφρων ἀργυρῶν. Pro *quadringentis*, »ait *sex millia*. Invenimus etiam nos in quibusdam mssts »loco vocis ἑστιῶν, sic, εἰς ς ζ, hoc est, *sexies mille*

»& *ſeptem.* Demiror unde haec tanta librorum diverſitas: f
»nam mutatione magna opus, ut duae iſtae lectiones
»concilientur.« — Ego vero miror, unde *quadringentos* ſuos arripuerit primus Editor, niſi ſuo prorſus ex ingenio. Nam in noſtro quidem cod. *b.* qui cum eo, quo ille uſus erat, plurimam adfinitatem habet, prorſus *omiſſus* eſt *numerus*, cuius notam quippe librarius in exemplari, quod ante oculos habebat, diſcernere non valuerat. Sic igitur ille: ἑστιῶν οὖν ποτε ἡγεμόνας ἑ . . . . ἐκάθισεν. In altero vero cod. *a.* qui tot locis, ubi in mendo iacent vulgati libri, veterem veramque ſcripturam ſervavit, ſic ſcribitur: ἑστιῶν οὖν ποτε ἡγεμόνας εἰς ϛ ἐκάθισεν. quod id

ipſum valet quod Euſtathius (teſte Caſaubono; nam ipſum Euſtathii locum, ubi iſta legerat Caſaubonus, reperire adhuc mihi non contigit) omnibus elementis expreſſit, εἰς ἑξακισχιλίους. E quo ſimul illud intellexi, quod Caſaubonus ait, in quibuſdam msstis loco vocis ἑστιῶν ſic ſcribi εἰς ϛζ, id parum adcurate dictum eſſe. Codices illos

msstos, quos Caſaubonus dicit, ipſe non inſpexerat, aut parum quidem diligenter inſpexerat. In msstis iſtis illud εἰς ϛ non loco vocis ἑστιῶν poſitum erat, ſed ſuo loco;

verbum autem ἑστιῶν paulo ante eo loco ſtabat, quo editor Venetus ſuam vocem τετρακοσίους poſuit. Porro quod in eiſdem msstis poſt figuram ϛ Caſaubonus ait po-

ſitam eſſe literam ζ, quam ille *ſeptem* interpretatur; id quoque perperam acceptum eſt. Erat illa figura, non litera ζ, ſed nexus ille ſcripturae ſatis alioqui notus, quo indicatur ſyllaba ους, ſuperne a dextro latere ad figuram ϛ adpoſitus; qui nexus etiam noſtro in cod. *a.* eo-

dem modo adpoſitus conſpicitur, quo ſcilicet terminatio ipſius vocis ἑξακισχιλίους indicatur.

καὶ ταῦτα ἑαυτοῖς σκευάζοντας. Sic noſtri mssti. αὐ- a
τοῖς edd.

Ὀδυσσεὺς γοῦν, δαιτρεῦσαί τε &c. Vide Odyſſ. ὁ. b
320 ſqq.

Καὶ ἐν Λιταῖς δὲ Πάτροκλος οἰνοχοεῖ, καὶ Ἀχιλλεὺς πάντα εὐτρεπίζει. Od. ι. 201 ſqq. Nam brevis inſcriptio

b libri *i.* id est, *libri Noni Iliadis*, est Λιταί: *Supplicatio*, *Preces*. Poterat autem fortasse teneri vulgata scriptura, verbum οἰνοχοεῖ nescius, & verbum singulare εὐτρεπίζει ad utrumque, *Patroclum* & *Achillem*, referens. Quoniam vero aliae sunt *Achillis* partes, *qui cibos parat*; aliae *Patrocli, vinum fundentis*; πάντα εὐτρεπίζει ad unum Achillem retuli, ad Πάτροκλος vero verbum οἰνοχοεῖ supplevi. Ubi si cui videbitur, praepropere a me temereque illud verbum in contextum esse repositum, non negabo culpam; praesertim cum eumdem Patroclum non modo *vinum fundentem*, verum etiam paulo post (ibidem vs. 216.) *panem* videam *distribuentem*. Itaque si modo pro Patroclo peculiari verbo opus erat, magis generale illud esse debuerit, &, loco οἰνοχοεῖ, aptius fuerit διακονεῖ, *ministrat*, aut aliquod simile verbum.

ὁ νυμφίος Μεγαπένθης οἰνοχοεῖ. Odyss. ό. 141. Confer autem Athen. IV. 180. c.

AD CAP. XXXII.

c In ANTIPHANIS *vers.* 2. perinde esse videtur, ἀποκναίσειεν legas, an ἀποκνίσειεν: utrumque fert metri ratio, & idem fere valent κνάω, κναίω, κνίζω, *rado*, *scalpo*, *vello*, *pungo*: certe perpetuo ista confunduntur a librariis. Praestabit tamen fortasse ἀποκνίσειεν, nempe τὸ δέρμα, (quod e vers. sq. hic intelligendum) *avellat cutem*. Sic quidem ἀποκνίσας τὰ κράνια, VII. 293. d. *avulsis capitibus*. *Vers.* 4. Οὕτω στερεόν τι πρᾶγμα. Voculam τι, quam ignorabant edd. & mssti, adiici Casaubonus iusserat, fulciendo versui necessariam.

d αἱ τῶν περὶ τὰ πέμματα δημιουργίαι. Si abesset articulus τῶν, nemo eum desideraret. At agnoscunt eumdem, quod quidem sciam, libri omnes. Intellige igitur τῶν περὶ τὰ πέμματα γινομένων, *qui circa bellaria versantur*, *qui iis parandis occupantur*. δημιουργίαι sunt *artificia*. Sic ex eodem fere genere hominum commemoratur τραπεζοποιὸς δημιουργὸς, IV. 170. e. *artifex struendae mensae peritus*.

Θεόφραστος δ' οὕτω φησὶ τινὰς ὀχευτικὰς δυνάμεις εἶναι. »Hoc est: *eam esse cuiusdam* herbae *facultatem vires* »*in Venerem sufficiendi, ut septuageno coitu duret libido.* δυνάμεις vertit Dalechampius *medicamenta*. Sed Veneream

» herbam, de qua sentiebat Theophrastus, quis vocet *me-* d
» *dicamentum?* quamquam φάρμακον recte dixeris. Ita enim
» Graeci nominant, Galeno auctore, πᾶν ὅ τι πέρ ἂν ᾖ
» ἀλλοιωτικὸν τῆς φύσεως. Vocis latinae alia notio atque
» ratio. Sic dixit Chrysippus libro V. de Honesto & Vo-
» luptate, [apud Athen. VIII. 335. e.] δυνάμεις βρωτικὰς
» καὶ συνουστιακάς. Proprie δύναμις est *facultas alicui rei*
» *indita:* in his & similibus locis *res ipsae* vocantur δυνά-
» μεις. Scribit vero Theophrastus, *eam herbam*, cuius ne-
» que nomen neque speciem posuit, *ab Indo quodam fuisse*
» *in Graeciam allatam.* In libris Indicarum navigationum
» aliquot herbarum simili virtute praeditarum historiam
» reperias: cuiusmodi sunt amsiam, agnacat, tambor, si-
» ve betel, aliae. « CASAUBONUS. — Ego vero non du-
bitavi, *medicamenti* nomen, cum Dalechampio, eodem
medio significatu quem habet graecum φάρμακον, adhibe-
re. Sic enim probatos uti auctores, vulgata etiam hodie
Lexica docent: e quorum auctorum numero unum Pli-
nium nominare liceat, qui lib. XXVII. cap. XI. sect. 76.
sic scripsit: *Sagittas in venatu tingunt medicamento, quod ve-*
nenum cervarium vocant. Theophrasti locus exstat in Hist.
Plantar. IX. 20. conf. Plin. XXVI. 10, 63. In nostro cod.
a. perperam deest vox δυνάμεις, quam recte tenet cod. *b.*
cum editis. Vocabulum δύναμις eodem, quo hic, signi-
ficatu positum habes in CEBETIS *Tabula*, cap. 5. 14. &
19. nostrae edit. ubi pariter *medicamentum* verti latine po-
terat: intelligitur vero ibi non *simplex* per se *herba*, sed
potio medicata. Et hoc loco, cum in mentionem illius li-
belli, qui vere aureolus mihi semper visus est, inciderim,
liceat errorem notare, qui in eo ad fidem codicum mssto-
rum nuper recognoscendo expoliendoque imprudenti mihi
exciderat; quem errorem quum iam pridem commodiore
loco temporeque corrigere constituissem, mox oblatam
occasionem, instituti oblitus, temere praetermiseram. Sci-
licet cap. 27. ubi pro corrupta vulgo scriptura, οἱ δὲ
ἀστεφάνωτοι, οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι, lectionem unice ve-
ram, οἱ δὲ, ἀστεφάνωτοι, λύπης καὶ ταραχῆς, e Mediceo
codice in contextum recepi, nihil ibi opus erat vocabulo
μεστοὶ mea de coniectura adiecto; quandoquidem genitivi
λύπης & ταραχῆς, simul cum praecedenti εὐφροσύνης
τινὸς haud obscure a verbis ἔμφασιν ποιοῦντες pendebant.
Φύλαρχος δὲ Σανδρόκοττόν φησι &c. » *Sandrocottus* is

d » eſt, de quo Strabo, [lib. XV. p. 702. c. & 724. b. ed. » Caſ.] & nos olim ad illum: nam alii *Androcottum* indi- » getant: *Sandropyćton* Dalecamp. neſcio unde: nam aliter » hoc nomen corruptum in prioribus editionibus, quarum » mendum Natalis recte correxerat. « CASAUB. — Σαν- δρόκυπτον ed. Ven. & Baſ. Σανδρόκυττον noſtri mssti. Conf. Appiani Syriac. cap. 56. & quos ibi citavimus au- ctores.

e ἀποστελεῖν τινας δυνάμεις στυτικὰς τοιαύτας. » Scri- » bo στυτικάς: non, ut hodie legitur in omnibus, στυ- » πτικάς. Quo enim iſta *adſtringentia?* An, quia τονω- » τικὰ ſunt quae adſtringendi vim habent, ideo exiſtiman- » dum ad Venerem proniores iis homines fieri? nugae » nugaciſſimae. Nam dubium non eſt, ſcripſiſſe Athenaeum » δυνάμεις στυτικὰς, hoc eſt, *herbas natas aptas ad muti- » num arrigendum;* id eſt enim στύειν: unde στύματα μι- » σεῖν, I. 5. d. & ἄστυτος οἶκος alibi in his libris. [II. 63. » f.] « CASAUB. — In mendoſum στυπτικὰς conſentiunt noſtri mssti cum editis; in quo corrigendo utique obtem- perare viro docto debui. Conf. Bochart. Hieroz. P. II. lib. I. cap. 18.

οἷς μὲν ὁρμὰς ἐμποιεῖν ὀρνίθων δίκην, οὓς δὲ καταπαύειν. » *In aliis appetentiam Veneris excitaſſe qualis eſt in gallis gal-* » *linaceis: in aliis Venerem inhibuiſſe.* Ἐνεργειῶν contraria- » rum cauſſam, in utendi modo puto fuiſſe poſitam. Nam » & vinum, modice ſumtum, animum exhilarat, omneſ- » que vires corporis reficit: immodice potum, amentiam » inducit, & corporis robur exhaurit. ὀρνίθων δίκην Dale- » campius vertit, *paſſerculorum more.* Velim ſcire, quis » omnium Graecorum ὄρνεις appellarit ἁπλῶς quos vellet » *paſſeres* intelligi. At, de *genere gallinaceo* eam vocem pe- » culiari notione uſurpari, omnes ſciunt. Sed ſalacitatem » paſſerum reſpiciens vir eruditus ita vertendum cenſuit: » ceu vero non & gallinaceorum gallorum par eſſet ſalaci- » tas: cuius rei teſtis quotidiana experientia, & Ariſtote- » les etiam, qui in primo hiſtoriarum ἀφροδισιαστικὰ κατ' » ἐξοχὴν animalia appellat τὸ τῶν περδίκων καὶ ἀλεκτρυό- » νων γένος. « CASAUBONUS.

ἢ περὶ τὰς — ὑποδέσεις ἐπήκμασε πολυτέλεια. Eamdem in calceamentis ſumtuoſitatem, haud multo ante Athenaei aetatem, notaverat Epictetus in Enchirid. cap. 39.

AD CAP. XXXIII.

Ὅμηρος δὲ &c. » *Unguentis illitum Parin* ab Homero in- e
» duci probat auctor allato eius versu ex Iliadis ῥαψ. γ'.
» [392.] Sic enim poëta de Alexandro:

» Κεῖνος ὅγ' ἐν Σαλάμῳ καὶ Σινωπίσι λέχεσσι,
» κάλλεϊ τε στίλβων καὶ εἵμασιν. —

» Athenaeus κάλλος hic putat *unguentum* significare: &
» alium affert locum poëtae, [Odyss. σ'. 191.] ubi dici-
» tur de Venere, κάλλει τὰ πρόσωπα καθαίρει, h. e. *un-*
» *guento faciem nitere facit*: sic veteres critici expositore
» apud Homerum; non *faciem purgat* simpliciter, ut so-
» nant verba. Hesychius Κάλλει· τῷ μύρῳ τῷ τῆς Ἀφρο-
» δίτης. Adi Eustathium. [ad Odyss. σ'. p. 664.] « Casaub.

Ἀλλ' οὐδὲ στεφανουμένους εἰσάγει &c. » *Coronarum* poë-
» ta nusquam fecit ullam mentionem: neque in ullo eius
» versu utriusque poëmatis στέφανος, pro *corona*, aut
» στεφανοῦν, in propria significatione legitur. An igitur
» poëtae omniscio *coronarum usus* fuit incognitus? Mini-
» me; inquit Athenaeus. τῷ γὰρ ἐκ τῆς μεταφορᾶς ὁμοιώ- f
» ματι σημαίνεται, ὅτι ᾔδει τὸν στέφανον: id est, *similitu-*
» *do rerum, de quibus metaphorice usurpat Homerus* τὸ στέ-
» φανος & στεφανοῦν, *arguit, non ignorasse illum quid sit*
» *corona*, quod proprie significat dictio στέφανος. Probum
» & validum argumentum: nam propria cuiusque vocis
» significatio naturâ prior est, quam translatitia. *Aries*
» enim & *corvus* in usu & notitia hominum ante versata
» sunt pro dominantibus verbis, & certorum animalium
» appellationibus, quam in suos usus ea mechanici accom-
» modarunt. Eadem ratio caeterorum. « Casaubonus.

Proximus *Homeri versus* est ex Odyss. κ'. 195. ubi Νῆσος ἣν scripsi cum nostris codicibus. Νῆσον & τὴν legitur apud Poëtam; unde Athenaei editores Νῆσον ἣν dederant: qui, sicut ἣν ex Athenaei libris tenuere, sic & Νῆσος tenere poterant; quia nihil impediebat, quo minus credibile esset sic scripsisse Athenaeum. Tenuere quidem omnes (*in fine versus*) ἑστεφάνωτο, quod dabant Athenaei libri, quum ἑστεφάνωται scriptum esset apud Homerum. *Alter versus* est ex Iliad. ν'. 736. ubi verba σε πέρι, quae vulgo hic deerant, ex Poëta adieci, quia ad rem, cuius causa citatur iste versus, (scilicet, ad declarandum usum & notionem vocabuli στέφανος) pertinere videbantur:

f uncis tamen incluſi, quibus indicarem, non legi ea in Athenaei libris, ac fortaſſe ab ipſo etiam auctore fuiſſe praetermiſſa. Prorſus corrupte vero πολέμοις habent noſtri codd. pro πολέμοιο.

ὅτι ἐν μὲν Ὀδυσσείᾳ ἀπονιζομένους τὰς χεῖρας ποιεῖ. Sic rectiſſime ambo noſtri codices; de qua ſcriptura Caſaubonum mireris nihil omnino ſuis e libris monuiſſe, corruptamque ſuperiorum editionum tenuiſſe ſcripturam, ὅταν Ὀδυσσέα ἀπονιζόμενον τὰς χεῖρας ποιῇ. Locum hunc Athenaei ob oculos habuit Euſtath. ad Odyſſ. ά. p. 34.
a lin. 28 ſqq. διὰ λουτρῶν καὶ κατανιμμάτων. λουτροῖς καὶ κατανίσμασι ſcribit Euſtath. l. c. Utramque nominis formam analogia tuetur: κατάνισμα, a verbo κατανίζω: κατάνιμμα, a κατανίπτω. Sic idem Euſtath. pag. 33, 45 ſqq. plus ſemel ἀπόνιμμα habet.

Ἡρόδοτος δὲ &c. Herodot. lib. I. cap. 94. Quod autem ait Athenaeus, *non recte ab Herodoto Lydos regnante Atye primos ludorum inventores dictos eſſe, quandoquidem Atye vetuſtiora fuerint heroica tempora, ab Homero deſcripta;* non Herodotum erraſſe, ſed Athenaeum, docuit FRERET in *Recherches ſur la Chronologie des Rois de Lydie*, in *Mémoires de l'Acad. des Inſcript.* T. V. p. 23. *Atys* enim, ex Herodoti rationibus, quibus ſuffragatur etiam Dionyſius Halicarnaſſeus, antiquior fuit bello Troiano: nam poſteris Atyis regnum eripuerunt Heraclidae.

Κλῦθ', ἀλαλὰ, &c. Verba iſta, tamquam proverbium vulgo iactatum protulit etiam Euſtath. ad Iliad. ξ'. p. 990, 2. & Plutarch. de Fraterno Amore, T. II. Opp. p. 483. d. edit. Francf. Penacute ἀλάλα editum erat apud Athen. & apud Plut. Rectius putavi ἀλαλὰ, acute, ut apud Euſtathium; quod latet etiam in corrupta codicum noſtrorum ſcriptura κλῦσθ' ἀλλὰ πολ. Pari ratione ἀλαλαὶ & ἀλαλὰν acute ſcribitur apud Ariſtoph. Pro ἐγχέων, corrupte εὐχέων eſt in ed. Ven. & Baſ. Veram ſcripturam cum ed. Caſaub. & cum Euſtathio tenent noſtri libri.

AD CAP. XXXIV.

τὸν Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως συσφαιριστήν. Sic Suidas duobus in locis, in Σφαῖρα, & in Χορείαν. Nude τὸν Ἀλεξάνδρου σφαιριστὴν edd. & mssti noſtri: & ſic iam olim in ſuo Epitomes exemplo repererat Euſta-

thius, unde is Ἀλέξανδρον τὸν Καρύστιον σφαιριστὴν ex- a
ſculpſit, in Comment. ad Odyſſ. θ'. p. 315. lin. 45. Rurſus vero etiam tertio loco Suidas verba τοῦ βασιλέως adiecit, in Ὄρχησις; ſed ibi quidem ſimplex vocab. σφαιριστ. habet. Mox ἀνδριάντα ἀνέστησαν correxi, pro vulgato ἀνέστασαν: haec enim verbi forma, quod quidem ſciam, nonniſi neutralem habet ſignificationem. Activa notione, ἀνέστησαν oportebat; in quod omnes libri paulo poſt (p. 19. c.) conſentiunt. Et Euſtathius, hunc ipſum Athenaei locum reſpiciens, ἀναστήσαντες habet.

Ἱστιαιεῖς οὖν καὶ Ὠρεῖται. » Quando ſcribit Athenaeus b
» Ἱστιαιεῖς οὖν καὶ Ὠρεῖται, perinde loquitur ut ſi quis
» dicat, *Epidamnii & Dyrrachini*, aut *Byzantii & Conſtan-*
» *tinopolitani*. Quod dicendi genus cum inſolens ſit, ſcri-
» bebam, Ἱστιαιεῖς οὖν οἱ καὶ Ὠρεῖται. Sed editam γραφὴν
» etiam Euſtathius [ad Odyſſ. θ'. p. 316, 1.] agnoſcit:
» ſicut paullo ante, οὐχ ὡς ὕστερον, editi ſcriptique codi-
» ces & Euſtath. pro οὐχ ὡς οἱ ὕστ. ut legitur in comici
» ſcholiis, ubi deſcribitur ille locus. « [Vide quae ad hanc
Caſauboni obſervationem continuo deinde notabimus.]
» *Hiſtiaea*, vetus Euboeae oppidum, recentiori nomine
» dictum *Oreum*. Strabo, [X. 445. d.] Ὠρεῖται μετωνομά-
» σθησαν ὕστερον οἱ Ἱστιαιεῖς. In Stephani Gentilibus, vo-
» ce Ἱστίαια, ſcribe, νῦν δὲ καλεῖται Ὠρεός: non, ut eſt
» perperam editum, Ὡρωπός. Apud Euſtathium, haec
» Athenaei verba recitantem, Ἑστιαιεῖς ſcriptum, non
» Ἱστιαιεῖς. Utroque modo ſcribi ſolitum id nomen, do-
» cet idem ſecundo ad Iliadem Commentario. [p. 212,
» 10 ſqq.] De ea re ſic ſcribe Stephani verba, male vul-
» go concepta: Ἱστιαιώτης, ὁ τῆς Θετταλικῆς· ἡ δὲ τῆς
» Εὐβοίας διάφορος κατὰ τὴν γραφὴν, καὶ διὰ τοῦ ι, καὶ
» διὰ τοῦ ε ψιλοῦ. « Casaubonus. — Qua ratione ſic, diviſis ſimul, ſimulque iunctis nominibus, Ἱστιαιεῖς καὶ Ὠρεῖται dici potuerint, oſtendit id quod Euſtath. docet ad Iliad. β'. 212, 20. ubi, poſtquam dixerat, Strabonem tradere, *Hiſtiaeam poſterioribus temporibus Oreum, & Hiſtiaenſes Oritas fuiſſe nominatos*, ſic pergit: οἱ δὲ οὐ τοὺς αὐτοὺς ἐξ ἀρχῆς φασιν εἶναι, ἀλλὰ ἰδίᾳ ὄντας τοὺς Ὠρείτας, συνοικῆσαι τοῖς Ἱστιαιεῦσι· καὶ γενηθεῖσαν μίαν πόλιν, ἀμφοτέροις χρῆσθαι τοῖς ὀνόμασιν. E quo intelligi par eſt, promiſcue quidem & Ἑστίαια & Ὠρεὸν fuiſſe nominatam urbem; univerſos vero cives, τοὺς Ἱστιαιεῖς καὶ Ὠρείτας.

b Quod de verbis οὐχ ὡς ὕστερον & οὐχ ὡς οἱ ὕστερον in ſuperiore Animadverſione adnotavit Caſaubonus; mireris utique, quo valeat iſta adnotatio, quove pacto iſtum in locum fuerit coniecta. Et omnino, verum ſi quaeris, ut ſubinde aliâs, ſic hoc loco, aut nimis patientem & in anquirendo ſcrutandoque indefeſſum lectorem ſibi ſpoponderat doctiſſimus Animadverſor; aut prorſus ad ſuam curam nihil pertinere ratus erat, ut, quid eſſet, quod ipſe animadverſum voluiſſet, intelligere poſſent lectores. Nempe haud paulo ante eum locum, ubi nunc in Auctore noſtro verſamur, (p. 16. b.) iſta verba legebantur, nihil commune cum his, de quibus hic agebatur, habentia, καὶ τὰς σπονδὰς ἐποιοῦντο Ἑρμῇ, καὶ, οὐχ ὡς ὕστερον, Διὶ τελείῳ. Iam docet nos hoc loco Caſaubonus, in illam ſcripturam οὐχ ὡς ὕστερον conſentire ibi editos ſcriptoſque liberos, atque etiam Euſtathium; (ſcilicet in Odyſſ. γ'. p. 132, 34.) ſed in Scholiis Ariſtophanis (nempe ad Plut. vſ. 1111.) οὐχ ὡς οἱ ὕστερον ſcribi. Quo loco, quoniam in eum nos traduxit Caſaubonus, intelligi debet, non abſurdam fore iſtam Scholiaſtae ſcripturam, ſi e vetere quodam Athenaei codice ducta eſſet: at eſt iſtud ipſum Scholion non veteris Scholiaſtae, ſed recentiſſimi, cuius ſcriptura nullam prorſus auctoritatem habere poterat. Conf. quae ad eum locum adnotavit Hemſterh. Denique, quoniam in hoc ſumus, illud moneo, in eodem Ariſtophanis Scholio in Küſteri quidem editione non, ut in aliis, οὐχ ὡς οἱ ὕστερον legi, ſed οὐχ ὡς ὕστερον, ut apud Athenaeum & Euſtath.

Θεοδώρου τοῦ ψηφοκλέπτου. *Theodorum* iſtum *ſuffragiorum abſconditorem* fecit interpres Natalis Comes; *calculorum ſculptorem* Dalechampius, quaſi ψηφογλύπτου eſſet ſcriptum. At vulgatum tenent libri omnes, atque etiam Euſtath. ad Odyſſ. θ'. p. 316. l. 2. Quid vero eſſet ψηφοκλέπτης, parum ſibi notum fuiſſe ipſe Euſtathius declarat, dicens: τί δὲ δηλοῖ ὁ ψηφοκλέπτης, εἴσεταί τις εὑρὼν Σοφοκλέους τὸ Κλέπτης γὰρ αὐτοῦ ψηφοποιὸς εὑρέθης. Sophoclis ille verſus eſt ex Aiace vſ. 1135. ed. Brunck. (aliis 1154.) At quaerentem, quid hic apud Athenaeum ſignificet ψηφοκλέπτης, nihil adiuvare verſiculum illum, recte monuit CASAUBONUS, qui certiore inita illius vocabuli exponendi ratione: »Ψῆφοι, inquit, Graecis *cal-*» *culi* dicuntur, *queis* olim *praeſtigiatores uſi* quidam, iis in

»totum ſimiles, quos hodie vocamus idiomate noſtro, b »*joueurs de gobelets*. Solent illi calculos aut globulos in »menſa palam poſitos, deinde acetabulis opertos, tanta »dexteritate movere loco, transferreque, ut veritatis igna»ri ſpectatores, aut verborum quae interea funditant ef»ficaciâ, aut aliqua alia vi magica, non manibus prae»ſtigiatoris, fieri id ſibi perſuadeant. Graecis non fuiſſe »incognitum ludicrum hoc, certum eſt. Suidas: Ψηφο»λόγοι εἰσὶν οἱ ψηφοπαίκται. ψηφολογικοὶ οὖν οἱ πλανῶντες »καὶ ἀπατῶντες, ὥσπερ οἱ ψηφολόγοι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῷ »τάχει τῆς μεταθέσεως τῶν ψήφων ἀπατῶντες συναρπά»ζουσιν. Noverunt & Romani. Gloſſarium vetus: *Prae»ſtigiator*, ψηφοπαίκτης: alibi, ψηφοπαιξία, *praeſtigiae*. Se»neca, Epiſt. XLV. *Sic iſta ſine noxa decipiunt, quomodo »praeſtigiatorum acetabula & calculi, in quibus me fallacia »ipſa delectat*. Noli igitur dubitare, ψηφοκλέπτην dici hic »ab Athenaeo *praeſtigiatorem* huius generis, quem vulgo »ψηφοπαίκτην vocabant aut ψηφολόγον. Solent κλέπτειν »uſurpare venuſtiſſime, quando *raptim & clam factum eſſe »aliquid* ſignificant: inde κλοπαὶ πολέμων apud Xenophon»tem; & κλέπτειν ὄρη apud eumdem, pro *montes clam »hoſtibus occupare*. Sic in ſuperioribus Suidae verbis συναρ»πάζειν *calculos*: & apud Artemidorum, in mentione ha»rum offuciarum, ψήφους κλέπτειν. Sic ille libro III. »Ψηφοπαικτεῖν δοκεῖν, οὐκ ἐπιστάμενον, πολλὰ ὠφεληθῆναι »σημαίνει, παραλογιζόμενον καὶ ψευδόμενον, διὰ τὸ πολ»λὰς ψήφους κλέπτειν, καὶ ταῦτα ἄλλοτε ἄλλως δεικνύειν. »Auctor eſt Iulius Pollux, [VII. 200.] Lyſiam oratorem »dixiſſe ψηφοπαικτεῖν τὸ δίκαιον, translatione ducta a pſe»phopaectis praeſtigiatoribus: id autem ſignificat *ius per»vertere ſubtilibus commentis*. Sed ipſa Pollucis verba ſatius »adſcribere: Εἰ δὲ Λυσίου ὁ κατ' Ἀντικλέους [Αὐτοκλέους] »λόγος, ἐν ᾧ γέγραπται, ψηφοπαικτοῦσι τὸ δίκαιον, εἴη ἂν »καὶ ὁ ψηφοπαίκτης ἐν τέχνῃ. τὸ δὲ ὄνομα τοῦτο εἴρηκέ τις »τῶν νέων κωμῳδῶν Εὔδοξος ἐν Ναυκλήρου (vel Ναυκλήρῳ) »δράματι.« — Recte huc iſtam etiam Lyſianam dictionem ex Polluce retulit vir doctus: nec enim ea dictio (ut Reiskius interpretatus eſt in Indice Graecitatis Lyſianae) a *teſſerarum ludo* ducta videtur, ſed ab eorumdem hominum, quos Caſaubonus dixit, *praeſtigiis*; ut ψηφοπαικτεῖν τὸ δίκαιον is dicatur, qui ſuis artibus efficere valet, ut, cum ab hac parte ſtare ius omnes cenſerent perſuaſum-

que haberent, ſubito illud inde evaneſcat, & ab altera parte ſtare videatur. Circulatoris ψηφοπαίκτου ſive ψηφοκλέπτου praeſtigias, qui publice in theatro artes ſuas oſtentabat, lepide deſcripſit Alciphron lib. III. epiſt. 20. ubi κλεπτίστατον hominem dixit.

c κρατὸς ἐπὶ σφετέρου. Sic recte cod. *a.* Mire σφετέρης edd. In cod. *b.* terminatio vocis dubie expreſſa.

χρυσίον εἰς τὸ ἱμάτιον, κοῖλον ὄν, ἐνθέσθαι. » Videtur ap» pellare *cavam veſtem*, ſinum quem amiculum poderes ad » ſtatuae pedes collectum faciebat. Niſi malis, duplicem » fuiſſe veſtem, eamque laceram, ut facile fuerit pecuniam » intus abdere. Fuit moris olim, conſecrandam numini » alicui veſtem findere, ne manibus tagacibus eſſet obno» xia. Heſychius: οἱ ἀνατιθέντες ἱμάτια κατέσχιζον αὐτὰ, » ἵνα μὴ ἀρθῶσι παρὰ τινῶν. Probabile eſt, factitatum & in » ſtatuarum amiculis idem fuiſſe.« Casaub. — Quod de *fiſſa veſte* dicit vir doctus, quid huc faciat, non video: nec Heſychii locum habeo in promtu, quem is indicare, qua parte libri legatur, non dignatus eſt. Scio, σχιτὸς χιτὼν in ſua ſerie elementorum legi apud hunc Lexicographum, ubi σχιστὸς χιτὼν ſcriptum oportebat: ſed id nihil ad rem, de qua hîc agitur. Vide, ne veſtis h. l. ex eo genere intelligi debeat, cantoribus & citharoedis proprio, quod στατοὺς & ὀρθοσταδίους χιτῶνας vocabant Graeci; de quo conſulendus Salmaſius ad Tertull. de Pallio, & Upton ad Epicteti Diſſert. II. 16, 9. Eiuſmodi veſtis, cum abſque inciſione uno rigore a ſummo ad imum deſcenderet, commode ἱμάτιον κοῖλον dici potuerit. Pro τινὰ χρυσίον, corrupte τινὰ χρόνον ſcriptum in noſtro cod. *a.*

Ἐπανελθόντα εὑρεῖν τὸ χρυσίον μετὰ ἔτη τριάκοντα. » Pe» cuniam in ſinu veſtis huius depoſitam, inventam ibi » fuiſſe narrat auctor, συνοικιζομένης τῆς πόλεως μετὰ ἔτη » τριάκοντα, *cum urbs reſtauraretur poſt annos triginta.* Sed » aut legendum εἴκοσιν, aut negligenter hoc ab Athenaeo » pronuntiatum eſſe fatendum. Non enim XXX, ſed XX » tantum annis iacuerunt Thebae; anno viceſimo ope » Caſſandri iterum conditae. Diodorus Siculus: [XIX. » 53.] εἰκοστῷ δ' ἔτει ὕστερον Κάσσανδρος -- - ἀνέστησε τὴν » πόλιν τοῖς διασωζομένοις τῶν Θηβαίων. Membranae & Eu» ſtathius librarios culpa abſolvunt: itaque non poſſu» mus nos Athenaeum. « Casaub. — At non ſuo nomine

loquitur Athenaeus: sed quae Polemo tradidit, ea repetit: c nec, *tricesimo post eversionem anno instauratas esse Thebas*, ait; sed, *tricesimo anno Thebas reversum* illum *exsulem*, qui aurum absconderat. Ipse se quodammodo correxit CASAUBONUS in *Addendis*, superiori Animadversioni haec addi iubens: »Nisi lubet dicere, sentire *Athenaeum*, de »tempore quo coepta est urbs restaurari: *Diodorum*, de »tempore quo operi tanto coronis est imposita.« [Imprudenti viro docto excidit, ut sedes nominum Athenaei & Diodori inter se permutaret.] »Favet verbum, quo »usus Athenaeus, *συνοικιζομένης*, id est, *cum denuo incolis* »*frequentaretur*. Plinius manifesto in hac historia alios au»ctores sequitur. Scribit enim lib. XXXIV. cap. 8. *Leon»tius fecit Apollinem citharoedum, serpentemque eius sagittis* »*confici: qui Dicaeus appellatus est, quod, cum Thebae ab* »*Alexandro caperentur, aurum a fugiente conditum, sinu eius* »*celatum effet.*« — Plinii locum, praeeuntibus msstis, paulo aliter constituit Harduinus T. II. p. 651. (coll. p. 827.) ita quidem, ut iam nihil habeat, quod his, quae ab Athenaeo narrantur, adversetur.

Ἡρόδοτος δὲ ὁ λογόμιμος. »*Herodotus ὁ λογόμιμος* vide»tur esse is, qui in Stobaei libris *Herodes* dicitur, auctor »mimiamborum; de quo etiam accipiunt doctissimi viri »versus istos Terentiani Mauri, de scazonte Hippona»cteo loquentis:

»*Hoc mimiambos Mattius dedit metro:*
»*nam vatem eundem est Attico thymo tinctum*
»*pari lepore consecutus & metro.*

»Videtur, inquam, ita esse: nihil tamen ausim affirmare. »Nam apud Stobaeum constanter variis locis Herodes ille »ἡμιάμβων, non autem μιμιάμβων auctor dicitur: emen»dationem vero eruditissimorum hominum, μιμιάμβων »pro ἡμιάμβων rescribentium, suspectum facit, quod non »Herodis solum ἡμιάμβους laudant veteres, sed etiam »aliorum poëtarum: ut Cercidae Stobaeus idem Sermo»ne LVI, Promathidae Athenaeus libro VII. [p. 296. »b.] Suspicamur, ἡμιάμβους appellatos fuisse carminis »iambici genus, brevissimis versibus constans. Meminit »etiam Demetrius Phalereus ἡμιμέτρων, quos docti ar»bitrantur esse μονομέτρους alio nomine appellatos. Iulius »Pollux lib. X. c. 4. [sect. 83.] inter νόμων κιθαριστηρίων »appellationes ponit μηνιάμβους & παριαμβίδας. An ibi

c »quoque ἠμιάμβων nomen reſtituendum? nam quid *μιμίαμ-*
»*βοι* ſint divinare non poſſum. « CASAUB. — Miſi Athenaeus, ſive Hegeſander, quo auctore haec Athenaeus tradit, *Herodotum* λογόμιμον non poëtam aliquem, mimorum auctorem, dicere viſus erat: ſed, quemadmodum huic mox *Archelaus* ſociatur *ſaltator*, ſic fuerit λογόμιμος homo ex eo genere *facetorum ſcurrarum*, quo cum alios multos illuſtri loco poſitos viros delectari ſolitos novimus, tum Romanum Cornelium Syllam, quem ſingulariter delectatum *μίμοις καὶ γελωτοποιοῖς* narrat noſter Athenaeus VI. 261. c. Quo de genere paſſim etiam alibi agitur apud eumdem Noſtrum, ut X. 452. f. XIV. 620 ſq. Confer Scalig. de Arte Poët. lib. I. cap. 10. & Voſſium Inſtitut. Poëtic. lib. II. c. 29. ubi ſect. 5. docetur, ineſſe hominum illorum artem in imitatione cum ſermonum, tum factorum. Mimus igitur, qui *varios hominum ſermones* praeſertim *feſtive imitari* novit, haud incommode λογόμιμος fuerit adpellatus. Nec opus eſſe videtur, (quod in mentem venire cuipiam poſſit) ut *μιμολόγος* ſcriptum oportuiſſe ſuſpicemur; licet apud nullum alium auctorem, quod ſciam, vocabulum iſtud λογόμιμος reperiatur.

d Σωστράτου τοῦ αὐλητοῦ. Idem *Soſtratus* (ex veriſſima codicum noſtrorum ſcriptura) infra lib. VI. pag. 244. f. *paraſitus* fuiſſe *Antiochi regis* traditur.

AD CAP. XXXV.

Ματρέας, ὁ πλάνος, &c. »*Matream* Athenaeus appel»lat τὸν πλάνον. Suidas [in Ματρέας] λαόπλανον, »ex Athenaeo tamen, ut videtur. Aenigma plani huius »ab auctore tale profertur: ἔλεγε θηρίον τρέφειν, ὃ αὐτὸ »ἑαυτὸ κατεσθίει: & ait, *quaeri ſolitum adhuc aetate ſua*, »*quaenam eſſet illa beſtia*, de qua ſenſit Matreas. Memini »Euſtathium [ad Odyſſ. α'. p. 8, 22.] aenigma hoc cum »cura explicare: neque aliquid nobis in mentem venit iis »melius quae ſunt ab illo ſcripta. Itaque adferam Euſtathii »verba: τὸ δὲ [θηρίον] ἢ θυμὸν ἴσως, ἢ φθόνον δηλοῖ, ἢ λύ»πην, ἢ καί τι κωμικώτερον ἐμπαθές. εἰλῆφθαι δὲ δοκεῖ ὁ ῥη»θεὶς τοῦ Ματρέου λόγος, ἢ ἐκ τοῦ, ὃν θυμὸν κατέδων, ἢ ἐκ »τοῦ πολύποδος ὃς ἓόν ποτε πόδα τένδει. Libidinem con»citatam appellat Euſtathius honeſte κωμικὸν πάθος. De »ea potiſſimum ſenſiſſe Matream arbitramur. *Fera* ergo

»erit, τὸ στῦμα. Sed & caetera graviora animi πάθη, ut d
»invidiam, iram, odium, & similia his, recte dixeris
»*feras se ipsas vorantes.* Plato τὸ ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς
»μέρος appellat ποικίλον καὶ πολυκέφαλον θηρίον: τὸ θυ-
»μοειδὲς leoni comparans. Paulo aliter discipulus Plato-
»nis Aristoteles &c.« CASAUBONUS. — Magis etiam ad-
posite Cebes, in Vitae humanae Tabula, voluptatem &
pravos quosvis animi adfectus θηρία vocat, ἃ κατεσθίει
τὸν ἄνθρωπον. cap. 9 & 22 sq.

ἐποίησε δ' οὗτος καὶ παρὰ τὰς Ἀριστοτέλους ἀπορίας.
»Id est, *composuit hic quaestiones ad Aristotelicas:* vult di-
»cere, *quae cum Aristotelis problematis comparari possint.* In
»Suida est περὶ, pro παρὰ, mendose: nam rectum est
»παρὰ τὰς Ἀριστ. Sic loquitur Ausonius: *Et disputator*
»*ad Cleanthem Stoicum:* alibi, *Grammatice ad Scaurum at-*
»*que Probum.* Harum quaestionum omnis & venustas &
» obscuritas posita in dictionum paralogismis.« CASAUB. —
Haud satis commode vim, quam habet hic παρὰ praepo-
sitio, expositam a viro docto arbitror: quam felicius ex-
pressisse Dalechampius videtur, *ad instar* vertens. Scilicet
veluti *parodias* quasdam fecit ille homo *Problematum Ari-*
stotelis: accipiendaque praepositio παρὰ, quemadmodum
in παρῳδὸς & παρῳδεῖν, ut significet, non solum *ad instar*
vel *ad imitationem* Problematum Aristotelicorum compo-
sitas fuisse istas quaestiones; sed ut *eadem ratio atque me-*
thodus, qua in Problematibus suis usus Philosophus erat, ad
ludicrum argumentum fuerit traductum. Verbo ut absolvam;
id ipsum vult auctor, quod nostro idiomate diceres, *il a*
travesti les problèmes d'Aristote: & Graeca verba ita ac-
cipienda sunt, quasi dixisset, Ἐποίησε δὲ καὶ ἀπορίας παρὰ
τὰς Ἀριστοτέλους ἀπορίας. Vocabulum ἀπορία idem so-
nare ac *quaestionem*, *problema*, norunt quicumque vel pri-
moribus labiis attigerunt Aristotelem. Ipsas ludicras quae-
stiones, quas adposuit Athenaeus, nulla indigere expli-
catione arbitror.

Ποθεινῷ τῷ νευροσπάστῃ. Quod vulgo hîc legebatur, e
νευροσπάστῳ, id ferri omnino non potuit. νευρόσπα-
στος, cum per ipsam vocis formationem, tum ex sermo-
nis usu, nonnisi passivum habet significatum; ut νευρό-
σπαστον dicatur *quidquid nervis sive funibus aut funiculis tra-*
hitur moveturque. Sic bellica tormenta, quae valide intentis
subitoque relaxatis nervis reguntur, νευρόσπαστα dicun-

e tur: & *νευρόσπαστα ἀγάλματα* apud Herodotum, Xenophontem, Lucianum (citatos ab H. Steph. in Thes. II. 1045. & Budaeo in Comment. Ling. Gr. pag. 890.) sunt *imagunculae quarum membra fidiculis reguntur moventurque*; cuius vocabuli simillimum usum, ni me prorsus fallit animus, nuper apud Simplicium in Commentario in Epicteti Enchiridion, ubi de animi humani interiori proprioque motu agebatur, observavi. *Circulatores* vero illi & *praestigiatores*, (ut recte docuit Budaeus ibid.) *qui imagunculorum motus & lusiunculas fidiculis moliuntur*, ita ut saltare & osculari invicem sigilla ipsa & amplecti denique motus quosvis sponte peragere videantur, *νευροσπάσται* vocantur. Eam certe nominis formam & analogia grammatica, & usus ipse sermonis poscit; quam in partem illustris est locus, quam ex Aristotele de Mundo Henr. Stephanus adposuit, his verbis: *οἱ νευροσπάσται, μίαν μήρινθον ἐπισπασάμενοι, ποιοῦσι καὶ αὐχένα κινεῖσθαι καὶ χεῖρα τοῦ ζώου, καὶ ὦμον, καὶ ὀφθαλμὸν, ἔστι δ' ὅτε πάντα τὰ μέρη, μετά τινος εὐρυθμίας.* Legitur ille locus p. 82. ed. Batteux.

τὴν σκηνὴν ἔδωκαν, ἀφ' ἧς ἐνεθουσίων οἱ περὶ Εὐριπίδην. »Duobus exemplis probat, vanas & supervacuas artes in »summo etiam Athenis pretio fuisse. Alterum est, quod »Potheino, qui sigillaria ostendere & circumferre solitus, »*scenam concesserint, in qua divinas suas tragoedias Euripi-*»*des doceret, aut non multo ante docuisset.* Erat enim indi»gnum & turpe, praestigias ibi Athenienses spectare, »unde solita audiri summi poëtae scripta. Alibi dixit *χορὸν δοῦναι.*« CASAUB. — Pervulgata est & tironibus nota formula, *οἱ περὶ Εὐριπίδην*, pro *ὁ Εὐριπίδης*: quemadmodum paulo post, *οἱ περὶ Αἰσχύλον*, pro *ὁ Αἰσχύλος*. Et haud dubie ea est totius *ῥήσεως* sententia, quam & Casaubonus expressit, & ante eum Dalechampius expresserat. Sed *in scena* graece *ἐφ' ἧς*, non *ἀφ' ἧς*, sonat. Itaque vide, ne sic scriptum oportuerit. Quod si *οἱ περὶ Εὐριπίδην* intelligi posset de his *qui cum Euripide, qui Euripidis aetate vixerunt*, defendi *ἀφ' ἧς* posset, hâc sententia, *a qua veluti divino furore correpti discedere solebant Euripidis aequales.* Denique bene etiam haberet *ἀφ' ἧς*, si verbum *ἐνεθουσίων* posset activa notione accipi, intelligendo *τοὺς Ἀθηναίους*, hac sententia, *e qua scena Euripides velut divino furore percellere solitus erat Athenienses:* sed vereor, ne nusquam eo modo usurpatum hoc verbum reperiatur. Pro

τὴν σκηνὴν in nonnullis codd. τὴν σκευὴν legi ait Casaub. e Cuius lectionis nullum vestigium e nostris msstis enotatum video.

Ἀθηναῖοι δὲ καὶ Εὐρυκλείδην ἐν τῷ θεάτρῳ ἀνέστησαν μετὰ τῶν περὶ Αἰσχύλον. Tota haec ῥῆσις deerat in ed. Ven. & Bas. Suis e codicibus primus eam edidit Casaubonus, sed ita ut temere ei καὶ Εὐριπίδην excideret, pro καὶ Εὐρυκλείδην, quod ex eisdem codicibus corrigendum deinde monuit in Animadversionibus. Et recte id ipsum cum tota ῥήσει nostri etiam libri agnoscunt. Legerat eadem verba in codice msto Natalis Comes, eaque lepide sic interpretatus est: *atque Euryclides surrexit in theatro cum his qui erant cum Aeschylo:* quam sententiam a Natale accipiens Dalechampius, in sua versione his verbis reddidit, *tanta indignatione Euryclidis & Aeschyli, ut stomachabundi exsurrexerint & abierint.* Recte interpretatus est Casaub. *positam publice statuam fuisse ab Athenienſibus Euryclidi in theatro, & quidem ea parte ubi erat Aeschyli, sapientissimi & maximi poëtae.* »Sed male de nobis meritus est (sic pergit idem »Casaub.) vel ipse Athenaeus, vel, quod magis cre»do, auctor Epitomae, cum celavit nos, quo artificio »insipientis populi benevolentiam sibi *Euryclides* iste con»ciliasset. θαυματοποιὸν fuisse non dubito: quo generali »nomine species diversae τῶν Διονύσου τεχνιτῶν continen»tur, ut dicebamus olim ad Theophrastum.« Vide vero ne idem fuerit Εὐρυκλείδης hic, atque Εὐρυκλῆς ille Aristophani memoratus in Vesp. 1014. quem ibi nos docet Scholiastes *ventriloquum* fuisse, *qui daemonium in ventre habere credebatur, cuius ope vaticinia ederet.* Idem enim fuisse nomen Εὐρυκλῆς & Εὐρυκλείδης videtur; quod etiam inde fit probabile, quod idem Scholiastes tradit, ab eiusdem hominis nomine dein omnes ventriloquos Εὐρυκλείτας (forsan Εὐρυκλείδας debuerat) fuisse denominatos. Conf. Suidam in Εὐρυκλῆς. Casaubonus quidem *in Addendis* suspicatus est, Εὐκλείδην fortasse pro Εὐρυκλείδην scriptum oportuisse. »Videtur enim (inquit) hic ille esse *Euclides* »ἐπὶ γελοίοις δόξαν εἰληφὼς, de quo plura ex Lynceo »narrantur libro sexto.« — At ego libro VI. nonnisi *Euclidem* ridiculum parasitum reperi, (p. 250.) qui nihil huc spectare mihi visus erat. Quemadmodum hîc ἀνέστησαν Εὐρυκλείδην est *statuam Euryclidae posuerunt*, sic II. 37. e. ἱδρύσομεν ὑμῖν, *statuas vobis erigemus.*

f Νυμφόδωρος ὁ θαυματοποιός. *Nymphodorum*, puto, Syracuſium dicit, quem eumdem ut θαυματογράφον, id eſt, rerum mirabilium ſcriptorem, paſſim & ipſe Athenaeus noſter & Aelianus & Plinius citarunt: de quo vide Voſſium in Hiſtoricis Graec. lib. III. p. 394. & Harduin. in Indice Auctorum quibus Plinius uſus eſt, T. I. p. 63.

εἰς δειλίαν αὐτοὺς ἔσκωψε πρῶτος. Si vera eſt haec ſcriptura πρῶτος, indicio erit, ita conſtanti fortitudinis laude claruiſſe Rheginos, ut nemo ante hunc *imbelles* aut *ignavos* eos dicere auſus ſit. Ego vero apud Strabonem in urbis Rhegii elogio, lib. VI. p. 258. d. multos quidem viros reperio civili virtute praeſtantes, multos item doctrina inſignes eam protuliſſe: bellica virtute eminuiſſe Rheginos, neſcio an proditum ſit memoriae.

a ναυαγὸν Ὀδυσσέα σολοικίζοντα. » *Oenonas citharoedus* » *cantaſſe* dicitur *in ſcena* ναυαγὸν Ὀδυσσέα σολοικίζοντα. » Haec lectio vetus, quam fide bona reſtituimus. Edeba» tur ante, καὶ Ναῦκον * Ναυκισάα Ὀδυσσέα σολοικίζοντα. » Natalis legit nobiſcum: neque hic *Nauſicaae* nomen agno» ſcit. Dalecampium demiror, qui vertit *Ulyſſem cum Nau» ſicaa barbare & inepte colloquentem.* Ex Homero ſumtum » eſſe patet horum νόμων κιθαριστηρίων argumentum: ni» hil autem facundius aut ingenioſius fingi poſſe oratione » ea, qua regiam puellam naufragus Ulyſſes affatur, cla» rum certumque eſt. Forraſſe ſcribendum, καὶ ναυαγὸν » Ὀδυσσέα κελητίζοντα. Videtur enim petita carminis hy» potheſis ex iſtis Homeri in deſcriptione naufragii Ulyſſis,

» — — — αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
» ἀμφ' ἑνὶ δούρατι βαῖνε, κέλητι' ὡς ἵππον ἐλαύνων. «

CASAUBONUS. — Patere ait vir doctus, ex Homero ſumta eſſe iſta argumenta. Eſto. At non magis apud Homerum *cantat Cyclops*, quam *ſoloece loquitur Ulyſſes.* Ergo, ſi ex Homero ducta fuere iſta argumenta, in aliam partem ea traduxit & detorſit facetus ſcurra.

Τοιαῦτα ποιῶν &c. Dedere iſtam ῥῆσιν ambo noſtri codices. Pro Νοήμων autem (quod ſatis perſpicue, licet compendioſe in fine ſcriptum, habet cod. *a.*) nonniſi νοη.. (ſic) habet cod. *b.* idem qui dein ὁ ἠει ... ſcribit. Docuit etiam Caſaub. in Addendis, membranas ſuas eodem loco iſta verba praetuliſſe: Τοιαῦτα ποιῶν πυδοκίμει καὶ... ὁ ἠθ.... Ἐνδοξ. cum iſtis ſcilicet lacunis, ubi puncta nonnulla poſuimus.

Φιλιστίδης. Huius nomen consignavit etiam Suidas, nil ultra adiiciens, nisi *proprium nomen* esse. De *Cephisodoro* vide Athen. XIV. 615. f. De *Pantaleonte*, ibid. 616. a. b Φιλίππου δέ. Sic recte nostri libri. Perperam Φιλιππίδου δὲ edd. Vide Xenoph. Conviv. p. m. 690, 22. & Athen. XIV. 614. c. Interpres Gallicus, Φιλίππου nomen ex altero nostrorum codicum proferens, firmandae illius scripturae caussa nec Xenophontem, nec alterum istum Athenaei locum in testimonium advocavit, adiicere contentus, *obscura* esse omnium istorum scurrarum nomina. Haberet *Philippus* ille a nobilissimo Xenophonte nobilitatus, si malignus esse vellet, quod reponere docto viro posset.

AD CAP. XXXVI.

Ὅτι οἰκουμένης δῆμον τὴν Ῥώμην φησί. De usu particulae ὅτι, qualis hic occurrit, & de hoc ipso loco, vide supra p. 47. harum Animadv. ad p. 4. a. τοξεύων λέγοι. Quod editum erat, τεξεύοι λέγων, ferri utcumque poterat; sed minus utique conveniebat. τοξεύων pro τοξεύοι enotatum est e nostris codicibus: & totam dictionem τοξεύων λέγοι in suis reperisse ait Casaub. — »Quod sequitur, »τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐπιτομὴν τῆς οἰκουμένης, (monuit »idem Casaub. in *Addend.*) est Polemonis Sophistae di»ctum de *Urbe Roma*, ut ex Galeno discimus.« — Leguntur Galeni verba Tom. V. ed. Bas. p. 585. sub finem, hoc tenore: ἐν Ῥώμῃ διέτριβα, πόλει τοσοῦτον ἀνθρώπων πλῆθος ἐχούσῃ, ὥστε πένεσθαι Πολέμονα (*ut parum dicat Polemo*) τὸν ῥήτορα, τῆς οἰκουμένης ἐπιτομὴν αὐτὴν εἰπόντα. Finitima quadam ratione *Romam*, *terrarum caput*, Plinius dixit, Histor. Nat. III. 5, 6. Quae vero paulo inferius c apud Nostrum leguntur, de *Cappadocibus*, de *Scythicis* & *Ponticis gentibus*, ea quo pacto vel valeant in urbem Romam, vel ad eius laudem pertineant, doctioribus, aut quibus plus otii est, disquirendum relinquo.

τὸν ἐφ' ἡμῶν, φησὶ φιλόσοφος, ὀρχηστήν, Μέμφιν ἐκάλεσαν· ἀπαρχαΐζοντες &c. Perperam τὸν ἐφ' ἡμῖν codd. nostri. Caeterum & mssti & editi φιλόσοφον ὀρχηστὴν habent, quasi eumdem & φιλόσοφον & ὀρχηστὴν fuisse diceret Athenaeus: quod minime probabile mihi visum erat, non modo quoniam *Memphin philosophum* nemo novit, verum quia ex disputationis connexione satis

c adparet, de homine loqui Athenaeum, qui nullo alio merito eminuerit, nisi quod solers fuit *saltator*. Et talem nobis eumdem hominem prodidit Iulius Capitolinus, nude *histrionem* dicens, in Vita Veri Imp. cap. 8. ubi, *Habuit & Agrippam*, inquit, *histrionem, cui cognomentum erat Memphi, quem e Syria velut trophaeum Parthicum adduxerat.* Itaque persuasi mihi, ex librariorum ingenio natam istam scripturam, cum φιλόσοφος scripsisset Epitomator, eoque nomine ipsum Auctorem designatum voluisset: de quo corrigendo errore iam supra dixi p. 47. harum Animadverss. ubi vide notata. Ad *Memphidis* cognomen quod adtinet, fuerat etiam saltationis genus Μέμφις dictum, paulo inferius (eadem hac pag. 20. f.) memoratum.

περὶ ἧς Βακχυλίδης φησί· &c. Hunc locum Eustathius respexit, ad Iliad. λ'. p. 809, 23.

d Οὗτος τὴν Πυθαγόρειον φιλοσοφίαν &c. Οὗτος rursus est Athenaeus. Caeterum imperite haec excerpta sunt. Referebantur ad nescio quid, quod ante dictum erat ab Athenaeo, sed praetermissum ab Epitomatore.

AD CAP. XXXVII.

Τῆς δὲ κατὰ τοῦτον ὀρχήσεως &c. In suos Commentarios haec retulit Eustath. ad Odyss. ψ'. 807, 13 sqq. Βάθυλλος ὁ Ἀλεξανδρεύς. Ignorant articulum codices nostri: ac poterat abesse nullo utique incommodo.

νομίμως ὀρχήσασθαι. Sic & Pylades *saltasse* dicitur, ὀρθὰ κατὰ τραγικῶν τέθμια (i. q. νόμους) μουσοπόλων. Vide Brunck Analect. T. II. p. 127. sub fin. & quae ad illud Epigramma notavit Iacobs, Vol. II. P. I. p. 343.

Τοῦτον τὸν Βάθυλλον, φησὶν Ἀριστόνικος, καὶ Πυλάδην, οὗ ἐστι καὶ σύγγραμμα περὶ Ὀρχήσεως. Quum in edd. omnibus Ἀριστόνικος καὶ Πυλάδης legeretur, Πυλάδην corrigi iussit CASAUBONUS, eaque verba sic interpretatus est: »*Aristonicus ait, cuius liber extat de Saltatione, Bathyllum & Pyladem Italicam saltationem composuisse.*» [Rectius fuerat, *instituisse.*] Tum: »Traiectio [inquit] in aliis »oris verbis & librariis & interpretibus erroris ansam »praebuit: nam liber *de Saltatione* Aristonici fuit, opinor, non Pyladis: *Pylades* vero & *Bathyllus* duo fuerunt τῆς τῶν παντομίμων ὀρχήσεως auctores & inventores primi. Athenaeus *Italicam* vocat eam saltationem,

» quia Romae est ab illis inventa temporibus Augusti. d » Cave assentiaris eruditissimis viris qui infamis huius in- » venti auctorem produnt Augustum ipsum. Suidas, scio, » illis ita sentiendi auctor; [in Ὄρχησις παντόμιμος.] cuius » haec proferunt & recensent recte: Τὴν παντόμιμον ὄρ- » χησιν ὁ Αὔγουστος ἐφεῦρε, Πυλάδου καὶ Βαθύλλου πρώ- » των αὐτὴν μετελθόντων. Sed quis in re Romana Suidam » putet testem idoneum, solum praesertim? Ego aio, im- » ponere nobis Suidam: qui, ut paucula verba lucrifa- » ceret, auctoris mentem pervertit, unde illa transscri- » bebat. Is dubio procul est Zosimus: quod liquido ap- » parebit, si utrumque scriptorem componas & contendas » invicem. Atqui Zosimus non ab Augusto, sed tempo- » ribus Augusti originem habuisse scribit. ἥτε γὰρ, in- » quit, de Octavio loquens, [Historiar. lib. I. pag. 4. ed. » H. Steph.] παντόμιμος ὄρχησις ἐν ἐκείνοις εἰσήχθη τοῖς » χρόνοις, οὔπω πρότερον οὖσα, Πυλάδου καὶ Βαθύλλου πρώ- » του αὐτὴν μετελθόντων. Quod diximus de traiectione in » Athenaei verbis, fortasse non omnibus probabimus: ac » fieri potest ut *liber de Saltatione* hîc commemoratus, *Py-* » *ladis* fuerit; non ut dicebamus, Aristonici: hoc igitur » κείσθω εἰς τὸ μέσον: at Πυλάδην scribendum esse, non » Πυλάδης, constanter affirmamus. « — In codd. nostris terminatio huius nominis ita dubie scripta, ut, Πυλάδησ-ne an Πυλάδην voluerit librarius, aegre discernas. Sed illud utique haud dubitandum, Πυλάδην debuisse. Monuerat etiam Pontanus ad Macrobii Saturn. II. 7. Dura ista traiectione verborum, de qua cogitaverat Casaubonus, usum esse Athenaeum, nihil est quod nobis persuadeat. Librum περὶ Ὀρχήσεως diserte Pyladi tribuit Suidas in Πυλάδης: sed ibidem alia, quae hic habet Athenaeus, ita confudisse aut detorsisse videtur Lexicographus, ut illo quidem teste in hac re non audeam magnopere uti. Quod pantomimicam saltationem (ut Casaub. notavit) *ab Augusto* inventam perperam Suidas ait, id ductum erat (puto) ex nescio quo auctore, apud quem mendose ὑφ' οὗ (*a quo*) scriptum erat, pro ἐφ' οὗ, id est, *cuius aetate, quo imperante.* Non confundendum vero hunc Pyladem, cum vetustiore Pylade citharoedo Megalopolitano, post Schneiderum monuit Iacobs in Animadv. ad Anthol. Graec. Vol. I. P. II. p. 361 sq. De *tribus Saltationis generibus*, quae e mox nominat auctor, confer Lucian. de Saltat. cap. 22. &

e 26. Casaub. de Satyrica Poësi lib. I. cap. 4. & qui veterum loca omnia diligenter in hoc genere (ut in aliis) collegit, Meursium in Orchestra. Sigillatim de *Sicinni* vide rursus Athen. XIV. 630. b. c.

ἦν δὲ ἡ Πυλάδου ὄρχησις ὀγκώδης, παθητική τε καὶ πολύκοπος. »*Pyladis saltatio* dicitur sic ὀγκώδης, ut apud »magistros dicendi genus est orationis, quam ὀγκώδη vel »ὀγκηρὰν appellant; cui inest, inquit Demetrius Phalereus, »πλάτος, μῆκος, & πλάσμα. Dicitur eadem saltatio πα»θητική τε καὶ πολύκοπος, *plena affectuum, & gestus plan»gentium probe exprimens.* Sic interpretor πολύκοπος, ut »ad κοπετοὺς plangentium fiat allusio. Quid si scribamus »πολύκομπος? Sed non videtur necesse. De Pantomimo»rum saltatione multa nos alibi. [Scil. in lib. de Saty»rica Poësi.] « CASAUBONUS. — Eisdem paene cum Athenaeo verbis Plutarchus, Sympos. VII. 8. τὴν ὄρχησιν τὴν Πυλάδειον, ὀγκώδη, ait, καὶ παθητικὴν, καὶ πολυπρόσωπον οὖσαν. Quem locum cum ex Athenaeo corrigendum censuisset Casaub. de Sat. Poës. I. 4. pag. 148. contra Salmasius e Plutarcho apud Athenaeum πολυπρόσωπος pro πολύκοπος reponendum pronunciavit, (in Notis ad Script. Histor. Aug. T. II. p. 828 sq.) laudatus eo nomine a Iacobs in Animadv. ad Anthol. Vol. II. P. I. p. 308.

καὶ γὰρ ὑπόρχημά τι τοῦτον διατίθεσθαι. ὑπόρχημα, *saltatio cum cantu, & ad eorum quae canuntur praescriptum composita.* cf. supra I. 15. d. XIV. 628. d. e. & 631. e. διατίθεσθαι videtur eodem modo accipiendum ac διατιθέναι in illis verbis, εἰ δέ τις ἀμέτρως διαθείη τὴν σχηματοποιΐαν, XIV, 628. d. scil. *peragere, exsequi.*

f οἱ δὲ ἐν ἱματίῳ φασί. ἐν ἱματίοις cod. *a.* quod cum vulgato commutatum nolim.

τὸν Θάμυριν διδάσκων. »*Thamyris* appellatur hic Sopho»clis fabula, quae semper alibi est *Thamyras* Athenaeo, »aliis *Thamyris*. Vide illius poëtae Fragmenta a nobis col»lecta & digesta infra libro septimo.« CASAUB. — Confer. Brunck. in Sophoclis Fragm. p. 14 sq.

ἄκρως δὲ ἐσφαίρισεν, ὅτε τὴν Ναυσικάαν ἔθηκε. »Scri»bendum καθῆκε. Fabulam καθιέναι, est *docere, vel εἰσά»γειν*, ut paulo ante. Sic autem loquuntur Graeci. Sy»rianus in Hermogenem: ἐρεῖ Ἀριστοφάνης, ὡς ἔθος ἐν »τοῖς Διονυσίοις καθιέναι τὰ δράματα. Aristophanis Scho»liastes; διὰ Φιλωνίδου καὶ Καλλιστράτου καθίει τινὰ τῶν

» δραμάτων. Idem alibi : πρῶτον γὰρ δρᾶμα καθῆκε δι' ἑαυ- f
» τοῦ τοὺς Ἱππέας. Ibidem : αἱ διδασκαλίαι ἴσως φέρουσι
» τοὺς Ἱππέας πρώτους ὑπ' αὐτοῦ καθιεμένους. Interdum
» dicunt καθιέναι εἰς ἄστυ vel εἰς Λήναια, *deferre in ludos*
» *Aſtycos aut Lenaicos.* In Avium argumento : ἐπὶ Χαβρίου
» τὸ δρᾶμα καθῆκεν εἰς ἄστυ διὰ Καλλίου· εἰς δὲ Λήναια
» τὸν Ἀμφιάραον ἐδίδαξε διὰ Φιλωνίδου. Simile in Alcibia-
» de Plutarchi, καθιέναι ἅρματα Ὀλυμπίασι: nec multo
» aliter καθιέναι γνώμας in Concionantibus Ariſtophanes.
» Quemadmodum autem poëtae, cum ſua *dramata com-*
» *mitterent*, dicebantur καθιέναι vel διδάσκειν vel ἀναφέ-
» ρειν τὰ δράματα εἰς ὀρχήσιν χοροῦ aut εἰς σκηνήν: ſic
» hiſtriones διατίθεσθαι, *cum in ſcena geſtus ederent.* Paulo
» ante, καὶ γὰρ ὑπόρχημα τι τοῦτον διατίθεσθαι. Libro
» XIV. [628. d.] εἰ δέ τις ἀμέτρως διαθείη τὴν σχημα-
» τοποιΐαν. « CASAUB. —— Poſt tot exempla a doctiſſimo viro collecta, nullum de uſu illo verbi καθιέναι dubium eſſe poteſt: quare etiam iudices in hoc genere exceptione omni maiores, Valckenarius Brunckiuſque (ille ad Euripidis Hippol. p. 181. hic in Sophoclis Fragm. p. 23.) unice veram eſſe Caſauboni emendationem pronunciarunt. Quorum triumvirorum iudicio utique ſtare me debuiſſe intelligo: quare, quae in Notula ſcripſi contextui ſubiecta, ſcripta nollem. Putaveram, τιθέναι δρᾶμα, pro καθιέναι, dici etiam fortaſſe (ab Epitomatore certe, quem haud raro Athenaei verba ſuis mutaſſe cognoveram) potuiſſe. Porro quoniam, cum illud drama ederetur, ipſe Sophocles Nauſicaae *partes egerat*, (quod & ex hoc ipſo loco ſatis adparet, & Euſtathius ad Odyſſ. ζ'. p. 250, 28. diſerte declarat, Ναυσικάας πρόσωπον σφαῖρα παίζούσης ὑποκρινόμενος) ſi quid mutandum, διέθηκε ſcribendum ſuſpicatus eram; ratus, ex ΝΑΥΣΙΚΑΑΝΔΙΕΘΗΚΕ facile librarium ΝΑΥΣΙΚΑΑΝΕΘΗΚΕ facere potuiſſe. Sed, ut modo dicebam, καθῆκε utique vera fuerit ſcriptura. De *Nauſicaa*, *pila ludente*, ſupra dictum, cap. 25. huius libri.

Τῆς δὲ Μέμφιδος ὀρχήσεως ἦρα καὶ Σωκράτης. Saltatorem *Memphin* cognominatum paulo ante vidimus. Saltationis genus, *Memphis* dictum, an ab alio auctore, praeter noſtrum, commemoretur, non magis, quam quale illud fuerit, compertum habeo. *Xenophontis* locum de *Socrate*, *ſaltando corpus exercente*, habes in Sympoſ. p. 693. cum quo conf. Laërt. II. 32. & Lucian. de Saltat. cap. 25.

a »Ionis *verſus*, Ἐκ τῶν ἀέλπτων μᾶλλον ὤρχησε φρένας, »non aliter ſcribitur apud Euſtathium. [Ad Odyſſ. Ψ. »p. 807, 11.] In eo notandum verbum ὀρχεῖν, pro κι»νεῖν aut ἐρεθίζειν vel ἐρεθίζεσθαι: ut ſit ὤρχησε φρένας, »pro κατὰ φρένας, *commovit ſe animo.*« Casaub. — Confer Heſychii Interpretes ad voc. Ὀρχεῖται.

AD CAP. XXXVIII.

b οὐδὲ σχήματος ἑνός. Sic noſtri libri. σχήματος τινός edd. ἐξείραντα γλῶσσαν. Si quis defendi poſſe editam ſcripturam ἐξάραντα cenſuerit, rationem promat. Mihi interim unice placuerit emendatio iſta, quam ad hunc locum a Küſtero adnotatam in ora exempli reperi, quod olim docti illius viri fuerat. γλῶσσαν ἐξείρειν eſt *linguam exſerere*: ἐξαίρειν, *eximere alteri* (verbi gratia *victimae*) *linguam*.

Ἔμελε δὲ αὐτοῖς &c. Haec & ſequentem Platonis locum habet Suidas in Ἀναλαμβάνειν, ubi Ἔμελε τοῖς φιλοσόφοις legit, quod ex ipſo Athenaeo deſumtum videtur, & in contextum recipi a nobis potuerat. Ad hunc locum docta eſt & notabilis Casauboni *Animadverſio* huiuſmodi: »Maiorum inſtituta cum ſui temporis mori»bus contendens Athenaeus, *illos*, ait, *ne in veſtitu qui»dem fuiſſe negligentes, ſed compoſitos & modeſtos: quique »ſecus agerent, ab illis ſolitos irrideri.* Ἔμελε δὲ αὐτοῖς, in»quit, καὶ τοῦ κοσμίως ἀναλαμβάνειν τὴν ἑσθῆτα, καὶ »τοὺς μὴ τοῦτο ποιοῦντας ἔσκωπτον. Diogenes Laërtius, »in Zenone Stoico: [VII. 22.] Δεῖν τε ἔλεγε τοὺς νέους »πάσῃ (malim ἐν πᾶσι) κοσμιότητι χρῆσθαι, καὶ πορείᾳ, »καὶ σχήματι, καὶ περιβολῇ. In hanc ſententiam lauda»tur ab Athenaeo Platonis elegantiſſimus *locus*. - - - »Plato igitur *in Theaeteto* [p. 120. T. II. ed. Bip.] com»parans inter ſe hominem liberaliter eductum, & eum qui »liberali cultu caruerit, notas quibus dignoſci queant, »profert. Ait inter alia, *bonum illum bonis prognatum, ſi »ad ſervilia miniſteria adhibeatur, ineptum & nihili futurum; »alterius mores eſſe*, τὰ μὲν τοιαῦτα πάντα δυναμένου το»ρῶς τε καὶ ὀξέως διακονεῖν· ἀναβάλλεσθαι δὲ οὐκ »ἐπισταμένου ἐπιδέξια ἐλευθέρως· *hominis qui talia quidem »prompte & celeriter noverit obire miniſteria; caeterum qui »dextre & ut liberum decet veſtem componere neſciat.* Platonis

» interpretes, viri eruditiſſimi, vocem *ἀναβάλλεσθαι* aliter b
» acceperunt. Sed potior apud me Athenaei ſententia,
» qui ad *amictum* refert. Sic enim apud Lucianum, de
» Conſcrib. Hiſtor. [cap. 20.] primum argumentum ho-
» minis non ingenui ab indumentis & cultu ſumitur: *Ἐοί-*
» *κασιν*, ait, *οἰκέτῃ νεοπλούτῳ ἅρτι τὰ τοῦ δεσπότου κλη-*
» *ρονομήσαντι, ὃς οὔτε τὴν ἐσθῆτα οἶδεν ὡς χρὴ περιβαλέ-*
» *σθαι*. Quod Luciano *περιβαλέσθαι*, Platoni eſt *ἀναβάλ-*
» *λεσθαι*: quod eſſe *ἀττικώτερον* critici obſervant. [Suid.
» in *Ἀναβάλλει*.] Lucianus de Sectis, [in Hermotimo,
» c. 18. T. IV. p. 22 ſq. ed. Bip.] loquens de veteribus
» Stoicis: *ἑώρων αὐτοὺς κοσμίως βαδίζοντας, ἀναβεβλημένους*
» *εὐσταλῶς*. Et mox: [ibid. p. 23.] *ἄχρις ἂν εὐσταλὴς ᾖ*
» *ἀναβολή*. Errat igitur Suidas, & reprobis uſus eſt Athe-
» naei codicibus, cum legit iſto loco *ἀναλαβέσθαι*: viſe
» illum in *Ἀναλαμβάνειν*. Pollux veram lectionem agno-
» ſcit, libro ſecundo; [ſect. 159.] cuius verba ex Plato-
» ne emendabis: & Themiſtius Oratione prima, ubi ha-
» bes integrum fere Platonis locum. *Ἐπιδέξια* valet *δε-*
» *ξιῶς*, ut explicat recte Pindari Scholiaſtes, Olympionic.
» ode VI. [& Pollux l. c.] Minus recte Platonis & The-
» miſtii editiones, *ἐπὶ δεξιά*. At Suidas peſſime duobus
» locis ſcribit *ἐπιδεξιελευθέρως*. [ſub hac ipſa voce, & in
» *Ἀναβάλλεσθαι*.] Plato in convivio: *δοκεῖ γάρ μοι χρῆ-*
» *ναι ἕκαστον ἡμῶν λόγον εἰπεῖν, ἔπαινον Ἔρωτος, ἐπιδέξια*
» *ὡς ἂν δύνηται κάλλιστον*. Hic & tribus aliis huius libri
» locis *ἐπιδέξια ἐπαινεῖν* dixit Plato, quomodo poëtae *ἐπι-*
» *δέξια οἰνοχοεῖν*: quod veterum alii expoſuerunt, *dextre*
» *& eleganter*; alii, *ordine*, *ductu a dextris principio*. In quar-
» to de Republica [haud procul initio] ſcribendum, *τοὺς*
» *κεραμέας κατακλίναντες ἐπιδέξια πρὸς τὸ πῦρ*: *ad ignem*
» *in ſtratis commode & eleganter collocantes*. Contrarium *τοῦ*
» *ἐπιδέξια ἀναβάλλεσθαι* dicunt *ἐπαριστερὰ περιβεβλῆσθαι*,
» *ſiniſtre & indecenter veſtem geſtare*. Artemidorus libro III.
» cap. 24. *ἐπαρίστερα περιβεβλῆσθαι, ἢ ὅπως ποτὲ γελοίως*
» *καὶ μὴ κοσμίως, πᾶσι πονηρόν*. Ita ſcribi debet iſte locus
» Artemidori. Ariſtophanes in Avibus: [vſ. 1566.] *Οὗ-*
» *τος, τί δρᾷς; ἐπαρίστερ' οὕτως ἀμπέχῃ; οὐ μεταβαλεῖς*
» *ἱμάτιον ὡς ἐπιδέξια*; Non celabo *τοὺς φιλοπλάτωνας*
» ſuſpicionem meam in ſuperiore loco ex Theaeteto: le-
» go enim, *ᾧ ἀνεμέσητον εὐήθη δοκεῖν, καὶ οὐ δεινῷ εἶναι*
» *ὅταν ἐς δουλικὰ ἐμπέσῃ διακονήματα*; non, ut vulgo,

b » καὶ οὐδενὶ εἶναι: quod etsi aliquam prae se fert venu- » statem, κίβδηλον tamen videtur καὶ τοῦ πονηροῦ κόμμα- » τος. « — Usum verbi ἀναβάλλομαι pro ἐνδύομαι post auctores a Casaubono citatos, adnotarunt etiam Eustath. ad Odyss. α'. p. 40, 36. & Thomas Mag. in Ἀνεβαλόμην p. 65. Attamen multo aliter accipiendum id verbum in praedicto Platonis loco censuit SALLIER in *Mémoires de l'Acad. des Inscript.* T. XIII. p. 323. ubi illud vernaculo sermone interpretatur *préluder avec grace sur aucune grande vérité;* contenditque, (ibid. p. 330.) prorsus in alienum sensum detortum illud esse ab Athenaeo & a Casaubono. Pro ἐλευθέρως, quod apud Athen. ex Platone edidit Casaubonus, ἐλευθερίως restitui ex nostris msstis & ed. Ven. & Bas. Ac fortasse eodem modo apud Platonem legendum. In ed. Ven. quidem apud Athenaeum (partim ut apud Suidam) iunctis vocibus ἐπιδεξιελευθερίως scribitur. Sed in huius loci scriptura aliud praeterea observandum. Non crederes, Casaubonum, tam multa licet ad eumdem locum adnotaverit, tacuisse tamen, duo a se verba in Athenaei contextu mutata esse, ad exemplum quidem lectionis quae apud Platonem exstat, sed contra fidem codicum Athenaei, cum quibus etiam consentiebant Suidae codices; a quorum codicum scriptura ut discederetur nulla prorsus ratio cogebat. Scilicet apud Platonem quidem, prout ibi postulabat connexio cum praecedentibus verbis, recte legitur πάντα δυναμένου &c. & dein ἁρμονίαν λόγου λαβόντος. At Athenaeum nil impediebat, quo minus loco istorum genitivorum accusativos poneret, δυναμένους & λαβόντας. Et δυναμένους habent editiones Ven. & Bas. itemque Suidas duobus locis, cum in Ἀναλαμβ. tum in Ἐπιδεξ. Nec dubito, eodem modo esse in msstis. Porro λαμβάνοντας habent editt. Ven. & Bas. λαβόντας vero (pariter quidem in accus. casu) ambo nostri mssti, cum Suida locis citatis. Casaubonus vero, sua auctoritate, ne monere quidem de suo consilio dignatus lectorem, δυναμένου & λαβόντος edidit. Quod quum nunc demum animadverterim, monitum velim lectorem, restituendam esse Athenaeo suam scripturam, δυναμένους, & λαβόντας. Deletamque velim illam notulam, contextui a nobis subiectam » δυναμένου μὲν lego; « aut certe sic refictam malim: » δυναμένους μὲν lego. « Nam facile credas, particulam μὲν ibi ab Athenaeo

ſcriptam fuiſſe, intercidiſſe vero (ut perſaepe factum ob- b
ſervavi) ex ea occaſione de qua dixi ad Polyb. V. 30, 1. & XXIX. 11, 8. Mox pro ὑμνῆσαι perperam ὑπαντῆσαι eſt apud Suidam utroque loco. Apud eumdem Suidam in Ἀναλαμβάνειν, quod ibi dicitur ἐπὶ τοῦ ἀνέχειν dictum, notabis neglectam a Küſtero neceſſariam emendationem ἀμπέχειν, pro ἀνέχειν, iam olim ab H. Steph. (in Theſ. Gr. Ling. II. 560. a.) propoſitam. In eiuſdem Küſteri editione ibidem poſt Ἀναλαμβάνειν temere omiſſa eſt vox αἰτιατικῇ, quam habent editt. vett. Ita negligenter ſubinde vir ille, quamquam eximie utique & immortaliter de Suida meritus, ſuſceptam provinciam adminiſtravit: quod planius etiam olim patebit, ubi eidem Adoleſcenti, a quo Athenaei codices Pariſienſes noſtrae editionis cauſſa collati ſunt, conſilium exſequi licuerit, quod cum maxime agitat animo, Suidam e manuſcriptis codicibus diligentius emendatum edendi. Caeterum iſtum Athenaei Platoniſque locum iam olim cum eis, quae Theophraſtus in Charact. cap. περὶ Ἀγροικίας habet, contulerat Caſaubonus noſter ad Theophr. p. 142 ſq.

Σαπφὼ περὶ Ἀνδρομέδας σκώπτει. »Vix Athenaeum ſic »locutum putem, pro Ἀνδρομέδαν σκώπτει. Sed debe- »mus, opinor, hunc Atticiſmum, & his ſimiles quos fa- »cile obſervabit peritus linguae iſtius lector, horum Ex- »cerptorum conſarcinatori.« CASAUB. — Utique σκώπτειν τινὰ dicunt Graeci: ſed quidni intelligere poſſimus, περὶ Ἀνδρομέδας λέγουσα, οὕτως σκώπτει, ſcilicet αὐτήν? *Andromedam* iſtam conſtat aemulam SAPPHUS fuiſſe. Poe- c
triae huius verſiculi continua ac veluti ſoluta oratione ſcripti legebantur in editionibus omnibus: ſed in Notis ad Theophr. p. 141. ita eos diſtinxerat Caſaubonus, ut eos dedimus, & ante nos Wolfius in Sapphûs Carminibus num. XLII. Priora verba mendoſiſſime in ed. Ven. & Baſ. ſic legebantur, Τῆς δ' ἀγριότατον θέλγει νόον. Recte Caſaubonus ad Theophr. ſic:

Τίς δ' ἀγριῶτις θέλγει νόον,

quemadmodum dedimus, conſentientibus noſtris msstis. Et ſic quoque Euſtath. ad Odyſſ. χ'. 770, 37. niſi quod apud eum ἀγροιῶτις ſcribitur, nempe ſicut ὁ ἀγροιώτης uſurpaverat Homerus. In Athenaei vero editione ſic poſuit idem CASAUB. τὶς δ' ἀγριῶτις τοι θέλγει νόον. Rurſus idem, parum conſtans ſibi, paulo aliter in *Animadv.*

c ubi quidem de ſcriptura verborum nil niſi hoc ait: »Sap-»phûs verba, τίς ἀγροιῶτις τοι θέλγει νόον; emendata no-»bis ex membranis & Euſtathio.« — Tum vero ibidem ſic pergit: »Similis eiuſdem poetriae locus, &, ut puto, »iſti cohaerens, vel hic ipſe, apud Maximum Tyrium, »Sermone VIII. in comparatione Socratis & Sapphûs: »Κωμῳδεῖ, inquit ille de Socrate, σχῆμά που καὶ κατά-»κλισιν σοφιστοῦ· καὶ αὕτη, τὶς δ' ἀγροιῶτιν ἐπεμμένα »(malim ἐπιειμένα, vel ἐπαμμένα dorice pro ἐφημμένα) »στολήν. [Vide Wolf. Sapph. Carm. n. LIV.] Similis item »alius locus Sapphonis, ubi σκώπτει τὸν ἀγροῖκον, ſed »aliter, apud Demetrium Phalereum.« — Demetr. Phal. ſect. 167. Wolf. Fragm. Sapph. LXXXIII.

Duo poſteriores verſiculi ſic ſonant:

οὐκ ἐπισταμένη τὰ βράκεα
ἕλκεν ἐπὶ τῶν σφυρῶν;

ubi neſcio quo caſu factum, ut in noſtro exemplo τῶν articulus, quem libri omnes communi conſenſu agnoſcunt, fuerit praetermiſſus: quem *ſuo loco reſtituendum* moneo. Vocabulum βράκος per πρόσθεσιν literae β ex ῥάκος formatum ſtatuit Euſtath. ad Il. 168. 13. & Od. 15, 20. unde *vilem laceramque veſtem* ſonare putes: at Heſychius tamen πολυτελὴς ἐσθὴς interpretatur. De *muliebri* veſte maxime uſurpari, ex Theocr. XXVIII. 11. cum iſto Sapphûs verſiculo collato coniectare licet. ἕλκεν, infinitivus doricus pro ἕλκειν. Negat igitur Sappho, poſſe cuiquam placere Andromedam, quae ruſticarum modo veſtem ſubductam geſtet. Confer Caſaub. ad Theophr. p. 140.

Φιλέταιρος· Ἀμφὶ στέρνοις φᾶρος οὐ καθήσεις &c. Hoc dicit: *Pallium nec circa pectus nimis demittas*, (ſcilicet ut nudum pectus oſtentes;) *nec ſupra genu adductum geſtes, ruſticorum more.* Satis plana, ut mihi viſum erat, ſententia. Sed mire turbata erat huius loci ſcriptura. In ed. Ven. & Baſ. ſic ſcribitur: Φιλαίτερος ἢ Ἄμφις, καλλιστέρνων φάρος οὐ καθήσεις. CASAUBONUS, in Comment. ad Theophr. Charact. cap. περὶ Ἀγροικίας, componens hunc locum illis Theophraſti verbis, καὶ ἀναβεβλημένος ἄνω τοῦ γόνατος καθιζάνειν, haec ſcripſerat: »Meminit huius ru-»ſticitatis & ineptitudinis vetus poëta *Philetaerus ſive Am-»phis*, Ἀμφίβαλλε στέρνοις φᾶρος; οὐ καθήσεις (vel καθί-»σεις) τάλαν; μηδ' ἀγροίκως ἄνω γόνατος ἀμφέξῃ; h. e. »*Ne pallium infra pectus demittas miſer; nec ſupra genu ad-*

» *volvas ruſticorum more. Ita legi debet hic locus apud Athe-* c
» *naeum ex veteribus membranis.* Dein poſtquam in ipſius Athenaei editione eodem fere modo poſuiſſet idem CASAUBONUS, Φιλέταιρος, ἢ Ἄμφις, Ἀμφίβαλλε στέρνοις φάρος· οὐ καθήσεις τάλαν, μηδ' ἀγροίκως ἄνω γόνατος ἀμφέξῃ; in *Animadverſionibus* primum ſilentio praeteriit hunc locum, in *Addendis* vero haec notavit: »Sequitur Φιλέ-» ταιρος ἢ Ἄμφις. ubi non temere dubitationi eſt locus: » nam libro VII. [p. 295. f.] laudatur Amphis ἐν Φιλε-» ταίρῳ. quod ad haec verba Turnebus adnotaverat. Ali-» bi citatur ambigue Νικόστρατος ἢ Φιλέταιρος. [III. 108. » c. 118. e.] Initio huius teſtimonii ſecuti ſumus ſcriptam » lectionem, Ἀμφίβαλλε στέρνοις φάρος. Alii libri, καλλι-» στέρνων φάρος οὐ καθήσεις τάλαν; Turnebo placebat, » κάτω στερνῶν φαρ. propter ſequentia ἄνω γόνατος.« — Quod iam plus ſemel dixi, id nimis etiam ſaepe in Caſauboni ratione obſervabimus: quos habuit ille Codices Manuſcriptos, iis nimis negligenter feſtinanterque uſus eſt: aliorum codicum ſubinde invocavit auctoritatem, quos numquam ille inſpexerat, ſed e quibus habebat (quemadmodum & nos e Pariſienſibus codicibus) notulas excerptas, & in ora impreſſi alicuius exempli inſcriptas; ſed eas partim negligentius excerptas habebat, partim mixtas cum aliis notulis, quibus nonniſi coniecturae (ſaepe parum neceſſariae, ſubinde etiam parum felices) virorum quorumdam doctorum continebantur; quas ille notulas cunctas promiſcue pro veterum codicum msstorum lectionibus habuit. Hoc loco, in quo verſamur, quid putas, Lector, legi in ſcriptis codicibus? — Id ipſum ii dant, quod in noſtro exemplo poſuimus, Φιλέταιρος· Ἀμφὶ στέρνοις φᾶρος οὐ καθήσεις, &c. Nihil amplius. Pariter & iſtud adſumentum, ἢ Ἄμφις, (quod unde ortum ſit facile adparet) & illud βάλλε (e quo ἀμφίβαλλε fecerunt editores) ignorant. Sic certe non modo ambo noſtri Pariſienſes codices: ſed nec aliud quidquam in Florentinis olim reperiſſe Natalem Comitem ex verſione huius interpretis liquido intelligitur; qui, quum plerumque aliàs (licet pluribus ſe codd. msstis uſum profeſſus) nimis preſſe Aldinum ſecutus ſit exemplum, hunc locum ſic eſt interpretatus. » *Philetaerus:*

» *Veſtimenta miſer demittes? pallia circum*
» *Pectora coniicias: nec ſupra genua teneto*

c » *Ruſtice.* «

Vides, *Amphidem* Philetaero adiectum non agnoviſſe hunc interpretem: quod vero ait, *pallia circum pectora coniicias*, partim e coniectura ſic vertit, partim ut verſum impleret, quoniam verſibus latinis exprimere graeca Comici voluit. Iſtud verbum *coniicias* anſam deinde dedit docto neſcio cui viro, ut ἀμφίβαλλε legendum ſuſpicaretur; quam coniecturam Caſaubonus pro lectione manuſcripti codicis accepit. Potuit comicus Amphis auctor eſſe fabulae, cui titulus Φιλέταιρος: at nec de poëta illo, nec de iſta fabula nunc agebatur. Satis notus poëta *Philetaerus*, comici Ariſtophanis filius, comicus & ipſe, cuius plures fabulae paſſim laudantur ab Athenaeo.

In fine verborum PHILETAERI, ἀμφέξῃ edebatur, ubi praeeuntibus ambobus noſtris codicibus Atticam formam ἀμφέξει reſtituimus. Eamdem formam apud alios dramaticos poëtas, ſexcentis in locis (obliteratam a librariis aut editoribus) meliorum codicum msstorum fide Brunckius reſtituit; veluti in ſimillimo apud Ariſtophanem loco, Avib. 1567. pro olim vulgato ἀμπέχῃ, ἀμπέχει poſuit. In noſtro Athenaei exemplo unum h. l. mutatum velim. Pro ἀμφέξει; ſcribe ἀμφέξει. ſublato *interrogandi ſigno*, quod e Caſauboniano exemplo in noſtrum irrepſit.

Θεόκριτον τὸν Χῖον ὡς ἀπαίδευτον μέμφεσθαι τὴν Ἀναξιμένους περιβολήν. » Lego ἀπαιδεύτου, non ἀπαίδευτον. » Eſt enim duriuſculum, περιβολὴ ἀπαίδευτος. « CASAUB. — Facile probarem iſtam emendationem, ſi vel unius libri auctoritate niteretur: ſed in librorum conſenſu nihil opus erat ſolicitare ſcripturam, quae facile ferri poterat. De THEOCRITO *Chio*, poëta epigrammatico, qui Alexandri M. vixit aetate, vide Menag. ad Laërt. V. 11. ANAXIMENEM, non Ionicum philoſophum, ſed vel rhetorem eiuſdem aetatis intellige, vel hiſtoricum, utrumque Lampſacenum, quorum meminit Laërt. II. 3. ubi vide Interpretes, & quos illi laudarunt auctores. *Chium* etiam *Anaximenem*, adeoque popularem Theocriti, nominat Lucianus in Herodot. ſ. Aëtione, cap. 3. T. IV. p. 118. ed. Bipont. qui an diverſus fuerit a Lampſaceno rhetore, non vacat nunc diſquirere.

Καλλίστρατός τε ὁ Ἀριστοφάνειος. *Calliſtratus* Grammaticus fuit, ſaepius apud Suidam, (ubi vide Küſteri Indicem Auctorum) haud ſemel ab Athenaeo citatus. Is Ἀριστο-

φάνειος & h. l. & VI. 263. e. cognominatur, id eſt, *diſci-* c
pulus Ariſtophanis Grammatici Byzantii, Bibliothecae Alexandrinae ſub Ptolemaeo Philad. praefecti; de quo Ariſtophane vide Fabric. Bibl. Graec. T. VII. p. 53. Eiuſdem Ariſtophanis diſcipulus fuerat etiam *Ariſtarchus* Grammaticus, quem a *Calliſtrato* (condiſcipulo) *ob neglectum in veſtis habitu decorem reprehenſum* ſcribit Athenaeus. Pari ratione Artemidorus Grammaticus paſſim Ἀριστοφάνειος vel Ἀριστοφάνιος vocatur; atque etiam ψευδαριστοφάνειος cognominatur, (I. 5. b.) puto quod pro Ariſtophanis diſcipulo falſo habitus ſit aut haberi voluerit.

» Proxima verba, φέροντός τι τοῦ τοιούτου καὶ πρὸς παι- » δείας ἐξέτασιν, vertere debes, *tanquam habeat illa res* » *educationis aliquod ſpecimen.* ἐξέτασις, *argumentum, ſpeci-* » *men:* ut in Apologia Apuleii, *quaſi ullum ſpecimen mo-* » *rum ſit, verſibus luderet;* potes reddere graece ad verbum, » ὡς φέροντός τι πρὸς ἠθῶν ἐξέτασιν τοῦ ἐρωτικὰ ποιεῖν » ἔπη. Casaub. — Cum in iſta Caſauboni Animadverſione, per errorem, pro καὶ τοῦ τοιούτου expreſſum eſſet τοῦ τοιούτου καὶ, iſtud erratum non modo in Animadv. tenuere hi qui duas poſteriores editiones Caſaubonianas curarunt, ſed idem erratum etiam in ipſius contextus exemplo ad oram adnotarunt, velut emendationem a Caſaubono propoſitam.

Alexidis *verſ.* 2. τὸ βαδίζειν ἀῤῥύθμως. ἀρύθμως ſcribi- d
tur in noſtris libris. De re, quae hic agitur, haec adnotavit Casaub. » Ariſtophanes in Nebulis, [Nub. 964. » ed. Br.] de antiqua diſciplina verba faciens: Ἔδει βαδί- » ζειν ἐν ταῖσιν ὁδοῖς εὐτάκτως. Plutarchus & Porphyrius » περὶ Ἀποχῆς in duobus conſtituunt τὸ σεμνὸν τοῦ κατα- » στήματος, id eſt, *gravitatem illam quae in geſtu ſpectatur:* » πορείᾳ εὐτάκτῳ, καὶ βλέμματι καθεστηκότι, *inceſſu mode-* » *ſto, & vultu compoſito.* In Rhodiaca Dionis Chryſoſto- » mi, inceſſus inter non levia Graecanicae inſtitutionis in- » dicia, non barbarae. « &c.

Verſus 3 & *ſqq.* ſic editi legebantur:

ἐξὸν καλῶς. οὔ μήτε πράττεται τέλος
μηδεὶς ἡμᾶς, μήτε μὴν δόντας δι' ἑτέρων λαβεῖν.
φέρει δὲ τοῖς μὲν χρωμένοισιν εὖ
δόξης τιν' ὄγκον, &c.

In quibus verbis nil mutant mssti noſtri, niſi quod *verſu* 5. voculam εὖ poſt χρωμ. *non agnoſcant.* De qua vo-

d ce ſuis e libris nil monens CASAUBONUS, ad *verſ.* 4 & 5. haec adnotavit: »Lego,

»ἡμᾶς τε μηδὲν δόντας ἑτέρῳ δεῖ λαβεῖν.

»*Quis*, inquit, *tanta ſcaevitate morum ſit, ut cuius rei nec* »*merces ulla poſtulatur, nec praemium ullum, ſed quam poteſt* »*ſibi quiſque praeſtare*, (hoc ſignificat, δεῖ λαβεῖν) *eam ne-* »*gligat, cum ſit & honeſta ipſi, & aliis grata?* Sequentem »verſum ita concipe:

»φέρει δὲ τοῦτο τοῖσι χρωμένοισιν εὖ, — vel,

»φέρει δὲ τοῖς μὲν χρωμένοισιν εὖ τόδε. « ———

Leguntur iidem Alexidis verſus, ex eodem Athenaei loco deſumti, apud Suidam in Ἀναλαμβάνειν, ubi *verſiculi* 3-5. (omiſſa pariter, ut in noſtris codicibus, particula εὖ in fine) ſic concepti ſunt:

ἔξον καλῶς. οὐ μήποτε πράττεται τέλος
μηδὲν γὰρ ἡμᾶς, μήτε δι' ἑτέρων λαβεῖν
τιμὴν δόντας. φέρει δὲ τοῖς μὲν χρωμένοις
δόξης &c.

Quos tali modo refingendos Küſterus cenſuit:

— — οὗ μήτε πράττεται τέλος
μηδέν τις ἡμᾶς, μήτε παρ' ἑτέρων λαβεῖν
δόντας τι δεῖ. φέρει δὲ τοῖς μὲν χρωμένοις &c.

Eoſdem Grotius in Excerptis ex Tragoed. & Comoed. Graec. p. 597. in hunc modum conſtituit:

— — οὗ μήτε πράττεται τέλος
μηδείς ποθ' ἡμᾶς, μήτε δόντας τι ἕτερον
λαβεῖν· φέρει δὲ τοῖσι χρωμένοισιν εὖ &c.

Brunckio ſic placuerat:

— — οὗ μήτε πράττεται τέλος
ἡμᾶς τις, οὔτε δεῖ ἑτέρῳ δόντας λαβεῖν,
φέρει δὲ τοῦτο τοῖσι χρωμένοισιν εὖ, &c.

Mihi, in primo horum trium verſuum, & in priori hemiſtychio ſecundi, Suidae ſcripturam (ut fecit Grotius) cum vulgata conciliando, in reliqua vero parte ſcripturam eiuſdem Suidae fere unice ſequendo, ita, ut edidimus, conſtituendi verſiculi viſi erant. Sed eum, qui in medio eſt, ſphalma foedavit, cui ignoſcet aequus lector, & pro μηδείς ποτ' ἡμᾶς, quod in noſtro exemplo ſcriptum eſt, μηδείς ποθ' ἡμᾶς reponet. *Eodem verſu*, ad verba μήτε δι' ἑτέρων λαβεῖν intelligendum δεῖ vel χρή. Nempe, *ut decore & compoſite incedas in via publica, nulla opus eſt arte, quam dato pretio addiſcere apud magiſtrum opor-*

teat. *Verſu* 5. nil opus erat adiecta εὖ particula: intelli- d
gendum enim e ſuperioribus, τοῖς χρωμένοις τῷ καλῶς βαδίζειν, aut τοῖς καλῶς χρωμένοις τῷ βαδίζειν. *Verſ. ult.* τίς οὐκ ἂν αὐτῷ κτῷτο cum Grotio tenui ex ed. Caſaub. Poterat perinde αὐτῷ ſcribi: ſic debuerat Suidas, apud quem eſt τίς οὐκ ἂν αὐτὸ κτῷτο. Perperam tranſpoſitis verbis eſt κτῶτ' αὐτῷ in ed. Ven. & Baſ. ſimiliterque κτῶτο αὐτῷ in cod. *a.* & κτῶτο αὐτῷ in cod. *b.* quae ferri non poterant, quoniam faciebant ſpondaeum in ſecunda iambici verſus ſede. *Latini verſus*, quos Graecis ſubieci, GROTII ſunt.

AD CAP. XXXIX.

Καὶ Αἰσχύλος δὲ οὐ μόνον ἐξεῦρε τὴν τῆς στολῆς εὐπρέπειαν &c. Notum Horatianum, in Arte Poët. 278. *perſonae pallaeque repertor honeſtae*, *Aeſchylus*, &c. Χαμαι- e
λέων γοῦν. οὖν habent noſtri codd. Quod dein ait, f
Comicorum de Tragicis teſtimonio fidem eſſe adhibendam, ita puto intelligendum, ſi quid in laudem Tragici poëtae dixerit Comicus; aut ſi ex deperdita Tragoedia verſus aliquos verbotenus ille retulerit.

Τοὺς Φρύγας οἶδα θεωρῶν, ὅτε τῷ Πριάμῳ συλλυσόμενοι τὸν παῖδα. Sic recte edd. Perperam *συλλησόμενοι* mssti. — »Probat auctor, Aeſchylum ſuas docuiſſe ipſum fabulas, »& in ſcena geſtum egiſſe, quia ſic loquentem Ariſto- »phanes illum inducat, τοὺς Φρύγας οἶδα &c. Vim argu- »menti, quo utitur Athenaeus, corrumpit vocis unius »depravatio. οἶσθα enim legendum, non οἶδα. Quo- »modo enim dicat Aeſchylus, *ſpectatos ſibi*, inter ſpecta- »tores ſedenti, *ſaltantes Phrygas*, ſi verum eſt, ipſum »partes hiſtrionis obiiſſe. Senſus eſt: *Meminiſtin'*, ait »Aeſchylus, *ſpectaſſe in ſcena Phrygas multiplices geſtus »agentes, quando Priamum comitati ſunt, venientem in caſtra »Graecorum, ut filium Hectorem redimerent?* Docuiſſe fabu- »lam *Phrygas* Aeſchylum, teſtimonio multorum veterum »ſcimus. Eius fabulae argumentum paucis hiſce verbis »complexus eſt Athenaeus. Hiſtoriam ex Homero debue- »rant noſſe interpretes. Hic eſt enim ille poëta, qui ſoli- »tus dramata ſua appellare μικρὰ τεμάχια ἐκ τῶν Ὁμη- »ρικῶν δείπνων. Igitur συλλυσόμενοι valet hîc, *una cum »Priamo* λυσόμενοι. vide Il. ω'. [501 ſq.] Tractaverat e

f » Latinis idem argumentum poëta Ennius eâ fabulâ, quam » e re *Lutra* (id eſt, λύτρα) inſcripſerat. « CASAUBONUS. — Verba iſta, Τοὺς Φρύγας οἶδα θεωρῶν, potuit eloqui alius, qui ad ſuperiora verba Aeſchyli haec reſponderet. Sic teneri poſſe οἶδα in prima perſona iudicavi.

Καὶ Τέλεσις δὲ ἡ Τελέστης. Cum Τελεστὴς acute ſcriptum eſſet in editionibus omnibus, monuit CASAUBONUS: » Scribendum Τελέστης: nam mutato accentu aliud ſonat » τελεστὴς vox, ut diſerte notatum Euſtathio. [ad Iliad. » τ'. 1255, 48.] Alteram huius viri appellationem [ſcili- » cet Τέλεσις] confirmat ſaltatio Τελεσιακὴ, a *Teleſe* ſic » dicta, ut ſcriptum libro XIV. [p. 629. d. & 670. a.] « — Nihil ad iſta verba e msstis noſtris adnotatum. Quod ſi, ut cenſuit doctus Animadverſor, agitur hoc loco de auctore ſaltationis quam Τελεσιακὴν Athenaeus XIV. 629. d. dixit, perperam huc e ſequentibus intraverint illa verba ἡ Τελέστης, & pro Τέλεσις ſcriptum Τελεσίας oportebat; eſt enim hoc nomen illius ὀρχηστοδιδασκάλου, ut ex eodem Athenaei loco & ex Heſychio in Τελεσία & Polluce IV. 99. diſcimus. Atqui alius fuit ille *Teleſias*, Cres natione, ut Pollux l. c. docet: alius *Teleſtes*, ſive *Aeſchyli ſaltatorem* intelligas, qui continuo poſt commemoratur, ſive *dithyrambicum poëtam*, alibi ab Athenaeo aliiſque laudatum. Sed nihil hîc definire auſim: videturque hic locus brevitatis ſtudio Epitomatoris turbatus. Quae adiiciuntur verba, ἄκρως ταῖς χερσὶ τὰ λεγόμενα δεικνυούσαις, haud incommode Dalech. ſic vertit, *manibus tam argutis, ut quae pronunciaret omnia manifeſtiſſime declararent.* Vocem ἄκρως equidem *perfectiſſime* reddidi, ad ſignificatum nominis τὸ ἄκρον reſpiciens; vereor, ne non ſatis recte: praeſtabat fortaſſe, *magna contentione.* Tamen & ſupra, p. 20. f. ἄκρως ἐσφαίρισεν haud incommode reddi poſſe viſum erat, *egregie, egregia arte.* Sed VI. 248. f. ἄκρως μοι ἐπετίμησας videtur eſſe, *magnopere, acriter.* Sic quidem Heſychius: Ἄκρως· μεγάλως, ὀξέως.

Φίλλις, ὁ Δήλιος, - - - ἐμβατηρίους καὶ χορευτικάς. Hanc ῥῆσιν, quam ignorant libri antehac editi, hoc ipſo loco inſertam dedit noſter codex *a.* eodemque loco eam habebat Corſelii codex, teſte Schotto Obſervat. Humanar. lib. I. c. 6. Uterque codex mendoſe ὁ Δείλιος dabat: recte vero Schottus monuit, Δήλιος eſſe corrigendum ex Athen. XIV. 634. d. conf. p. 636. b. μικρὰς φέρειν re-

ἅτε dedit noſter codex: perperam φέρεται cod. Corſel. ἐμβατηρίους κινήσεις verti *motus proceſſionem militarem imitantes;* cogitans de alio Athenaei loco, XIV. 626. c. de quo confer quae ad Polyb. IV. 20, 12. notavimus. Adde Athen. XIV. 630. f. Rectius vero fortaſſe h. l. abeſſet adiectivum *militarem;* ut κινήσεις ἐμβατήριοι in univerſum intelligerentur *motus ad inceſſum pertinentes*, a quibus diſtinguerentur χορευτικαὶ, *motus ſaltatorii.* Satis-ne commode vero hoc ipſo loco inſerta fuerit in praedictis codicibus haec ῥῆσις, an rectius factum fuiſſet, ſi vel paulo ſuperius vel paulo inferius eſſet repoſita, non definiam. De huiuſmodi fragmentis, quae cum pleriſque prorſus deſint codicibus, in aliis loco minus commodo ſubinde inſerta leguntur, cum alibi dixi, tum praeſertim ad I. 14. d.

Ἀριστοκλῆς γοῦν. ARISTOCLIS libros *de Choris* laudat a Noſter IV. 174. c. & XIV. 620. d. itemque *de Muſica*, XIV. 620. e. Mox pro Τελέστης rurſus perperam Τελεστὴς expreſſum erat in editt. φασὶ δέ. φησὶ ſuſpicor oportuiſſe: *ait*, ſcil. *Athenaeus*, aut *Ariſtocles.*

Θέσπις. Perperam Θεσπίας cod. *a.* cum editis; Θεσπείας cod. *b.* Θέσπις legendum monuerat Caſaubonus, in memoriam etiam revocans Horatianum illud, *Dicitur & plauſtris vexiſſe poëmata Theſpis.* Κάρκινος ſcriptum oportuiſſe, non Κράτινος, perſpecte docuit BENTLEI, in *Diſſertation upon the Epiſtles of Phalaris* p. 234. *Cratinus* comicus fuit, cui non erat hic locus. CARCINUM, veterem poëtam Tragicum, eſſe illum *ſaltandi magiſtrum*, quem dixerat Athenaeus, perſpicue intelligitur ex Ariſtoph. Pace 782 ſqq. (ubi conf. Schol.) & ex Veſp. 1488 ſqq.

Μεθύων δὲ ἐποίει τὰς τραγῳδίας Αἰσχύλος. Vide Aeſchyli vitam anonymo auctore, & Plutarch. Sympoſ. I. 5. & VII. 10. itemque Lucian. in Demoſthenis Encom. cap. 15. Σοφοκλῆς οὖν &c. Idem Sophoclis dictum refert Noſter X. 428. f.

AD CAP. XL.

Ὀρχήσεις δέ. δὲ particula caſu omiſſa erat in ed. Caſ. b Agnoſcunt eam mſſti noſtri cum ed. Ven. & Baſ. Τροιζηνικαί. »Τροιζηνιακαὶ ſcribit Euſtathius. Verius etiam & »venuſtius idem, ἢ τῶν τις Ὁμηριδῶν, non [ut paulo in»ferius habent libri noſtri cum edd.] τῶν Ὁμηριδῶν τις.«

b CASAUB. — In Euſtathii editione Baſileenſi, qua utor, ad Odyſſ. θ'. p. 316, 50. ubi hic ipſe locus reſpicitur Athenaei, Τροιζηνικαὶ ſcribitur, ut in Athenaei libris ſcriptis editiſque. Placet vero quod ibid. lin. 46. legitur τῶν τις Ὁμηριδῶν. Sic quidem ſolet Athenaeus, & terſiores ſcriptores.

Ὀρχηστὰ, ἀγλαΐας ἀνάσσων &c. Vide Schneideri Fragm. Pind. num. 121.

ἐν τοῖς εἰς Ἀπόλλωνα Ὕμνοις. Homeri Hymn. in Apoll. vſ. 515 ſq. ubi, ut monuit CASAUBONUS: »Scribitur ho» die ἀγατὸν κιθαρίζων; non, ut hîc, χάριεν. Quae » videtur [inquit ille] eſſe interpretatio vocis ἀγατὸν, » pro ἀγαστὸν, ut ἀδάματος pro ἀδάμαστος, & ſimilia » his: vel ſcribendum in noſtris libris ἀγανὸν, quod pla» ne eſt χάριεν.« —

c Εὔμηλος δὲ, ἢ Ἀρκτῖνος ὁ Κορίνθιος. »*Eumelus* & *Arcti*» *nus*, antiquiſſimi poëtarum ambo, Corinthii ambo. Cle» mens Alex. Euſebius, alii.« CASAUB. — Immo vero *Mileſius* proditur *Arctinus* apud Hieronymum ex Euſeb. & apud Suidam in Ἀρκτῖνος: nec uſquam aliâs, quod ſciam, *Corinthius* fuiſſe perhibetur. *Eumelum* vero *Corinthium* fuiſſe conſtat inter omnes. Quare tranſpoſitis verbis ſic ſcriptum oportuiſſe ſuſpicatus ſum, Εὔμηλος δὲ ὁ Κορίνθιος, ἢ Ἀρκτῖνος: quemadmodum ſcriptum exſtat apud eumdem Noſtrum VII. 277. d. quo ex loco ſimul diſcimus, de veteri illo carmine agi, quod Τιτανομαχία inſcriptum erat. Verſum ex illo carmine prolatum, ex hoc Athenaei loco, una cum ſequentibus nonnullis apud auctorem noſtrum verbis, citavit Euſtath. ad Odyſſ. θ'. pag. 316, 48.

Θεοφρ. δὲ πρῶτόν φησιν. Sic commode noſtri libri. φησὶ πρῶτον editi. σικελίζειν, τὸ ὀρχεῖσθαι. Sic & Euſtath. l. c. Longe vero aliter id verbum exponitur apud Heſych. & Suidam.

AD CAP. XLI.

d Ὅτι τὸ Μουσεῖον. In noſtro cod. *a.* ſic legitur: Ὅτι τὸ Ἀθήνησι τὸ ἐν πρυτανείῳ μουσεῖον. At, de *Alexandrino Muſeo* locutum eſſe Timonem, ex ipſis ſubiectis verſibus adparet.

βιβλιακοὶ χαρακεῖται. » βυβλιακοὶ χαρακῖται non inepte d
» Dalecamp. *pugnantes libris.* χαρακίζειν, *fudibus* vel *ha-*
» *ſta pugnare.* Inde χαρακίτης, *velitator.* Sic κάμαξ, quod
» proprie idem eſt ac χάραξ, pro *haſta* ponunt poetae.
» Leonidas: ἄκλαστοι δ' αἱ κλαδαραὶ κάμακες. [vide no-
» tata ad Polyb. VI. 25, 5.] Malim tamen exponere βυ-
» βλιακοὶ χαρακῖται, *ſcriptores librarii* ſive *librorum.* χάραξ,
» pro *ſtylo;* ſicut χαράττειν, pro *ſcribere;* in Epigr. λε-
» πτὸς τὰς ἐχάραξε δόναξ. Apud Euſtathium [Odyſſ. δ'.
» p. 157, 51.] βυβλιακῇ, perperam. « CASAUB. — In
ſcriptura βιβλιακοὶ χαρακεῖται nil variant libri: nec in ea
quidquam deſideres, licet lubens accepiſſem χαρακῖται,
ſi fuiſſet oblatum. Apud Heſychium habes χαρακέαι· οἱ
ἐν τοῖς χάραξι διατρίβοντες: ubi de ſcriptura quidem vo-
cabuli dubitare licet, placet vero expoſitio. Ad eamdem
quidem rationem βιβλιακοὶ χαρακεῖται h. l. dicti viden-
tur, *qui inter libros veluti intra vallum habitant; libris vallati.*

Μουσέων ἐν ταλάρῳ. Μουσάων habent noſtri libri & Eu-
ſtath. quae forma, ſi quid video, nec huius loci erat, &
adverſabatur metro. — » Τάλαρος Μουσέων, *quaſillus Mu-*
» *ſarum*, periphraſis eſt venuſta Muſei Alexandrini, ubi fuit
» doctorum coenobium. Sic latinis *quaſillariae* per εὐτε-
» λισμὸν dictae, quae in gynaecio concluſae vitam dege-
» rent tenebricoſam, penſa facientes. Tibullus: *preſſumque*
» *quaſillo ſcortum.* « CASAUB.

* * ἕως ἂν τῆς λογοδιαῤῥοίας ἀπαλλαγῶσιν οὗτοι. » Ede- e
» batur ante, ἕως ἂν τῆς λογοδηρίας ἀπαλλαγῶσι. Feci-
» mus λογοδιαῤῥοίας ex mss. codd. & Euſtathio, qui no-
» bis ſaepe pro optimo msto fuit. Fruſtra autem iſta cum
» ſuperioribus conantur interpretes connectere: non enim
» cohaerent, poſtquam omnem εἱρμὸν ſuſtulit Breviator.
» Sunt autem Cynulci verba, tam longam ſine potu ora-
» tionem aſpernantis: ideo ſequitur, [p. 23. a.] οὕτω τού-
» τοις φησὶ κυνολογήσασιν ἐδόθη πιεῖν. « CASAUBONUS. —
Quo indicaretur connexionis defectus, duo *aſteriſcos* ver-
bis iſtis praefigere placuit. Locum hunc reſpexit Euſtath.
ad Odyſſ. *ι.* p. 359, 24. Caſauboni libris adſentiuntur no-
ſtri. Eamdem vocem λογοδιάῤῥοια rurſus habes IV. 159. e.

In CHAMAELEONTIS *verſ.* 2. pro ἰατρῷ, quod erat
editum, ἰντρῷ ſcripſi cum noſtris codicibus. Eoſdem
verſiculos reperies etiam apud Euſebium, Praep. Evang.
V. 30. ubi χρῆσθε ἰατρῷ editur.

e Καὶ Μνησίθεος δέ. Ipſos *Mneſithei* verſus vide infra, II. 36. a. b.

Alcaei *verſ.* 1. Οἴνῳ πνεύμονα τέγγε. Sic h. l. libri omnes & Euſtath. ad Odyſſ. *ι.* p. 331, 13. Infra vero, X. 430. b. ubi repetuntur iſti verſus, inverſe ſic ſcribitur Τέγγε πνεύμονας οἴνῳ. Ibidem dein recte Doricum habes, ἃ δ' ὥρα χαλεπά. Quod ait ἄστρον περιτέλλεται, monuit Iani, in Commentatione III. de Alcaeo, eſſe proprie, *circumvolvitur*, id eſt, *anno exacto & circumvoluto ipſa quoque canicula in orbem circumvoluta redit.* conf. Iliad. β'. 551. ὥρα, generatim, *anni tempus;* ſed ſigillatim (ut ex Galeno adnotavit H. Steph. Theſ. Gr. Ling. IV. 792. g.) illud f *anni tempus, in cuius medio canicula oritur.* πάντα δὲ διψᾷ. Sic Caſaubonus edidit. In ed. Ven. & Baſ. vero lacuna eſt, πάντα δὲ δι . . . ὑπὸ καυμ. In noſtro cod. *b.* πάντα δ' ἐδ . . . ὑπὸ, pariter cum lacuna: in cod. *a.* vero, πάντα δ' ἐδίψουν. In quo quid lateat, viderint docti: nam & in altero Athenaei loco, X. 430. b. ubi iidem verſus occurrunt, rurſus διψᾷ non agnoſcunt veteres libri, ſed δίψαις ibi habent vetuſtiſſimae noſtrae membranae cum ed. Ven.

Εὐπολίς τε. Potueram adiicere nomen fabulae, ἐν Κόλαξι, quod, haud dubie adiectum ab Athenaeo, praetermiſit ſuo more Epitomator, declaravit autem Plutarchus, ubi eamdem rem commemoravit, Sympoſ. VII. 1. itemque Macrobius Saturnal. VII. 15.

Ἵνα πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πνεύμονα ἔκλυτον φορῇ. »Non »capio iſta verba. Legerem ſic: Ἵνα πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν »πνεύμονα ἄκλυτον οὐ φορῇ: vel ἄκλυστον, quod idem eſt: »*cogebatur bibere, ne etiam ante caniculam pulmonem omni* »*humore deſtitutum haberet.* Iuvat quod ſequitur, ἡμῖν δ' οὐ »μόνον ὁ πνεύμων ἀπεξήρανται. Res *ſicca* quî poſſit dici »ἔκλυτος, nullus video.« Casaub. — Tum Idem in *Addendis*, de ſua iſta emendatione loquens: »Proba quidem, »inquit, ſed caſſa veri ſententia. Nam apud Plutarchum »in ſeptimo Sympoſiacorum [cap. 1.] ſcriptum ἔκλυ»ρον, quae vera eſt lectio. Proprie dicitur ἔκλυρος ner»vus *ad lyram ineptus, quod nimio humore madeat.* Poëtae »generaliter acceperunt de *quacunque re humida.* Heſy»chius enim explicat, ἔνικμον καὶ ὑγρόν. Senſus eſt: *ſo»litum Protagoram iubere Calliam bibere, ut ſaltem ante cani»culam & Syrii caumata pulmonem haberet humectum.* Macro-

» bii libri, & noſtra etiam antiqua [Athenaei] exempla- f
» ria ἔκλυτον, facili errore. « — Equidem ſcripturam iſtam, quae apud Plutarchum obtinet, ſi quidem commodam admittat interpretationem, hoc ipſo ſe commendare intelligo, quod ſit dictio rarioris uſus, quae tanto facilius corrumpi aut detorqueri potuerit a librariis. Sed videtur τὸ ἔκλυρον per ipſam illam originationem, quam explicavit Caſaubonus, vix de alia *re humida* poſſe dici, niſi de ea quae *humiditate corrupta* aut certe in praeſens *inutilis facta* ſit. Quo minus ego, praeſertim in Macrobii cum Athenaei libris conſenſu, auſus ſum iſtam ſcripturam huc inferre. Nec vero ipſum vocabulum ἔκλυτον frequens admodum eſt ea notione, quae hic locum habet: attamen percommode *dilutum* exponi poſſe viſum mihi erat. Apud Heſychium vox Ἔγγαυρον, quae (pariter atque ἔκλυρον) per νοτερὸν & ἔνικμον exponitur, ſimul etiam per ἐκλελυμένον redditur, quod idem prorſus ac ἔκλυτον ſonat. Paulo inferius, I. 24. c. τὸν κόπον λύειν τῇ θαλάττῃ, eſt *laſſitudinem diluere lavando in mari:* ubi perinde ἐκλύειν dici potuiſſet. Vulgatum ἔκλυτον tenuit etiam Grotius, Excerpt. p. 501. qui perſpecte vidit, verbis illis,

πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πνεύμον' ἔκλυτον φορῇ,

iuſtum contineri Eupolidis ſenarium: πνεύμονα ἔκλυτον autem *mollem pulmonem* interpretatus eſt.

Ὁρᾷς παραὶ &c. » In ANTIPHANIS *verſibus* pulcra ineſt a
» parodia loci huius ex Antigone Sophoclea: [vſ. 712 ſqq.
» ed. Brunck.]

» Ὁρᾷς; παραὶ ῥείθροισι χειμάῤῥοις ὕσα
» δένδρων ὑπείκει, κλῶνας ὡς ἐκσώζεται·
» τὰ δ' ἀντιτείνοντ' αὐτοπρέμν' ἀπόλυται. «

CASAUBONUS. — Eoſdem *Antiphanis verſus* ex Athenaeo protulit Euſtath. ad Odyſſ. *i.* p. 331, 13 ſqq. e quo eos (quod nunc demum animadverti) Brunckius etiam in Notas ſuas ad Sophoclis Antigonam retulit. Quod *verſ.* 1. & 2. *perſonarum partes* diſtinxi, in eo praeeuntem habui Grotium in Excerpt. p. 635. Poteras vero etiam (quod Brunckius feciſſe videtur) ſtatuere, eumdem hominem qui quaeſtionem moverat, ipſum mox ſibi reſpondere. *Verſ.* 2. φημ' ἐγώ. Sic φημ' abſque accentu ed. Caſ. φῆμ' expreſſum eſt apud Euſtath. φήμ' ἐγώ in ed. Ven. & Baſ. & ſic quoque excudi curavit Brunck.

Verſ. 3. παραὶ ῥείθροισι. Tenui hoc e Caſauboni edi-

a tione: quod nollem factum; nam & contra librorum fidem, & praeter neceſſitatem, ita ſcripſiſſe editorem illum intelligo; qui ſua-ne unice auctoritate id fecerit, an Turnebi ſecutus ſit exemplum, non habeo compertum. Ne apud Sophoclem quidem vel mssti libri, vel veteres editi, παραὶ ῥείθροισι habent, ſed partim ſic ſcribunt παραῤῥείθροισι, partim παρὰ ῥείθροισι, quam poſteriorem ſcripturam Brunckius, ſicut probam eſſe docuerat in Not. ad Aeſchyli Prometh. 1031., ſic apud Sophoclem fide mssto-rum recepit. Atqui eodem modo, παρὰ ῥείθροισι hoc etiam loco ambo noſtri codices & Euſtathius cum ed. Ven. & Baſ. ſcribunt, quod adeo teneri potuerat debueratque: quod a Grotio etiam l. c. & a Brunckio in Notis ad Antig. factum video. *Verſ.* 5. Pro γίνεται, in quod conſentiunt libri, γίγνεται Brunckius ſcripſit: quod minus fuiſſe neceſſarium videtur, quoniam & γίνεται perinde primam producit ſyllabam. *Verſ.* 7. Vulgatum ἔχοντ', cum intelligerem metro adverſari, in σχόντ' mutandum cenſueram: nunc, ubi & Grotium & Brunckium non modo pariter iudicaſſe, ſed ipſum σχόντ' prorſus etiam adoptaſſe animadverto, idem a me factum velim.

Οὕτω τούτοις, φησὶ, κυνολογήσασιν. Φησὶ, nempe Athenaeus; ut ſaepe aliàs. κυνολογήσασιν, iocoſe fictum verbum, ad imitationem τοῦ κοινολογεῖν vel κοινολογεῖσθαι, quod *miſcere ſermones* proprie ſonat. conf. Lexic. Polyb. in Κοινολογεῖσθαι & Κοινολογία. — »Recte Dalec. κυνο»λογήσασι vertit, *locutis de aeſtuoſa canicula.* Sic lib. III. »[79. a.] συκολογεῖν, pro, *loqui de ficis.* Lib. VII. ἰχθυο»λογεῖν, *loqui de piſcibus;* & lib. XI. [461. e. & 480. c.] »κυλικηγορεῖν, pro, *loqui de calycibus* aut *poculis;* & οἰνολο»γεῖν in libri II. fragmentis. Sed puto factam ſimul alluſio»nem ad *Cynicorum* cognomen: nam ubique de eſu & potu »ſollicitus fingitur Cynulcus, & propter eam cauſſam lon»gorum ſermonum oſor atque interpellator.« Casaub.

Εὔβουλος. Σίκων ἐγὼ &c. »Laudatur in his libris ſaepe »*Eubuli* fabula *Ion:* quamobrem cenſeo ſcribendum: Εὔ»βουλος Ἴωνι· Ἐγὼ βεβρεγμ.« Casaub. — Latebat virum doctum *Siconis* nomen, ſervi nequam & temulenti, apud Ariſtophanem & alios comicos. vide VIII. 336. e. & Toup ad Theocrit. p. 333 ſq.

b Ἐγὼ πέπωκα, μὰ τὸν Δία Μενδαῖον. Vulgo πέπωκ' ἐγὼ

μὰ Δία τὸν Μενδαῖον. Quae verba in ed. Ven. & Baſ. b continuo tenore cum praecedentibus, inde ab illis Σίκων ἐγὼ, ſcripta erant, quaſi ſoluta oratione. Caſaubonus vero, quaſi duo eſſent iuſti verſus, ſic excudendum curaverat:

Σίκων ἐγὼ βεβρεγμένος ἧκω καὶ κεκωθωνισμένος.
Πέπωκας οὗτος; πέπωκ' ἐγὼ μὰ Δία τὸν Μενδαῖον.

Verſus, ita ut fecimus, eâdem adhibitâ emendatione, digeſſit Toup ad Theocr. l. c. Sunt autem ambigue quodammodo & feſtive enunciata poſtrema iſta verba; nam Μενδαῖον proprie intelligi debet οἶνον Μενδαῖον, *Mendaeum vinum;* (de quo vide infra l. 29. d. e.) enunciatum autem ita, ut putes hominem iurare *Iovem Mendaeum;* quaſi ab eximio vino Mendaeo Iupiter ipſe *Mendaeus* cognominari mereretur.

AD CAP. XLII.

Κυρίως ἐπὶ ψυχῆς. Sic recte noſtri libri. Perperam ἐπὶ ψυχὴν edd. Θουκυδίδης. Thucyd. I. 70. Sic ἀναπίπτειν ταῖς ψυχαῖς, ταῖς ὁρμαῖς, apud Polyb. IV. 51, 8. XX. 4, 6. Ξενοφῶν ἐν Οἰκονομικῷ. Pag. 664. ed. Leuncl. Conf. Polyb. I. 21, 2. & ibi notata.

Ἀνακεῖσθαι δὲ φαμέν. Ante haec verba Dalechampius c in verſione repoſuit iſta, Εὐριπίδης, Κύκλωπι -- αὐτὴν παρ' ἐμέ. quae paulo inferius leguntur, p. 23. e. Quam rationem ſuo etiam calculo probavit CASAUBONUS, dicens: »*Euripidis* & *Alexidis verba* alienas ſedes invaſerunt, ſuis »relictis: pertinent enim ad ea quae de verbo ἀναπίπτειν »paulo ante dicuntur. Viderunt hoc interpretes: ſcripti »tamen editis conſonant.« — At fortaſſe induxerat Athenaeus, ut ſaepe facit, alium e Deipnoſophiſtis, qui paulo inferius ea ſuppleret, quae haud multo ante praetermiſſa fuiſſent ab eo qui prius verba fecerat.

Ἀνακεῖσθαι --- τοὺς ἐπὶ κατακειμένων χρωμένους τῇ λέξει, διέσυρον. Suidas quidem in Ἀνακεῖσθαι, poſtquam monuit, verbum iſtud ἐπὶ ἀνδριάντων (*de ſtatuis*) proprie dici, κατακεῖσθαι vero & κατακεκλῖσθαι de *adcumbendo ad menſam;* continuo adiicit: καὶ Ἀνακεῖσθαι πολλάκις, ἀντὶ τοῦ κατακεῖσθαι. Quod *ſaepe* (πολλάκις) *factum* ait Suidas, id σπανίως (*raro*) reperiri docet paulo poſt Athenaeus: niſi fortaſſe ibi ipſe quoque Athenaeus

c vocem πολλάκις posuerat, eamque sua auctoritate in σπανίως mutavit Epitomator. Persaepe autem mihi visus sum apud probatissimos auctores graecos vocem πολλάκις ita usurpatam videre, ut non tam latinorum *saepe*, quam *nonnumquam* valeret.

Δίφιλος - - - Ἀνάκεισο. »Potest verti [verbum ἀνά»κεισο] *esto suspensus*, ut in templis donaria: nam id pro»prie est ἀνακεῖσθαι. Acuta & plena stomachi vox, ut ad»monet auctor.« CASAUB. — Nec tamen de *suspendio* cogitandum videtur: nam ἀνακεῖσθαι potius *erectum esse*, *statutum esse*, sonat, quam *esse suspensum*. Et de *statua* cogitasse hos, qui istum verbi usum in risum verrerunt, mox clare ostenditur per alterum quod adfertur responsum, Πότερον ἀνδριάντα εἰστία; Parique ratione, ut nos cum Dalech. illud ἀνάκεισο reddidimus, acceperat Eustathius ad Odyss. α'. p. 37, 51. ubi ait, *respondisse illum*, Ἀνάκεισο, ὡς εἴ περ εἶπεν, ἔσο ἄψυχος ἀνδριάς. Apud eumdem Eustath. ibid. lin. 50. perperam (in Basiliensi quidem editione) κατεκείμην scriptum, pro ἀνεκείμην.

κατακεῖσθαι - - ἐπὶ τῆς τραπέζης. Tria posteriora verba, ad intelligendum id de quo agitur necessaria, adscivi e Suida in Ἀνακεῖσθαι & in Κατακεκλῖσθαι, ubi haud dubie hunc Athenaei locum respexit Lexicographus.

d ὁ νοῦς γάρ ἐστι τῆς τραπέζης πλησίον. Commode cum hoc dicto P. Victorius Var. Lect. VII. 12. contulit Terentianum illud, *iam dudum est animus in patinis.*

Ἔστι δὲ εὑρεῖν - - σπανίως τὸ ἀνακεῖσθαι. πολλάκις habet Suidas, ut paulo superius adnotavi. Σάτυρος παρὰ Σοφοκλεῖ. Vid. Brunck Fragm. Sophocl. p. 39. num. 37. Pro παρὰ, perperam περὶ habent nostri codices, frequenti confusione. Ἀριστοτέλης ἐν Τυρρηνῶν Νομίμοις. Τυρρηνοῖς νομ. cod. *a.* minus recte.

e Θεόπομπος - - - κατακείμενοι &c. Quum hic subito sequantur exempla usus verbi κατάκειμαι, & deinde rursus exempla verbi ἀνάκειμαι, suspicatus sum, inductum fuisse h. l. ab Athenaeo alium e Deipnosophistis, qui partim de usu verbi Κατακεῖσθαι nonnulla moneret, partim de verbo Ἀνακεῖσθαι suppleret quae praetermissa fuissent ab eo qui prius verba fecerat. Vide paulo ante notata ad illa verba, Ἀνακεῖσθαι δὲ φαμὲν, lit. c. Ipsa THEOPOMPI *verba* vulgo sic descripta legebantur:

Ἐπίνομεν μετὰ ταῦτα κατακείμενοι,

μαλακώτατ' ἐπὶ τρικλινίῳ e
Τελαμῶνος οἰμόζοντες ἀλλήλοις μέλη.

Nos ita digesta dedimus, ut digerenda monuerat Toup in Appendice Notar. ad Theocr. p. 28. *Telamonis canticum*, & uno verbo *Telamon*, est titulus cantici (ex eo genere, quae *Scolia* vocantur, vulgo inter epulas cantari solita,) quo Aiacis laudes, filii Telamonis, celebrabantur: cuius mentio fit etiam infra, XI. 503. e. conf. Scholiast. Aristoph. ad Lysistr. 1239. Ipsius cantici initium habes apud Nostrum, XV. 695. c.

Εὐριπίδης, Κύκλωπι. Vers. 409. ubi vide quae notavit Barnesius. Nihil in verbis variant libri nostri. — » Athe- » naeus, qui *ἀνέπεσε* h. l. accepit pro ad *mensam accubuit*, « parum videtur caviisse. Neque enim ad cibum sumendum » accumbit mensae eo loci truculentus cyclops, sed post » voratos duos ex Ulyssis sociis, epulis vinoque obrutus, » *gravia membra humi deponit, ut quiescat.* « Casaub. *de Satyrica Poësi*, I. 6. pag. 208. — Quod si integrum hac parte haberemus Athenaeum, nullam eius hic culpam esse videremus opinor.

Alexidis verba, quae sequuntur, disiecta esse adparet, & metro soluta.

AD CAP. XLIII.

Phoenicis verba, Οὐκ ἔθελες &c. ducta ex Iliad. ι'. 482 f sq. sed duo versus, immutatis nonnihil verbis, in unum contracti. Pro ἔθελες, perperam ἔθελον habent mss. nostri. Εὖθ' οἱ σπλάγχν' ἔπασ. Odyss. γ'. 9. Sic & Athenaei libri, & Eustathius cum in contextu, tum in Commentario; non Ἔνθ', ut vulgo apud Homerum editur.

ἀπογεύονται μόνον. Sic, invitis quidem libris, hic scribendum recte monuerat Casaub. Paulo post in *ἀπογεύσασθαι μόνον* consentiunt libri omnes. Νῦν δὴ καὶ σίτου. a Iliad. ω'. 641. κεῖται ἄσιτος, ἄπαστ. Odyss. γ'. 788. Αὐτὰρ ἐπεὶ σίτου τάρφθεν. Odyss. ζ'. 99. καί· Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος. Quatuor ista verba sua auctoritate adiecit Casaub. Non magis mssti libri, quam veteres editi, ea agnoscunt: & abiecta equidem malim, quippe quibus facile carebamus.

Callimachus: Θύμου δὲ πασαίμην. Vide Callima- b chi Fragm. p. 333. num. 261. Recepi Ruhnkenii emen-

b dationem ex Epiſt. Critica II. p. 187. (ed. 2.) probatam Erneſto ad Callim. l. c. Niſi de *comeſtione* proprie dicta (περὶ τοῦ πληρωθῆναι) hoc loco ageretur, poterat vulgatum Μύθου defendi ex illis dictionibus, εὐωχεῖσθαι καινῶν λόγων vel καινοῖς λόγοις, & ſimilibus, quas collegit Caſaub. ad Theophr. p. 208. Sic χόρταζέ (με) τῶν μονῳδιῶν, infra, III. 99. f.

AD CAP. XLIV.

Ποτικολλῶν ἅτε ξύλον παρὰ ξύλῳ. Inſeruit Schneiderus Fragmentis Pindari, num. 126. Caeterum verba iſta, ita extra connexionem orationis ab Epitomatore abrupta proiectaque, qua occaſione fuerint ab Athenaeo adhibita intelligitur ex lib. VI. 248. c. Scilicet, inducebatur h. l. alius e Deipnoſophiſtis, dicens, *ſe habere quae dictis ab alio adiiciat, ita ad idem argumentum pertinentia, & ſuperius dictis ita arcte iungenda, quemadmodum iungitur lignum ligno adglutinatum.* Caeterum in ſcriptura primi verbi vereor ne menda inſit. Ad ποτικολλῶν, quod ita editum ex ed. Caſ. tenui, nulla quidem h. l. noſtris e msstis notata varietas eſt; (quae, in terminatione potiſſimum vocis facile effugere potuerat aciem adoleſcentis, qui iſtos codices noſtri cauſſa excuſſit.) ſed ποτίκολλον hic habet ed. Ven. & Baſ. Rurſus vero VI. 48. c. editio quidem Baſileenſis ποτικολλῶν habet, unde eamdem ſcripturam & ibi & hîc adoptavit Caſaubonus; at ibi pariter & in ed. Ven. & in vetuſtiſſimis noſtris membranis perſpicue ποτίκολλον ſcribitur: quae haud dubie vera ſcriptura eſt, quam reſtitutam auctori velim. Quemadmodum σύγκολλος graece dicitur, *conglutinatus:* ſic & πρόσκολλος, *adglutinatus*, & dorico idiomate ποτίκολλος.

Ὅτι Σέλευκός φησι &c. »Ridiculum eſt, quod dicitur »δαῖτα ϑάλειαν quam vocat Homerus, στοιχείων μετα»ϑέσει δίαιταν εἶναι: magis quod ſequitur, τὸ δ' ἀπὸ »τοῦ δαίσασθαι λέγειν, βιαιότερόν ἐστι. Quae iſta eſt, »Deus bone, grammatica? Sed iam didici nihil in hoc »genere mirari. Inconſtantiam notaſſe ſit ſatis: nam cum »ſupra ſcripſiſſet, [pag. 12. e.] ἡ τροφὴ δαὶς ἐπὶ τῷ »δαίεσθαι λέγεται, nunc religio nova hominem in»ceſſit, & ait eſſe illud βιαιότερον, id eſt, *durius*, vel *coa»ctius.*« CASAUB. — Mireris vero doctiſſimum Animad-

verſorem adeo penitus oblitum inſtituti Athenaei noſtri, b
ut inconſtantiae eum immeritum profecto accuſet, cuius
fuerat conſtans & perpetuum in hoc opere inſtitutum,
varias eaſque diverſiſſimas atque ſaepe contrarias ſenten-
tias, ſicut aliorum auctorum poëtarumque ſuper variis ar-
gumentis, ſic & Grammaticorum ſuper grammaticis quae-
ſtionibus, colligere, & unum ſub conſpectum poſitas iu-
dicio lectorum ſubiicere. De voce δίαιτα conf. notata
ad pag. 9. f.

Ὅτι Καρύστιος - - - ᾄδειν. Inſertam hoc loco ῥῆσιν iſtam
dedit rurſus optimus noſter cod. *a.* & codex Corſelii apud
Schottum, Obſ. Hum. p. 9. In noſtro codice mendoſe τὰς
Κερκυραίους ſcribitur: recte e Corſeliano τὰς Κερκυραίας
edidit Schottus.

Δίσκοισιν τέρποντο &c. Odyſſ. δ'. 626. c

Καὶ ἐπὶ κυνηγεσίᾳ δὲ ἐξιᾶσιν. »Scribe ἐπὶ κυνηγέσια:
»ſequitur enim, καὶ ἐπὶ θήρας παντοίας.« CASAUB. —
Nec me tamen vulgatae poenituit ſcripturae. ἐξιέναι ἐπὶ
κυνηγεσίᾳ ſonat *exire venandi cauſſa:* cui ſtructurae non
obſtat quod nonnullis interiectis ſequitur ἐπὶ θήρας παν-
τοίας, *ad varia venationis genera.*

ὡς ὅτε πυρὸν δ' &c. Iliad. μ'. 43 ſq.

λουτρὰ, ἄκη πόνων, παντοῖα. παντοῖα cum ed. Ven.
& Baſ. & msstis noſtris, agnoſcit Euſtath. ad Odyſſ. δ'.
p. 148, 7. apud quem eadem vox παντοῖα interpoſito et-
iam commate diſtincta eſt a praecedentibus, quo indica-
retur, non ad ἄκη eam, ſed ad λουτρὰ, eſſe referendam.
παντοίων ſua auctoritate edidit Caſaubon. Dictio ἄκη
πόνων habet aliquid coloris poëtici: nec tamen ea apud
Homerum de balneis uſurpata occurrit, ſed de θείῳ, id
eſt, de *ſulphure* ſive neſcio quo *ſuffimento*, Od. χ'. 481.

κότον μὲν θαλάττῃ λύοντες. Sic cum editis habet Eu-
ſtath. Od. δ'. 148, 8. ubi etiam ſequentia recitantur ver-
ba: & convenit quod mox ait τρόπος καμάτων λύσεως.
Mox ἀναχαλῶντες & dein ξηρανθέντος ex Euſtath. l. c. ſe
correxiſſe ait Caſaub. cum ἀναχαιῶντες & ῥανθέντος olim
editum fuiſſet. Et ἀναχαλῶντες quidem recte etiam dant
libri noſtri; in ῥανθέντος vero conſentiunt cum ed. Ven.
& Baſ. Sed & pro λίπος, quod habebant editiones ve- d
teres, λίπα poſuit idem Caſaub. conſentientibus msstis &
Euſtathio. Sic Iliad. κ'. 577. σ'. 350. Odyſſ. γ'. 467. &
ſaepe aliàs Poëta ἀλείφεσθαι λίπ' ἐλαίῳ, pro λίπα; quod

d ex λιπαρὰ (idem valente ac λιπαρῶς) decurtatum, ut docent Grammatici. Paulo poſt, ἀπεσκληρυμμένα ſcripſi cum ed. Ven. & Baſ. geminata litera μ, pro qua ſimplicem poſuerat Caſaub. Formatur enim praet. act. ἀπεσκλήρυγκα, non ἀπεσκλήρυκα.

οἱ γοῦν ἀπὸ τῆς σκοπιῆς &c. Iliad. κ'. 572 ſqq. Pro ἀμφί τε μηροὺς, quod Venetus editor fortaſſe ex Homero correxit, corrupte ἀμφί τε μακροὺς habent mſsti noſtri: ſic ſubinde temere vagantur.

Ἔστι καὶ τρόπος ἕτερος &c. Totum locum uſque εἰς ὕδωρ βληθείη habet Suidas in Καταιονοῦσι: ubi vocem καταιονήσεων interpretatur καταντλήσεων: in fine vero pro βληθείη
e ſcribit βληθεὶς, quod perinde eſt. Apud Euſtath. qui eadem verba ex Athenaeo adpoſuit, βληθῇ pro βληθείη editur, ad Odyſſ. δ'. p. 148, 12. Res de qua agitur, & verſus ille, Θυμῆρες κεράσασα &c. ductus ex Odyſſ. κ'. 362.

ἢν μή τις - - - παράσχῃ. εἰ μή τις - - - παράσχῃ Euſtath. l. c. prorſus ut noſtri libri. Potuit Epitomator particulam εἰ cum ſubiunctivo modo conſtruere: ſed equidem librariorum ſolenni confuſione παράσχῃ pro παράσχοι ſcriptum putem.

Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Φυσικοῖς Προβλήμασι. In *Ariſtotelis Problematibus*, quae hodie exſtant, Sectione II. multae ſunt Quaeſtiones ad *Sudorem* pertinentes: in his una, quae eam quam hic dicit Athenaeus, proxime tangit, num. 2. Διὰ τί οὐχ ἱδροῦσι τὰ ἐν θερμῷ ὕδατι μέρη; &c. (T. II. pag. 687. ed. Du Val.) ſed eamdem ipſam, de qua hîc agitur, mihi non licuit ibi reperire.

AD CAP. XLV.

f παρὰ νείατον ὄρχον &c. Odyſſ. η'. 127. ἐπὶ δὲ κρόμυον &c. Iliad. λ'. 629. Pro ποτῷ Brunck in ora ſui exempli ποτοῦ notavit: neſcio an ex cod. msto: in lectionibus quidem noſtri cauſſa ex eodem, quo ille uſus erat, codice excerptis, nulla adnotata diſcrepantia: & apud Homerum, quod ſciam, in ποτῷ conſentiunt omnes.

Ὄχνη γὰρ ἐπ' ὄχνῃ. Sic h. l. mssti cum editis, ſecus ac ſupra p. 9. e. Et quoniam hic loquitur alius conviva, alium auctorem ſecutus, potuit etiam aliam ſcripturam ſequi. Nec vero omnino quidquam intereſt. Vide quae ad Od. η'. 115. & 120. adnotarunt Barneſ. Clark. & Ern.

Ἔνθα [δὲ] δένδρεα &c. Odyſſ. ι'. 114 ſq. Ἔνθεν δέν- a
δρεα μακρὰ &c. Odyſſ. ε'. 238 ſq. Nihil, quod ſciam, apud Athenaeum variant libri.

De *Tantalo* vide Odyſſ. λ'. 581 ſqq. ἀπαλλάττεται placuit, quod dedere noſtri codices & Euſtath. ad Od. λ'. p. 458, 15. ἀπηλλάττετο antehac edebatur.

προσείων - - - τοὺς τοιούτους καρπούς. Cum προσιὼν & b
τοῖς τοιούτοις καρποῖς legeretur in edd. & msstis, atque etiam apud Euſtathium loco citato; perſpecte CASAUBONUS monuit, προσείων & τοὺς τοιούτους καρποὺς eſſe legendum, eâ ſententiâ quam in verſione latina expreſſi. »Omnino (inquit) ſcribendum eſt προσείων, non προσ- »ιών: quamquam idem error apud Platonem, eo quem »Athenaeus imitatur loco. Ita enim Plato: [in Phaedro »p. 287. T. X. ed. Bip.) ὥσπερ οἱ τὰ πεινῶντα ῥέμματα »ἄλλον ἤ τινα καρπὸν προσείοντες ἄγουσι. Sic legendum »hîc quoque, non προσιόντες. Ἄλλον vertunt *baculo*; er- »rore inſanum magno: non enim de paſtorali pedo hic »agitur; ſed de *fronde*, *quam paſtor* manu tenens, ac ſubin- »de *commovens*, *ſequenti pecori oſtentat*: qua ratione cupi- »dum gregem minat ille quo lubet cumque. Geſtus pecu- »des minantis paſtoris pulcherrime exprimitur voce προ- »σείων, *ante & in oculis pecoris quatiens*. Quare ita ſcribi »debere utroque loco vero verius. Heſychius: Προσείσας· »προανακινήσας, καὶ οἷον ἀπαγγείλας· ἀπὸ τῶν περιαγόν- »των τὰ τετράποδα ὅπου βούλονται. τοὺς γὰρ ἄλλοὺς »σείοντες, [perſpecte σείοντες legit, pro vulgato ibi σείον- »τας] ἐπεδίδοσαν. Lucianus verbo προδεικνύειν in ea re »uſus: [in Hermotimo ſ. de Sectis, cap. 68.] οὐδὲν κω- »λύσει σε τῆς ῥίνος ἕλκεσθαι ὑφ' ἑκάστων, ἢ ἄλλῳ προ- »δειχθέντι ἀκολουθεῖν, ὥσπερ τὰ πρόβατα. Pecudes & bo- »ves etiam ἄλλῳ ali, id eſt, *fronde virente*, adeo com- »mune eſt, ut non dubitaverit Heſychius ἄλλον expo- »nere βοὸς τροφὴν, ſive ὃ ἐσθίουσιν οἱ βόες, *pabulum boum*: »ſed & *pecudum*, ut *caprarum*, lib. XIII. [Athen. p. 587. »a.] ἄλλον χιμαίρᾳ προσφέρων νεοσπάδα: ſic eſſe ſcri- »bendum hunc verſum, ibi docemus. Athenaeus eo in »libro: [ibid.] ἄλλῳ χαίρουσιν αἱ αἶγες· διόπερ οὐδ' εἰς »ἀκρόπολιν ἄνεισι τὸ ζῶον. Longus in Paſtoralibus ſuis »φυλλάδα ἄλλουσαν pro ἄλλον ſolet dicere.« — Perſpectam Caſauboni emendationem probavit, ſpiſſaque exemplorum e variis auctoribus collectorum ſylva firmavit

b Ruhnkenius ad Timaei Lexic. Plat. v. Θαλλός. Pro ἀποκρούεται corrupte ἀποκρύψαι ſcribunt noſtri codices: ſed recte ἀποκρούεται Euſtath. l. c. e quo fortaſſe hoc adſciverat Venetus editor.

Ὄχνας μοι δῶκας &c. Odyſſ. ω. 339.

AD CAP. XLVI.

Σαρπηδὼν δῆλον ποιεῖ. Iliad. ε'. 487. Pro τὴν ἄλωσιν, eſſe msstos libros ait Caſaubonus, qui τὴν ἄλωνα inepte ſcribunt. At noſtri quidem verum tenent.

c Eubuli *primus verſus*, contra metri leges, atque etiam per ſe inficete, in hunc modum ſcribebatur vulgo:

Ἰχθῦν δὲ ποῦ γ' Ὅμηρος ἐσθίοντ' εἴρηκε γε. (ſic)

Ubi tamen mssti libri γε particulam in fine repetitam ignorant. Et Caſaubonus quidem in Animadv. ſilentio praeterüit hunc locum. Ego vero haud cunctandum duxi, quin ſcripturam adoptarem, quam Grotius praeivit in Excerpt. p. 659. ubi tres priores ex iſtis verſibus exhibet.

Οὐδὲ τὸν ἀέρα δ' ἤρωες. δ' οἱ ἥρωες malueram. Ad rem quod ſpectat, vide Odyſſ. χ'. 302 ſqq. & de νεφέλαις, quod eſt *retis* genus, vide Euſtath. ad Od. p. 787, 21 ſqq. cuius verba citavit Clark ad Od. χ'. 304. Adde Ariſtoph. Av. 195 & 527.

d ἐγυμνάζοντο δὲ &c. Vide Iliad. ψ'. 852 ſqq. Eſt autem ei libro Iliados, qui numero eſt tertius & viceſimus, brevis inſcriptio Ἀγὼν ἐπιτάφιος, id eſt, *Ludi parentales* vel *funebres*.

Ὡς δὲ λέβης ζεῖ. Iliad. φ'. 362 ſq. ubi vide quae notavit Clark, & conf. Dammii Lexic. in Μέλδω & in Κνίσα. Adde Euſtath. pag. 1330, 49 ſqq. Habet quidem μελδομένη noſter cod. *a.* pro μελδόμενος, ſed id temere

e factum videtur. καὶ ὁ κατ' Ὀδυσσέως ἀφεθεὶς &c. Odyſſ. υ'. 299. πόδα γὰρ βόειον. Vide Etymol. M. p. 203. in Βοὸς πόδα. Mox βόεια λέγον correxi: referetur enim ad ſuperius καὶ τὸ, cum quo non congruebat maſculinum λέγων.

καὶ Ἰταλικὰς τραπέζας. Ἀτταλικὰς τραπέζας malebat Interpres Gallicus cum Coelio Rhodigino Lect. Antiq. VII. 9 & 10. & XI. 1. At perſpecte docuit idem Rhodigin. IX. 26. minime ſolicitandam vulgatam ſcripturam, deſumtam ex Platonis Epiſt. ad Dionyſii amicos: (p. 97.

T. XI. ed. Bipont.) ubi iunguntur Ἰταλιωτικαὶ καὶ Συρακούσιαι τράπεζαι. Intelligitur *Italia inferior*, quemadmodum cum *Italicam Philoſophiam* dicimus. Conf. Ciceronem Tuſc. Quaeſt. V. 35.

οὐ συνέζευκται γυνή. Ignorat vocem γυνὴ cod. *a.* f

AD CAP. XLVII.

Παλαιὸν μὲν οἶνον &c. Pindar. Olympionic. θ'. 73. ſqq.

Ἄτοπον δέ. Sic Grotius Excerpt. p. 659. quemadmodum noſtri dedere mssti. Ἀτοπόν γε correxit Caſaub. in Animadv.

τὸ αὐτὸ δὲ καὶ Ἄλεξις &c. »Quod ſi verum eſt, hos a »Eubuli verſus ab Alexide ἀπαραλλάκτως pro ſuis eſſe »uſurpatos, poſſumus hoc exemplum iis adiicere, quae »de furtis Graecorum ſcriptorum obſervantur Clementi »Stromat. lib. VI. & Euſebio Προπαρασκευῆς lib. X.« Casaub. — Vide ſupra notata ad I. 17. c. d. Non praetermiſit iſtud furtum Taylor, Lection. Lyſiac. pag. 229. ed. Reisk.

Ὄντως δὲ ὁ παλαιὸς οἶνος. Articulum ὁ ignorabant edd. quem dedere noſtri mssti & Euſtath. ad Odyſſ. β'. p. 101, 6. δύναμίν τε. Et hoc e noſtris codd. & Euſtath. δύναμιν δὲ edd.

τὸ αἷμά τε ἐνερευθὲς -- κατασκευάζει. Apud Euſtath. Od. p. 101, 8. ἐνέρευθες antepenacute ſcribitur: neſcio, an rectius; ſcilicet a maſculino ἐνερεύθης. In verſione latina cum Dalechampio poſui, *ſanguinem rubrum gignit:* neque aliter vocem ἐνερευθὴς interpretatus erat H. Stephanus in Theſ. Linguae Graecae. Pariterque Suidas: ἐνερευθὴς, ἀντὶ τοῦ ἐρυθρός. Oportuiſſe vero *ſubrubrum*, *modice rubentem*, *rubenti affinem*, *rubicundum*, docet Casaubonus; cuius tam doctam, quam prolixam, ad hunc locum Animadverſionem huc tranſcribere non gravabor: »Nemo dubitat, (inquit) vinum bonum ſanguinem bo»num generare, &, ut loqui amat Galenus, χρηστοῦ αἵ»ματος εἶναι γεννητικόν. Hoc ipſum ſignificare voluit »Athenaeus, cum vini veteris naturam his verbis expli»caret: δύναμιν τοῖς σώμασιν &c. Mirum poteſt videri, »cur dicatur *vinum vetuſtum ſanguinem generare* ἐνερευθῆ, id »eſt, *rubrum*, ut vertunt docti. Annon enim, quicunque »ſanguis in corpore generatur, is *rubet?* aut det mihi ali-

a » quis colorem alium ſanguini convenientem κατὰ φύσιν » ἔχοντι. Sciendum eſt, aliud Graecis eſſe ἐρυθὸς, aliud » ἐνερυθής. Athenaeus ſanguinem a vino vetere fieri ait » non ἐρυθῆ, id eſt, *rubrum;* ſed ἐνερυθῆ, id eſt, *rubenti* » *affinem*, ſive, *e flavo rubrum.* Remiſſam rubedinem au- » ctor intelligit: quem eſſe colorem optimi ſanguinis ſunt » e medicis qui ſcribant; ut Actuarius libro de Urinis, » cap. 4. Celſus contra, ſanguinem ſemper laudat *qui ru-* » *bet & pellucet.* Ariſtoteles in ſano corpore ἐρυθρὸν, Avi- » cenna *rubeum* eſſe pronunciant. At ille Medicus, unde » haec deſcripta Auctori noſtro, cum Actuario ſenſit: » id enim clarius meridiana luce ex iſtius vocis recta in- » terpretatione. Porro, verum eſſe quod diximus de diffe- » rentia vocum ἐρυθὸς & ἐνερυθὸς, neque aliter iſta ex- » poni debere, vel unus hic Dioſcoridis locus evincat, » ſcribentis libro XII. de veneno araneorum: ὁ τόπος, » ait, ἐνερυθὸς φαίνεται: quod ſtatim ipſe interpretatur » μετρίως ὑπέρυθρος, ut *valde dilutam rubedinem* neceſſe ha- » beamus intelligere, quae non ſit ἐρυθρὰ, ſed ὑπερυθρὰ, » [ὑπέρυθρος voluerat ſcribere:] & id quoque μετρίως. » Ideo ait Nicander, vix in cute parere vulnus aranei. Ita » ſemper accipere debes apud Dioſcoridem, Galenum, & » omnino ubicumque occurrit vox ἐνερυθὸς: quamquam » pauci obſervarunt, quam vim particula ἐν habeat in hac » dictione & ſimilibus: non enim otioſa eſt, neque, ut » multi putant, ſignificationem intendit, ſed minuit po- » tius, & id ſignificat quod diximus. In ſecundo Galeni » Θεραπευτικῆς μεθόδου, ceu affines colores ponuntur ἐνε- » ρυθὴς, & λευκὸς ἀκριβῶς. Ex Theone gymnaſta ſcribit » idem, Ὑγιεινῶν libro ſecundo, τὴν ὀλίγην τρίψιν ἐνερυ- » θῆ πρὸς ὀλίγον χρόνον τὴν ἐπιφάνειαν ποιεῖν: *modicam fri-* » *ctionem modice rubentem ad breve tempus cutem reddere.* ἐνε- » ρυθῆ, hoc eſt, ἐρυθός τι ἔχουσαν, ut loquitur Galenus » alibi de re eadem. Dioſcorides libro I. ἔστι δὲ κάλλι- » στον τὸ καιόμενον λύκιον τὸ κατὰ τὴν σβέσιν τὸν ἀφρὸν » ἐνερυθῆ ἔχον, ὠφελεῖν μέλαν, διαιρεθὲν δὲ κιρρόν. Libro III. » de onoſmate, ῥιζίον δὲ ὕπεστιν ὑπόμικες, ἀσθενὲς, λε- » πτὸν, ἐνερυθὲς ἦσυχῆ. Libro IV. ſideritidis folia dicun- » tur ὑπόλευκα ἐνερυθῆ, hoc eſt, *medii coloris inter album* » *& rubrum.* Cicero Attico: *Angebar, quod Tiro* ἐνερυθέ- » στερον *te ſibi eſſe viſum dixerat.* Sic accipe particulam hanc » in omnibus ſimilibus vocibus, ut ἔγκιρρος, ἐμπόρφυρος,

» ἔγχλωρος, item ἔμπικρος, ἔγχνοος, & similibus apud a
» Dioscoridem. In Theophrasti libello de Coloribus ἔμπυρρον
» & λευκόπυρρον eiusdem coloris appellationes esse inve-
» nias, ut scripsimus in nostro de Coloribus commen-
» tario. « — Polybius XXXII. 9, 8. de adolescentulo Sci-
pione loquens, timidiuscule & verecunde ipsum com-
pellante, τῷ χρώματι, ait, γενόμενος ἐνερευθής: id est,
quod latine dicimus *rubore suffusus*. Vis ea, quam particu-
lae ἐν in eius generis vocabulis inesse monuit Casaubonus,
derivatur a verbo ἔνεστι, quod subintelligi debet. Sonat
enim, verbi caussa, ἐνερευθὴς idem ac ᾧ ἔνεστι ἐρυθρόν τι:
ἔμπικρον, ᾧ ἔνεστι πικρόν τι, & sic de caeteris.

καὶ τοὺς ὕπνους ἀταράχους παρέχει. » Quod ait, *vi-*
» *num vetus praestare somnos imperturbatos*, referendum ad
» insomnia: ut contrarium eius intelligatur, quod vino
» novo attribuunt medici; nam, τὸν νέον οἶνον esse δυσό-
» νειρον, auctor Dioscorides. « Casaub.

Ἐπαινεῖ δὲ Ὅμηρος τὸν ἐπιδεχόμενον ἱκανὴν κρᾶσιν: hoc
est, » *quod multam aquam ferre potest*. Hippocrates οἰνῶδες
» hoc vinum & πολυφόρον solet appellare. Κράσις in hoc
» loquendi genere pro *aqua* sumitur. Hodie contra in idio-
» tismo Graecorum κρασὶ est *vinum*. « Casaub. — Vide
Odyss. ι'. 196 sqq. & 208 sqq. De *Marone* diverso ab
eo, quem ibi Poëta dicit, vide infra apud Nostrum I. 33. d.

διὰ τὸ μᾶλλον θερμὸς γίνεσθαι παλαιούμενος. » Πα- b
» λαιοῦσθαι de vino dicitur duobus modis: vel cum *diu*
» *asservatum* est, quod κεχρονικὸς vocant: vel cum *veteris*
» *vini qualitatem* quoquo modo est *assecutum*. Galenus de
» Antidotis libro I. Καλοῦσιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ, παλαιοῦ-
» σθαι, τὸ μεταβάλλειν ἑτοίμως εἰς τὴν τοιαύτην ποιότητα
» τῶν παλαιουμένων. Vires autem *& calorem acquirere vinum*
» *senescendo*, & scribitur hic, & notissimum est ex libris
» Medicorum. Inde natum vetus dictum, atque, ut lo-
» quitur Galenus, ὁ περιφερόμενος λόγος· Πάντα τ' ἄλλα
» γηρᾷ τῷ χρόνῳ, πλὴν οἴνου. « Casaub. — Varias artes,
quibus *praecox* gignitur *vetustas*, exponit Plinius XIV. 8, 10.

τὴν Διονύσου φυγὴν εἰς τὴν θάλασσαν. Iliad. ζ'. 130 sqq.
παρεγχεομένης θαλάσσης. θάλασσα, non modo *mare*, sed
& *aqua marina*. Sic infra p. 32. a. & e. Sic Polybius, de
navi adflicta loquens, quae multum aquae traxisset, *re-*
pletam esse ait θαλάσσης, XVI. 5, 4.

μένων ἐν ταῖς ἕξεσι τῶν πινόντων πλεῖστον χρόνον. » Hoc

b »medici dicere solent, πλείονα τῷ σώματι δίδωσι τροφήν. »Est vero ἕξις isto loco *ipsa corporis substantia*: ut libro »II. [45. e.] χάριν τοῦ προαναληφθῆναι τοῦτο (τὸ ὕδωρ) »εἰς τὴν ἕξιν. Eodem libro [II. 59. b.] dicitur cucurbita »ὑγραντικὴ τῆς ἕξεως: pro quo Aëtius, τροφὴν τῷ σώματι »δίδωσιν ὑγράν. Alibi Athenaeus ὄγκον pro eodem dixit. »Vide lib. III. cap. 5. [Animadv. ad III. 79. b.] Non »quidquid in corpus admittitur, statim fit ἕξις: sed id tan»tum quod in alimentum cedit, & partibus corporis as»similatur: est enim vera τροφὴ αὐξητικὴ τῆς οὐσίας. Ita »ἕξιν accipiunt interdum medici. Diverso sensu ἡλικίαν »καὶ ἕξιν [*aetatem & exteriorem corporis habitum*] in dele»ctu militum spectasse Romanos, scribit Polybius. [VI. »20, 3.] Et Senecae quoque Epist. 47. *habitus militaris*, »pro statura & exteriore specie: Terentio ac Ciceroni, »*habitudo corporis*. « CASAUBONUS. — Ad superioris usus exempla pertinet illud, II. 54. b. τὰ κάστανα παχύνει τὰς ἕξεις, *pinguefaciunt corpus, corpulentos reddunt hos qui eis vescuntur.* Docuit Foesius in Oeconomia Hippocratis, (voce ἕξις) distingui subinde inter ἕξιν & σχέσιν corporis humani: ita quidem, ut ἕξις ad partium solidarum structuram & constitutionem referatur, σχέσις vero ad genus venosum alioque humores. Hoc ergo dicit, puto, Athenaeus, *rubrum vinum diutius in partibus solidis corporis morari*, nec tam cito partim in sanguinem diffundi, partim per urinam secedere. Infra, p. 32. d. ait, ἐγχρονίζων περὶ τὰ ὑποχόνδρια.

c πέπτει ῥᾷον, ξηραντικώτερος ὤν. πέττει & ξηραντικὸς ὢν notavit Brunck in ora sui libri; nescio an e msto; in nostris quidem notulis nihil ad hunc locum comparet. Pro πέπτειν vero alibi plerumque apud Nostrum vel πέσσειν vel πέττειν scribitur: sed id quidem perinde est.

AD CAP. XLVIII.

Περὶ Ἰταλικῶν οἴνων φησὶν ὁ παρὰ τούτῳ τῷ σοφιστῇ Γαληνός. »Initio cum ista legerem, existimabam quae *de vi»nis Italicis loquentem Galenum* inducit Athenaeus, eadem »esse cum iis, quae de illis vinis in Galeni scriptis va»riis locis leguntur. Quod secus se habere, collatione »utriusque auctoris postea deprehendi. Pauca enim repe»rias apud Galenum in nostris hodie libris, quae videri

» queat huc transtulisse Athenaeus: adeoque pleraque omnia c
» illius non solum exposita sunt aliter, sed etiam alia. « Casaub. — Si integrum Athenaei opus haberemus, planius fortasse intellecturi essemus, unde ista diversitas. Nonnihil tamen iuvat ipse noster Epitomator, qui non, ut vulgo edebatur, φησὶν παρὰ τ. τ. σ. Γαληνὸς scripsit, sed adiecto post φησὶν articulo, φησὶν ὁ π. τ. τ. σ. Γαληνός: quasi signanter dixisset, non ille Galenus cuius scripta habemus, id est, non Galenus in scriptis quae supersunt, sed *ille Galenus qui ab Athenaeo inducitur.* Quod non eo valet, quasi Galenus, quem loquentem Auctor noster inducit, alius esset ab eo quem e scriptis novimus; nam eumdem ipsum esse, diserte in Praefatione declaraverat Athenaeus: sed quod alia dicentem eum fecerit hic Auctor, quam quae scriptis ille consignasset. Caeterum cum hac disputatione *de Vinis Italicis*, quemadmodum & cum ea, quae deinde de *Vinis Graecis* instituitur, conferenda sunt quae congessit Hermolaus Barbarus libro quinto *Corollariorum ad Dioscoridem;* ubi, Venetis usus codicibus manuscriptis, plurima ex Athenaeo protulit, & in his nonnulla emendatiora quam deinde edita sunt. Quae ad Italica vina spectant, reperies ibi sect. 829 & sqq. Conferendus item Plinius, VIII. 6, 8. & XXXIII. sect. 20 sq. Pleraque ex eisdem vinis celebravit Martialis lib. XIII. Epigr. 109 & seqq.

Συρρεντῖνος δὲ ἀπὸ πέντε καὶ εἰκοσιν ἐτῶν ἄρχεται γί- d
νεσθαι πότιμος. *Surrentinum* gemina litera *r* scribitur apud Plin. ut editum est apud Athen. Sed *Surentinum*, simplici *r*, cum nostris codicibus & Galeno scribit Hermolaus. Ad hunc locum ex Galeni scriptis haec depromsit Casaub. »In libro priore de Antidotis, ista leguntur: Περὶ δὲ τοῦ »Σουρεντίνου τί δεῖ καὶ λέγειν; ἅπαντες γὰρ τοῦτ' ἤδη »γίγνωσκουσιν, ὡς σχεδὸν πρὸ κ'. ἐτῶν ἔτι ἐστὶν ἄπεπτος. »ἀκμάζει δὲ τοσούτων ἐτῶν γιγνόμενος, ἐπὶ πολύ τε πα- »ραμένει πότιμος. Discrepantia est annorum quinque; imo »fere sex, propter vocem σχεδόν: nisi aliquis dicat, in »Galeno fuisse olim scriptum πρὸ κε'. ἐτῶν: de quo iudi- »cium esto penes eruditum lectorem. «

καὶ λίαν ϕαφαρός. »Vinum Surrentinum ϕαφαρὸν au- »daci translatione appellat auctor, propter *asperam* eius »naturam, &, ut sic dicam, *intractabilem* atque *indomi- »tam:* cuius gratia *generosum acetum* a Tiberio, *nobilis*

d »*vappa* a C. Caesare vocitari meruit. [Plinio teste, lib. »XIV. cap. 6. sect. 8. num. 3.] Proprie φαφαρότης sive φα»θυρότης ad qualitates tactiles pertinet, & contraria est τῇ »γλισχρότητι, *friabilitas lentori glutinoso*. Optimi scripto»res transferunt ad liquida. Ψαθυρὸν ὕδωρ, ἔλαιον δὲ γλί»σχρον, & maris aquam φαθυρὰν dici invenias ab Aristo»tele & Theophrasto. Similis metaphora in voce σκλη»ρός: nam vino & aquae tribuitur σκληρότης saepe in »his libris. Theophrastus in sexto de Causis, postquam »fecit mentionem quorundam odorum quos appellat δρι»μεῖς καὶ σκληροὺς, quasi excusans duritiem verbi, ἔστι »γάρ τις, inquit, ὥσπερ καὶ οἴνου καὶ ἁπλῶς χυλοῦ σκλη»ρότης καὶ ἰσχὺς, οὕτω καὶ ὀσμῆς. Galenus, de Differen»tiis Pulsuum lib. III. Οἶνον ἔφη σκληρόν τις ἐκ μεταφορᾶς »ὀνομάζων &c. - - - οἶνον μέν τοι σκληρὸν, ὅταν ἰσχυρὸς ᾖ »τῇ ποιότητι, καὶ πλήττων βιαίως ἤτοι τὴν κεφαλὴν ἢ τὴν »αἴσθησιν τὴν γευστικήν· ὕδωρ δ' αὖ σκληρὸν, τὸ δυσ»κατέργαστόν τε καὶ βραδύπορον, ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἐν τοῖς »ὑποχονδρίοις μένειν. « CASAUBONUS.

σχεδὸν μόνος ἐστὶν ἐπιτήδειος τοῖς χρωμένοις. Sic edd. Sed μόνον cod. *b.* puto & cod. *a.* quamquam de hoc quidem haud satis sim certus. Et receptum id ipsum μόνον velim: licet enim μόνοις malles cum Brunckio, persaepe tamen loco adiectivi adverbium ita positum videre memini.

e Τριφολῖνος recte edd. & cod. *b.* Conf. Harduin. Emend. ad Plinii librum XIV. num. 12. Perperam Τριφαλῖνος cod. *a.*

ὁ δὲ Στάτανος τῶν πρώτων ἐστὶν οἴνων. Sic ambo nostri codd. Consentit Plinius XIV. 6, 8. num. 3. ubi, *Falerno*, inquit, *contermina Statana ad principatus venere non dubie*. Conf. eumdem Plin. XXIII. sect. 21. Hermolaus, Corollar. ad Dioscor. V. sect. 829. ex hoc Athenaei loco, *Falerno*, inquit, *Statinum* (sic ille) *simile est, tantum levius*. ὁ δὲ Σετῖνος nescio utrum suo in cod. invenerit primus Editor, an, cum corruptus fortasse codex esset, sic corrigendum putaverit, quod notius illi fuerit *Setinum* vinum quam Statanum. Nam & Setinum in primis laudatur Plinio XIV. 6, 8. num. 1. & XXIII. sect. 21.

ἐμφερὴς τῷ Φαλερίνῳ. Φαλέρνῳ h. l. edebatur, & mox rursus Φαλέρνου: sed sicut paulo superius in Φαλερίνος (quae est usitata Graecis forma nominis) libri omnes

consentiebant, sic h. l. Φαλερίνῳ, & mox dein Φαλερίνου tenuere codices nostri mssti.

ὁ Λαβικανός. Agri *Labicani* mentionem facit Plin. lib. f III. T. I. p. 155. l. 2. ed. Hard. *Labicani vini* non meminit. ἡδὺς καὶ λιπαρός. Particulam καὶ, quam ignorabant editi, commode dedere nostri mssti.

ἡ δὲ αὐτοῦ πόσις. Pro istis verbis, quae cum editis codex noster *b.* agnoscit, haec habet cod. *a.* ὁ δὲ ἄρχεται τῆς πόσεως.

ὁ Γαύρανος δέ. Corrupte ἀγγαύρανος ed. Venet. & Bas. cum cod. *b.* ἀγαύρανος cod. *a.* Recte vero *Gauranum* ex Plinio restituit Dalech. unde & in graeco exemplo correxit Casaubonus. *Gaurum montem*, & *Gauranos montes*, & *Gauranas vites* Plinius commemorat; & de *Gaurano* praeterea *vino* ita scribit lib. XIV. 6, 8. num. 2. *Quidam ita distinguunt*, inquit: *summis collibus Gauranum gigni, mediis Faustianum, imis Falernum.* Mox, pro εὔτονος, perperam εὔγονος cod. *a.*

Οὐλβανός. Pro hoc, sua auctoritate *Faustianum* posuit Dalech. Quidni cum Hermolao *Urbanum?* ab Urbana colonia quam in eisdem partibus nominavit Plin. XIV. 6, 8. num. 8. Haud raro literam ʀ, praesertim ante aliam consonam, mollioris pronunciationis caussa in ʟ mutatam novimus. Sic vicissim, paulo post, in Βαρβῖνος & in Ἔρβουλος est ρβ, ubi latinus sermo *lb* praeferebat. κοῦφος, πότιμος ἀπὸ ἐτῶν πέντε. Sic haud dubie transponenda fuere ista verba, quae perperam inter se mutaverant sedes.

Ὁ Ἀγκωνιτανὸς χρηστὸς, λιπαρός πως. Bene sic edidit Casaub. nescio an e mssts, quorum tamen nullam fecit mentionem: illud video, praeivisse Casaubono Dalechampium in versione, qui respexerat puto Plinii verba XIV. 6, 8. num. 5. ubi *vina* laudantur *Ancone nascentia.* Quidquid sit, istam scripturam a Casaub. receptam firmant (quod quidem sciam) codices nostri, e quibus nulla discrepantia ab ista scriptura adnotata est. Partim vero mutila, partim corrupta erat scriptura in ed. Ven. & Bas. in hunc modum, ὁ ἀσ. . . . . νιτάνος χρηστὸς, λιπαρὸς πως . . . , Unde superior interpres, Natalis a Comite, *Asconitanum* vinum fecerat.

Ὁ Βυξεντῖνος. Sic & nostri codices & Hermolaus a Barbarus l. c. sect. 839. Erat *Buxentum*, (Strabonι Πυ-

a ξοῦς, Ptolemaeo Βούξεντον) Lucaniae oppidum; de quo vide Cellar. Geogr. Antiq. T. I. p. 907. Quod vulgo h. l. edebatur Ὁ Βικεντῖνος, e Veneti editoris ingenio aut παρορθώσει erat prognatum. ἐμφερὲς ἔχει τῷ Ἀλβανῷ τὸ ὀμφακίας εἶναι. τῷ ὀμφακίας habent noſtri codd. & carent εἶναι. Perperam omnino. Id ſive ex ingenio curaverit primus Editor, ſive meliorem librum ſecutus ſit, bene hunc locum curavit.

ἔστι δὲ δυνατὸς καὶ εὐστόμαχος. Nihil in iſta ſcriptura, ſi per ſe ſpectes, magnopere deſiderandum videtur. Sed quod ſi cum eo quod habent h. l. codices noſtri, (δυνάμει pro δυνατὸς ſcribentes) conferas conſentientem paulo inferius (lit. c.) librorum ſcripturam, εὔκρατος τῇ δυνάμει, εὐστόμαχος &c. tum rurſus p. 33. a. διὰ τὸ πολὺς εἶναι (ſive ibi παχὺς oportuit) τῇ δυνάμει, facile tibi perſuadebis, hîc quoque δυνάμει verum eſſe. Et poteras quidem ſuſpicari, intercidiſſe adiectivum aliquod, cum εὐστόμαχος iungendum: at ne hoc quidem ſtatuere opus eſt, ſi καὶ *etiam* interpretemur, hoc modo, *eſt vero ſua vi etiam ventriculo commodum.*

ὁ Οὐελίτερνος. ὁ Οὐέτερος erat editum, quod etiam Natalis in verſione tenuit, *Veterum* ſcribens: ſed Dalechampius *Veterninum*. CASAUBONUS vero in *Animadv.* ait: »In »membranis reperio ὁ Οὐεστῖνος δέ. *Veſtini*, populus Ita»liae non obſcurus. *Veſtinum* igitur poſthac id *vinum* di»catur: quamquam Dalecampii coniecturam ſtabiliunt qui»dam codices, in quibus ſcriptum ὁ Οὐέντερος.« Si msstos libros diligentius inſpexiſſet Caſaubonus, vidiſſet non Οὐέντερος in illis ſcriptum, ſed Οὐέντερνος: in quo vocabulo, ſi cogitas quam parum interſit inter N & ΛΙ, ipſum Οὐελίτερνος haud obſcure ineſſe videbis. *Veliternum* autem vinum percommode dicere illud potuit, quod *Veliterninum* Plinio eſt XIV. 6, 8. num 3. Iſtud Οὐεστῖνος, quod in membranis ſe reperiſſe Caſaubonus ait, non ipſe in membranis vidit; ſed, ut iam ſaepe obſervavimus, in ora exempli impreſſi notatum reperit, in qua ora mixtae erant lectiones e codicibus msstis excerptae & virorum doctorum coniecturae.

ἴδιον δ' αὐτοῦ τὸ μὴ δοκεῖν ἀπαρέγχυτος εἶναι. Recte monuit CASAUB. nil opus eſſe, ut ἀπαράχυτος corrigamus cum Dalech. »Scio, (inquit) Galeni dictionem eſſe

» ἀπαράχυτος: ſed, & παραχεῖσθαι dixerunt, & παρεγ- » χεῖσθαι. « — Vide p. 26. b. & p. 31. f.

ὁ δὲ Σιγνῖνος μέχρις ἐτῶν ἓξ χρήσιμος. Nil variant graeci libri, a quorum ſcriptura prorſus diſcedens Dalech. ſic in verſione poſuit: *Signinum ad annum uſque ſextum crudum & nullius uſus.* Tum in Notula ait: *Auſteritate nimia id alvum continet, & ideo inter medicamina numeratur:* quae verba ex Plinio ducta ſunt, XIV. 6, 8. num. 3. Rurſus idem Plin. XXIII. ſect. 21. *Alvo citae*, ait, *Signinum maxime conducere, indubitatum eſt.* Sic & Martial. XIII. 116. *Potabis liquidum Signina morantia ventrem.* Apud Athenaeum intercidit fortaſſe aliquid, ſive Epitomatoris culpâ, ſive librariorum. b

Νομεντάνος. Latinis auctoribus, *Nomentanum* vinum. Sic Martial. XIII. 119. Et Nomentanas vites laudat Plin. XIV. 2, 4. num. 2. ubi vide quae notavit Harduin. Σπωλιτῖνος. Editum erat Σπολ. per ο breve, quemadmodum & apud Strabon. lib. V. pag. 227. d. At Σπωλιτ. dedere noſtri codices, quod rectius putavi. Certe primam in illo nomine ſyllabam longam uſurpavit Martial. XIII. 120. Sic & Σπωλίτιον recte ſcribitur apud Appian. de Bell. Civ. V. 33.

Καπυανός. Poenitet propemodum hanc tenuiſſe ſcripturam, quae haud dubie nonniſi ingenio debetur Veneti editoris. Ἀκουανὸς eſt veterum librorum ſcriptura; ſub qua quidem quid lateat, an ipſa vera ſit, viderint docti. Αἰκανοὶ eſſe veterum *Aequorum* nomen, ſatis conſtat; & *Aecanos* Plinius etiam nominat: at id quidem nihil huc facere videtur. *Aequanum* vinum, quaſi Αἰκουανὸς legiſſet, nominavit Hermolaus ſect. 832. at id a nemine alio e veteribus laudatum video, nec, unde dictum ſit, habeo compertum. Mox Συρρεντίνῳ παρεμφερὴς & dein Φαλερίνῳ ἐμφερὴς dedere mssti, niſi quod Συρεντ. non Συρρεντ. habent. Utrimque nude ἐμφερὴς ed. Ven. & Baſ. Συρρεντ. ἐμφερὴς & Φαλερ. παρεμφερὴς edidit Caſaub. inverſo msstorum ordine.

ὁ Βαρβῖνος. *Balbinum* Hermolaus nominat, ad Plinium provocans, qui XIV. 6, 8. num. 6. *vinum* commemorat *Babiae* (in inferiori Italia) *genitum*; ubi pro *Babiae*, *Balbiae* legendum idem Hermolaus coniectaverat. ὁ Καυ- c κῖνος. Conſentiunt graeci libri: quum vero nullum tale notum ſit in Italia nomen, probabiliter Hermolaus *Cau-*

c *linum* huc traxit, quod iuxta Capuam gigni Plinius loco modo citato docet. Suſpicatuſque eſt idem Hermolaus, non diverſum eſſe vinum Caulinum ab eo, quod Polybius (ut docet noſter Athenaeus I. 31. d.) ἀναδενδρίτην, id eſt, *arbuſtivum* vocari tradiderat. Βενεφράνος. *Venafranum vinum*, ex Venafrano agro Campaniae, cuius oleum prae caeteris laudatum erat. Τρεβελλικός. Τρεβιλλικὸς habent noſtri libri. Sed iſtud verum eſt. Sic quidem latini ſcriptores *Trebellicum* dicunt.

ὁ Ἐρβουλος. Graecum nomen *Herbulum* tenuit Hermolaus. Equidem Dalechampium probavi, *Helvolum* latine ſcribentem: permutatis inter ſe literis R & L ante B vel (quae eiuſdem organi eſt) V. De qua permutatione paulo ante ad p. 26. f. diximus. *Herbuli* vini aut agri nemo Romanus ſcriptor, quod ſciam, meminit. *Helvolas uvas* Plinius laudavit XIV. 2, 4. num. 4. & Columella III. 2. *Helveolum vinum* Cato dixit de Re Ruſt. cap. 24. ſi vera ibi ſcriptura. Eſt autem ei non a patria nomen, ſed a colore *helvo*, quem inter rubeum & album medium ſtatuunt; ut videatur idem eſſe helveum & gilvum. Iam & *Maſſilienſe vinum* inter *Italica* refertur; puto ob frequentiorem eius in Italia uſum. Pro Μασσαλιώτης, quod erat editum, Μασσαλιήτης dedere libri noſtri: quae forma nominis, apud Stephanum Byz. quidem neſcio quo caſu praetermiſſa, ex nummis vero ab Holſtenio ad Stephanum commemorata, paſſim tamen apud ſcriptores Graecos cum in editis libris, tum in probatiſſimis msstis, reperitur. Vide Polyb. XXXIII. 4, 1. & 7, 1 ſeq. tum Cod. Vat. apud eumdem Polyb. III. 95, 6. Diodor. Sicul. XIV. 93. Appian. in Reliq. Hiſtor. Ital. c. 8. in Excerptis Valeſ. &c.

d ὁ δὲ Μαμερτῖνος - - - καλεῖται Ἰωτάλινος. »Poſtremam vocem eſſe mendoſam nemo dubitat. Emendarunt »Ἰταλικός. Vera lectio Πωταλῖνος. Plinius lib. »XIII. cap. 6. [immo XIV. 6, 8. num. 4.] *Mamertina vi»na circa Meſſanam in Sicilia genita. Ex iis Potulana, ab »auctore dicta, in loco proximo Italiae laudantur praecipue.* « Casaub. — Quod Plinius docet, *Potulana* vina ab auctore nomen habuiſſe, id ignoraſſe aut certe de eo non cogitaſſe videtur Athenaeus cum iſta ſcriberet. Prorſus eum colorem habent graeca verba, ac ſi dixiſſet auctor, *Mamertinum vinum, extra Italiam licet genitum, tamen I t a-*

licum solere nominari, & *Italicis accenseri*. Facile quidem d mihi persuasi, errorem inesse in Graecis verbis, in quibus nihil mutant mssti nostri: sed error videbatur ipsius Athenaei esse; adeoque a nobis, qui quae Athenaeus scripsit edenda restituendaque suscepimus, non corrigendum. Suspicatus vero etiam eram, Ἰταλιωτικὸς fortasse scripsisse Athenaeum; quae forma nominis (pro Ἰταλικὸς) paulo quidem rarior, at occurrit tamen cum alibi, tum in illo Platonis loco, quem supra ad p. 25. e. citavimus.

AD CAP. XLIX.

ANTIPHANIS *versum* 4. cui deest posterius hemistychium, e supplere tentavit CASAUBONUS hoc modo:

Τυρὸς Σικελικὸς, ἐκ Συρακουσῶν σύες.

» De *caseo Siculo*, inquit, Aristophanes Vesp. [vs. 838. ed. » Br.] τροφαλίδα τυροῦ Σικελὴν κατεδήδοκε. De Syracu- » sarum suibus, sive carnibus suillis, Hermippus paullo » post, Αἱ δὲ Συράκουσαι σῦς καὶ τυρὸν παρέχουσι. « — *Vers.* 5. μύρον ἐξ Ἀθηνῶν. Alia, quae laudantur ex Attica, vide infra, II. 43. b. c. *Ibid.* ἐγχέλυς Βοιώτιαι. Scilicet ex Copaide lacu Boeotiae. cf. II. 71. b. c. VII. 297. c. d.

Ἑρμιππος δ' οὕτως. HERMIPPUS, scil. in fabula cui titulus Φορμοφόροι, ut docet Hesychius in Διὸς βάλανος, coll. cum vs. 20. quem habes pag. 28. a. Eamdem fabulam infra citat Athenaeus XV. 700. d. Ex hoc quidem loco suspicari licebat, fuisse unam e *Parodiis* Hermippi. Et *primus* quidem *versus* totus ex Homero (Iliad. β'. 484. λ'. 218. ξ'. 508. π'. 112.) translatus: e quo etiam corriget studiosus lector levem errorem, qui e prima ed. Casaub. & superioribus in nostrum irrepsit exemplum; scriberque ἔσπετε, pro ἕσπετε.

Vers. 7. Καὶ παρὰ Σιτάλκου ϕώραν Λακεδαιμονίοισι. » Fa- » cetus nimis Hermippus alludit ad *expeditionem* aliquam » *Lacedaemoniorum* in Thraciam, rogatu *Sitalcae* reguli su- » sceptam; unde aliud nihil *retulerint* nisi *scabiem & alia va-* » *letudinis incommoda*, quae ἐκ κακουχίας nasci solent. « CASAUB. — Vide, ne non *Sitalcae rogatu* expeditionem susceperint Lacedaemonii, sed *adversus Sitalcam*, qui Athenienssium socius erat bello Peloponnesiaco, ut docet Thucyd. II. 29. & Diodor. Sic. XII. 50. Quod, praeter *scabiem*, *alia etiam valetudinis incommoda* dixit Casaubonus, respexit

e puto ſcripturam ante nos editam ψώρας, quaſi in plurali vocabulum iſtud poſuiſſet poëta. At vera lectio ψώραν eſt, in ſingulari, quam e mſstis noſtris reſtitutam dedimus.

Verſ. 8. καὶ παρὰ Περδίκκου ψευδῆ ναυσὶν πάνυ πολλαῖς. περὶ Περδίκκου habet cod. *a.* quod ſpecie non caret; *de Perdicca*, ſcil. ſpem inanem de Perdiccae ſocietate conceptam. Neque tamen hoc praetulerim vulgatae ſcripturae, cui ſuffragatur cod. *b.* In ψευδῆ conſentiunt edd. neſcio an & mssti, e quibus ad hunc locum nihil notatum: omnino vero ψεύδη ſubſtantivum (*mendacia*) repoſitum velim. Sic etiam haud dubie Euſtathius legit, exſerte ψεύδεα ſcribens, ad Iliad. β'. p. 197, 49. ubi etiam ſcripturam παρὰ Περδ. recte tenuit. Haec ad verba. De re ſic CASAUBONUS: »*Peloponneſiaci* belli temporibus »*Sitalcas* partis Thraciae dynaſta fuit, *Perdiccas* Macedo»niae rex. Narrant autem hiſtorici, Perdiccam ſocietate »iunctum fuiſſe cum Athenienſibus: quorum animos cum »erexiſſet in ſpem magnam auxilii, in nervum conatus »erupit. Ea propter ait poëta, *Perdiccam miſiſſe Athenas* »*inanes auxiliarii militis, & mendaciis onuſtas naves.* Ille »quidem *Athenienſes* non nominat: ſed, ita exponendum »eſſe hunc verſiculum, fatebitur qui recens fuerit e lectio»ne libri ſecundi Thucydidis, & libri XII. Bibliothecae »Diodori. Recte obſervat Euſtathius, imitatione Homeri »hoc eſſe dictum ab Hermippo. Ὅρα, inquit, [ad Iliad. »β'. p. 147, 50.] τὸ, ψεύδεα ναυσὶ πάνυ πολλαῖς, παρα»ξεσθὲν ἐξ Ὁμήρου, φαμένου ἐν τοῖς ἑξῆς, δυνατὸν εἶναι »ὀνείδεα μυθήσασθαι, ὅσα οὐδ' ἂν ἑκατόνζυγος ναῦς ἄροι»το. Locus poëtae eſt Iliad. ψ'. [Immo Iliad. υ. 247.] « —

f αἱ δὲ Συράκουσαι σῦς καὶ τυρὸν παρέχουσι. Non placebat παρέχουσαι, tum per ſe, tum ob ὁμοιοτέλευτον cum voce Συράκουσαι. Quo libentius tenui παρέχουσι, quod tacite repoſuerat Caſaub. Sic quidem & legiſſe Euſtathius videri poterat: at id haud ſatis certum, quoniam paulo diverſa utitur verborum ſtructura. καταλέγει, inquit, ἀστείως ὁ Ἑρμιππος, πρὸς ἄλλοις, (πρὸς τοῖς ἄλλοις malim) – – ὡς αἱ Συράκουσαι σῖτον καὶ τυρὸν παρέχουσι. Quibus in verbis illud norandum, quod pro σῦς, in quod (quoad mihi compertum) conſentiunt cum editis noſtri mssti, σῖτον Euſtathius poſuit. De quo vocabulo CASAUBONUS: »Cogitemus ſane: inquit; Sicilia enim fru»menti fertiliſſima. Sed metro levi mutatione conſulen-

» dum foret: σῖτον ἡδὲ τυρόν. « Obſervandum tamen, ſi Caſauboni ſequaris emendationem, oportere ut primam in τυρὸς brevem ſtatuas: quam quidem conſtanter, ni fallor, longam uſurparunt Graeci; quemadmodum etiam latine *butyrum* penultima longa dicimus.

Verſ. 10 *ſq.* καὶ Κερκυραίοις - - - ὅτι δὴ δίχα θυμὸν ἔχουσι. Cum nude ὅτι δίχα ſcriberent omnes, monuit CASAUB. » Infarta ſyllaba ſcribendum ὅτι δὴ δίχα » θυμὸν ἔχουσι. Iocus eſt [ſic pergit idem] in pronuncia» tione vocis, θυμὸν, aut θύμον. Nam θύμος, *agreſtis cepa*, » qua veſcebantur pauperes, ut nautae miſeri. Antipha» nes, [apud Athen. II. 60. d.] Οὐδεὶς χρεῶν παρόντων » ἐσθίει θύμον. Poteſt igitur elici haec ſententia: *Male* » *pereant Corcyraei, qui cepas iſtas agreſtes*, quae in ipſo» rum inſula naſcuntur optimae, *ſibi ſolis ſervant*, neque » alio tranſmittunt, ſed in ſuis ipſi navibus edunt. Poteſt » & ita exponi, ſi pronunties θυμὸν, tono in poſteriorem » ſyllabam translato: *Male ſit Corcyraeis, qui cum caeteris* » *Graecis tempore neceſſario conſentire non ſolent.* Alludit ad » bellum Xerxis, quo tempore publica Graeciae ſalus » prodita eſt a Corcyraeis; ut ex Herodoto explicat vere » Euſtathius, Odyſſ. ή. [p. 288, 21 ſqq.] Olim legebam, » ὅτι ἀνδίχα θυμὸν ἔχουσι: *quia in factiones diviſi neque* » *ſe neque caeteros Graecos quietos eſſe ſinunt.* Lege Thucy» didem & Diodorum de cauſſis conflati belli Peloponne» ſiaci, quo attritae opes Graeciae. « — De θύμῳ, *cepa agreſti*, cogitaſſe poëtam vix putem: quamquam praeciſe negare nolim, iſtud etiam in verbis ludicrum aliquatenus eum eſſe ſecutum. Euſtathius verba Hermippi l. c. referens, pariter nude ὅτι δίχα ſcripſit. Tutiſſimum viſum eſt, δὴ cum Caſaubono ſupplere. Qui itaciſmum cogitaverit, facile intelliget quid anſam dederit omiſſioni illius voculae. δίχα θυμὸν ἔχουσι, *diverſa ſentiunt*, dictio plane Homerica, Iliad. υ. 32.

Verſ. 12. Ταῦτα μὲν ἐντεῦθεν. Si haec verba non modo ad ſuperiora, ſed & ad proxime praecedentia referas, intelligere debebis, *e Corcyra ortam inter Graecos* (bello ſcil. Peloponneſiaco, ut monuit Caſaub.) *diſcordiam.* *Verſ.* 17. αὐτὰρ ἀπ' Εὐβοίας. Si recte percepi, habet ἀπ' Εὐβοίης cod. *b.* Neſcio an & alter. *Verſ.* 18. ἀπὸ δ' Ἀρκαδίας ἐπικούρους. Vide Eraſmi Adag. *Arcadas imitans;* & Suidam in Ἀρκάδας μιμούμενοι. *Verſ.* 19. αἱ Παγασαὶ ex

f msstis correxit Casaub. consentientibus nostris. Perperam αἱ Ταγασαὶ ed. Ven. & Bas. » Nam ubi gentium (ait Ca-» saub.) visae *Tagasae* istae? At *Pagasae* oppidum Phthio-» tidis Thessaliae, Ptolemaeo, aliis. Fuit aliquando urbs » ea portu nobilis & emporio: indeque, ut videtur, peti » solita *mancipia* Thracica, *frontes inscripta* more gentis & » literata.« — Retractavit hunc locum Palmerius Exercitat. p. 481 sq. ita tamen, ut non admodum operae pretium feciſſe videatur.

a *Vers.* 20. τὰς δὲ Διὸς βαλάνους. » Διὸς βάλανοι sunt *nu-» ces Ponticae*, de quibus in Excerptis libri II.« Casaub. — Hesychius, in Διὸς βάλανοι, postquam hunc ipsum versum ex Hermippi Φορμοφόροις citavit, hanc subiecit interpretationem: τὰ καστάνια. τινὲς δὲ Ποντικὰ λέγουσιν ἢ Ἡρακλεωτικά. Vide infra lib. II. p. 53. c. & e. *Ibid.* καὶ ἀμύγδαλα σιγαλόεντα. » *Amygdala magna & admirabilia*: » vel *compuncta & parvis foraminibus distincta*. Allusio facta » ad Homericum acroteleutium.« Casaub. — Amavit utique Homerus istud epitheton in fine versuum ponere, ad indicandam rem *quae suam ob praestantiam cum admiratione & silentio spectari mereatur*. Et haud dubie a poëtarum principe istud vocabulum mutuatus est Hermippus, sed in aliam fortasse sententiam traxit. Prior Casauboni interpretatio vulgatissima; quam adnotavit etiam explicavitque Eustathius, cum alibi, tum praesertim ad Iliad. ε. p. 411, 12. Eâdemque ratione facile equidem patiar, ut σιγαλόεντα apud Hermippum quoque, ut apud Homerum, *praestantissima* intelligantur. Alteram interpretationem ab eodem Casaub. propositam tetigit ibidem Eustathius: at ea sane, si quid video, lubrico admodum nititur fundamento, ut quae statuat τὸ σιγαλόεν, per ellipsin literae τ post σ, idem valere ac τὸ κατεστιγμένον. Mireris tertiam interpretationem, ab eodem Eustathio ibidem propositam, & ad ipsa haec Hermippi verba adplicatam, de quibus agimus, silentio praetermissam esse a doctissimo Animadversore. Operae pretium videtur, ipsa Graeci Commentatoris verba adponere: οἱ δὲ σιγαλόεντά φασιν - - - τὰ σύμλακτα, - - καὶ διὰ τοῦτο σιγηλὰ καὶ μὴ θορυβοῦντα φόφῳ ἴχου. ὅθεν ἀστείως καὶ ἀμύγδαλά τις ἔφη σιγαλόεντα, τὰ μὴ ψοφητικὰ ἐν τῷ κλᾶσθαι, ἀλλὰ πιεσμῷ δακτύλων ἐνδιδόντα εἰς θραῦσιν. Scilicet σιγαλόεντα dici *amygdala*, quae ita sint *molli putamine*, ut *sine stre-*

pitu frangi possint, uni pressioni digitorum cedentia. In eam- a
dem sententiam (Eustathii quidem locum citatum, ut videtur, ignorans) incidit Palmerius, in Exercit. in Auct. Graec. p. 482. ubi *molluscas* se h. l. intelligere ait *amygdalas*, de quibus Plinius loquitur lib. XV. cap. 22. (al. 24.) *quarum scilicet fragile putamen est, & ideo sine strepitu frangi & manducari possunt.*

Vers. 21. τὰ γὰρ τ' ἀναθήματα δαιτός. Ex Odyss. α'. 152. *Vers.* 22. Φοινίκη αὖ. Sic recte duae priores editiones Casaubonianae. Φοινίκη δ' αὖ edd. vett. & ed. 3. Cas. cum nostris msstis, quod non ferebat metri ratio. *Vers.* 23. δάπιδας. Sic edd. δάπεδας cod. *a.* δάπητας cod. *b.* quod teneri fortasse potuerat. Licet enim vulgo nonnisi δάπιδες & τάπητες pro legitimis habeantur formis; reperitur tamen apud Hesychium etiam Δάπης, pro synonymo τοῦ τάπης.

AD CAP. L.

Πίνδαρος &c. Vide Schneideri Fragmenta Pindari p. 9. num. 2. In PINDARI *Vers.* 2. τρέχειν πυκινώτατον ἑρπετόν. Perperam τρέφειν editur apud Eustath. ad Odyss. ρ'. p. 633, 39. — »*Canes* vocat Pindarus ἑρπετὸν, quasi di»cas animal βαδιστικόν: nam ἕρπειν apud antiquissimos »Graecos *ire* significat: quae significatio vocis huius re»manst apud Doras, ut Theocritum, qui ita semper ac»cipit. Et Homerus quoque ἑρπετὰ pro *animalia* posuit, »Odyss. δ'. [418.] Etiam hominum genus ἑρπετὸν dici »adnotatum Hesychio. [in Ἑρπετά. ubi conf. quae adno»tavit doctus Editor.] De *Lacaenis canibus*, omnes grae»ci: de *capris Scyriis* Strabo.« CASAUB. — *Vers.* 3 *sq.* Σκύριαι δ' ἐς ἄμελξιν γάλακτος αἶγες ἐξοχώτατοι. In αἶγες & ἐξοχώτατοι consentiunt libri. Pro Σκύριαι vero est Σκύριας (sic) in ed. Ven. & Bas. Inde fortasse ansam Schneiderus cepit, Σκυρίας - - αἶγας ἐξοχωτάτους edendi, quo simul constructio orationis similis redderetur ei, quae in duobus versibus praecedentibus obtinet. At istud Σκύριας in ed. Ven. nil aliud, nisi manifestum erratum operarum esse videtur: ut vero constructio ubique similis fieret, nulla ratio cogebat; pariter certe in Hermippi versibus praecedentibus, & in sequentibus Critiae, variatam videmus constructionem. Ac sane ad

a ἐξοχώτατοι percommode verbum ſubſtantivum intelligi poſſe videtur. Sed id ipſum (fateor) me turbat, nec quid ſit video, quod ad *foemininum* αἶγες referatur *maſculinum* ἐξοχώτατοι: nam eiuſmodi ſuperlativum generis communis eſſe, & in foeminino genere eamdem cum maſculino terminationem poſſe habere, non compertum habeo equidem. Itaque omnino aut ἐξοχώταται ſcribendum puto, aut ἐξοχώτατον, intellecto e ſuperioribus nomine ἕρπετόν. De *Scyriis capris*, praeter Strabonem IX. 437. b. confer Athenaeum noſtrum XII. 440. d. (ubi etiam *Lacaenae* rurſus *canes* laudantur) & Zenobium Proverb. Centur. II. 18. ubi eoſdem hos Pindari verſiculos reſpexit paroemiographus. *Verſ.* 6. Pro ἀπὸ γᾶς, b perperam ἀπὸ τῆς habent mssti noſtri. In eiſdem, *vſ.* 7. eſt Σικελίας ὄχημα, abſque δὲ coniunctione. Σικελὸς ὄχος mox etiam a Critia laudatur.

CRITIAE *verſus* 1. in ed. Ven. & Baſ. noſtriſque mssti ſic ſcribebatur:

Κότταβος ἐκ Σικελῆς χθονὸς ἐκπρεπὲς εἰς ἔργον.

Quem ita, ut nunc legitur, tacite emendavit ediditque Caſaubonus, deleta voce εἰς, & verbo ſubſtantivo ante χθονὸς inſerto. De *Cottabo* frequenter & copioſe in decurſu huius operis agitur; praeſertim lib. XI. p. 666 ſq. ubi idem etiam Critiae verſus eodem modo, ut hîc, emendatus conſentientibus libris legitur. (vide p. 666. b.) Interim, cui ignotum illud nomen, vel e latinis Lexicis, quid *cottabum* veteres dixerint, petere poterit.

Verſ. 3. Poſterius hemiſtychium olim, etiamque a Caſaubono, ſic erat editum, καλλιδαπάνη τε κρατίστη. Et priorem mendoſam vocem tenent quoque mssti, ſed pro κρατίστη, κράτιστε habet cod. *b.* κράτιστος (vero cod. *a.* quam poſteriorem ſcripturam Caſaubonus pariter e ſuis mssis enotatam animadvertens, ita emendandum verſum monuit, ut a nobis editus eſt. Pentameter, qui ſequi debebat tertium verſum, nuſquam comparet: cuius defectum ſuo loco tranſverſis nonnullis *lineolis* indicavimus.

Verſ. 5. Θεσσαλικὸς δὲ ἁρόνος. »*Sellae Theſſalicae* memi»nit Pollux lib. X. cap. 26. [immo lib. VII. cap. 26. ſect. »112.] κάλλιστοι ὁ Θετταλικοὶ δίφροι. διὸ καὶ ἡ Πυθία »ἔφη· Θέτταλε ποικιλόδιφρε. Lege eumdem lib. X. c. XI. »[ſect. 47 ſq.] & Hippocratem περὶ Ἀρθρων.« CASAUB.

Verſ. 6. εὐναίου δὲ λέχους ἔξοχα κάλλος ἔχει. Vox ἔξο-

χα, quam percommode exhibent editi libri, neſcio unde arrepram, deeſt illa quidem noſtris msstis. *Verſ.* 8. Τυρσηνὴ δὲ κρατεῖ χρυσότυπος φιάλη. Perperam Τυρσηνὴν edd. Monuit vero Caſaubonus Τυρσηνὴ legendum: adiicere debebat, ita dare mssros libros; ſic quidem noſtri. *Tuſcanica opera* etiam a Plinio laudari, notavit idem Caſaub. Scilicet *Tuſcanica ſigna & ſimulacra*, Plin. XXXIV. 7, 16. *Coronarum Etruſcarum ex auro* meminit idem XXXIII. 1, 4. & XXI. 3, 4.

Verſ. 10. Φοίνικες δ' εὗρον γράμματ' ἀλεξίλογα. »De c »illo verſu haec Euſtathius, commentario in Ulyxeam »XIV. [p. 560, 18 ſqq. extremo comment. in Odyſſ. ξ'.] »Πρὸς ὁμοιότητα τοῦ ἀλεξάνεμος χιτὼν, ἐῤῥέθη καὶ νεὶὸς »ἀλεξιάρη ἢ παρὰ Ἡσιόδῳ· καὶ ἀλεξίκακος, ὁ κατὰ μετά»ληψιν καὶ κηραμύντης παρὰ Λυκόφρονι· ἔτι δὲ καὶ ὁ ἐν ἐπι»γράμματι ἀλεξιβέλεμνος χιτὼν, ὅς ἐστι θώραξ πολεμι»κός. Τοιαύτης δὲ συνθετικῆς δυνάμεως καὶ τὸ ἀλεξιφάρμα»κον, καὶ τὸ ἀλεξίλογον, οἷον· Φοίνικες δ' εὗρον γράμμα»τα ἀλεξίλογα. Explicat autem varie: ἢ τὰ ἀλέγοντα, »ἤγουν βοηθοῦντα, εἰς λόγον, *quibus utimur in ſermonem:* »vel, δι' ὧν ἀποσοβεῖται τὸ πλείω λέγειν, *quarum ope* »*longiorum ſermonum fit compendium.* Haec quidem mira »interpretatio eſt. Non deterius eſt, quod fingebamus »nos: Vocari *literas*, ἀλεξιλόγους, *propter vim orationis* »*in ſanandis animi perturbationibus.* Notum illud, Ψυχῆς »νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι: vel quia per *literas* abſen»tiae malis medemur; epiſtolis enim, ut eleganter ait »Gregorius, σκιαγραφοῦμεν τὴν τῶν ἀπόντων παρουσίαν.« Casaub. — Mihi vero nihilo probatiores Caſauboni interpretationes viſae ſunt, quam iſtae quae ſunt ab Euſtathio prolatae. Quod de literarum, id eſt, epiſtolarum ſolatio dixit vir doctus, prorſus ſilentio praetereo: quae cum alia ratione, tum & ea ipſa parte peccat, qua prior eiuſdem interpretatio, de vi orationis ad ſanandas animi perturbationes. Eſt enim ea (alias rationes ut taceam) prorſus analogiae ſermonis & compoſitionis repugnans: in iſtam enim ſententiam oportebat ἀλεξίπαθος aut aliqua ſimilis compoſitio; nam vocabulum illud, quod ad ἀλεξι in fine adiicitur, denotat id *malum*, cui mederi, quodve depellere debet ea res de qua agitur. Igitur ſi vocabulo ἀλεξίλογος uſus eſt Critias, de literis loquens, hoc dixit: *literas mederi* non animi perturbationibus, ſed τοῖς λόγοις,

c vel, *literas propellere* τοὺς λόγους. Et in hanc ſententiam Euſtathius poſteriori loco vocabulum illud accepit; cuius adeo non aliam, niſi frigidam interpretationem dare potuit. Nam quod prius aiebat, interpretari nonnullos, ἀλέγοντα (id eſt, βοηθοῦντα) εἰς λόγον, id manifeſte contra analogiam eſt omnium vocabulorum ex ἀλεξι compoſitorum, quae ab ipſo adlata ſunt. Quibus ex rationibus conficitur, ut intelligamus, non γράμματ' ἀλεξίλογα, ut vulgo editur, aut, ut Euſtathius legebat, (quod perinde erat) γράμματα ἀλεξίλογα ſcripſiſſe, ſed γράμματα λεξίλογα, aut λεξιλόγα, penacute, quod perinde eſſe videtur. Et perapte quidem ſciteque τὰ γράμματα, (id eſt *ſcripturae elementa*) ita dicta mihi viſa erant, quaſi *verbilega*; ſcilicet quod valeant illa πρὸς τὸ λέξαι τοὺς λόγους, quod eorum opera λέγομεν (id eſt συλλέγομεν) τοὺς λόγους, *colligimus conſervamuſque verba & dicta*, quae abſque illo admirabili invento in aëre diſſiparentur perirentque. Igitur id ipſum dicit Graecus poëta, quod ſuo ſermone percommode Lucanus Pharſal. III. 219. his verſiculis complexus eſt:

Phoenices primi, famae ſi creditur, auſi
manſuram rudibus vocem ſignare figuris.

In eamdem ſententiam locum hunc a Gallico interprete acceptum video, qui ſic vertit: *Les Phéniciens ont inventé les lettres, qui conſervent nos paroles.* Dixi perinde videri, λεξίλογα an λεξιλόγα ſcribas: nam adiectiva e verbo & nomine compoſita ſunt quidem pleraque antepenacuta, ut φιλόκαλος, μισόκαλος & ſimilia; quae vero ex verbo & nomine λόγος compoſita ſunt, fere penacute uſurpantur, ut μισολόγος, φιλολόγος; at reperiri etiam φιλόλογος antepenacute ſcriptum, adnotavit Steph. in Theſ. Ling. Gr. II. 640. d. nec ita male fortaſſe, nam id quidem deſiderare analogia videtur.

Verſ. 12. φορτηγοὺς δ' ἀκάτους Κᾶρες, ἀλὸς ταμίαι. »*Ca-*
»*res* poëta vocat ἀλὸς ταμίας, veterem eorum θαλαττο-
»κρατίαν ſpectans, non mercaturae habita ratione; quae
»eam gentem, quod ſciam, nobilem fecit nunquam.«
[At φορτηγοὶ tamen mercaturam ſignificare videntur.]
»Maris imperium populi Graeciae atque Aſiae alius alio
»tempore obtinuerunt, ut ſcimus ex Strabone & hiſtori-
»cis. Cares, quo tempore Romam a ſe conditam rege-
»bat Romulus, principes maris mediterranei fuiſſe, Eu-

» ſebius ſcriptum reliquit in Chronico. φορτηγῶν ſive *one-* c
» *rariarum* inventionem attribuit Plinius [VII. 56, 57.]
» Hippo Tyrio.« CASAUB. — Longam diſputationem de variis populis, qui diverſis temporibus maris olim obtinuerant imperium, idem Caſaubonus poſt editas in Athenaeum Animadverſiones inſtituit in Commentario in Polybium, qui numquam quidem abſolutus eſt: ſed eam illius particulam, qua iſta diſputatio continebatur, e viri docti ſchedis Iac. Gronovius ſuae Polybii editioni adiecit, ubi p. 194. num. X. de Carum θαλαττοκρατίᾳ agitur.

Verſ. 13. τὸν δὲ τροχοῦ γαίης τε καμίνου τ' ἔκγονον &c. Cum τροχὸν olim legeretur, haec adnotaverat CASAUBONUS: » *Rotae figlinae inventores* dicuntur Critiae » fuiſſe *Athenienſes:* credo, propter ſingularem Atticorum » fictilium praeſtantiam: quod etiam obſcurius innuit » Athenaeus, cuius verba [proxime ſequentia] ita cape, » καὶ ἐπαινεῖται ὄντως ὁ Ἀττικὸς κέραμος, *& revera laudan-* » *tur opera figlina Attica.* Matro Parodus, [apud Athen. » IV. 136. f.] Ἀττικῷ ἐν κεράμῳ πέττων τρεῖς καὶ δέκα » μῆνας. Caeterum de auctore primo figlinae rotae maxi- » mi ſcriptores in alia omnia eunt, Strabo, Seneca, Pli- » nius, & Diogenes quoque Laërtius.« — Veterum auctorum loca de rotae figlinae inventore curatius indicata vide apud Harduin. ad Plin. T. I. p. 414. not. 50. & Menag. ad Laërt. I. 105. Caeterum iſta ſic diſputata retractavit dein idem CASAUB. in *Addendis*, haec reponi iubens: » Rotae figulinae inventores dicuntur Critiae fuiſſe » Athenienſes: ſed fallunt nos depravati codices. Nam ſine » controverſia ſcribendum, Τὸν δὲ τροχοῦ (non autem » τροχὸν) γαίης τε καμίνου τ' ἔκγονον εὗρε. Non dicit Cri- » tias, *rotam figulorum ab Athenienſibus eſſe inventam:* verum, » *artem ipſam fingendi opera figlina;* quae eleganter appellan- » tur a poëta, *ſoboles* (id eſt, *opus*) *rotae*, *terrae*, & *camini.* » Sic in aenigmate, de quo libro X. cap. 17. [p. 449. b.] » *olla* dicitur τροχορυμασίτευκτον κύτος, πλαστὸν ἐκ γαίης: » & ſimilia alibi. Vide lib. II. cap. 23. [ad iſta verba τρο- » χηλάτου κόρης, p. 64. a.] Plinius lib. VII. c. 55. [aliis, » cap. 56. ſect. 57. p. 414. ed. Hard.] *Figlinas Choroebus* » *Athenienſis invenit.*« — In mendoſam ſcripturam τροχὸν conſentiunt noſtri libri: ſed neceſſariam Caſauboni emendationem nil cunctatus iam pridem adoptavit Valcken. ad Herodot. V. 88. p. 416. not. 93. De re confer quae no-

c tavit Iacobs ad Anthol. Vol. I. Part. II. p. 141. & p. 230. Adde quae ſupra ad Athenaeum noſtrum I. 3. f. ad verba illa Χίου κέραμιον adnotata ſunt. Pro γαίης τε, libri noſtri γαίας τε habent. In eiſdem paulo poſt, pro Μαραθῶνι, in quod conſentiunt editi libri, Μαραθῶνος ſcribitur. Aliud animo agebat Vir doctus, quem modo laudavi, cum *Marathonem* hoc loco *inventorem* perhiberi ait rotae figlinae.

Εὔβουλος δὲ φησί· Κνίδια κεράμια &c. Iſta verba, Κνίδια - - - πιθάκνια, Caſaubonus ita edenda curaverat, quaſi unum abſolverent verſum. Ego cum metri rationem, quod ei verſui ineſſet, compertam non haberem, cum ſuperioribus editionibus tamquam metri vinculo ſoluta eadem verba poſui. Adnotavit ad hunc locum CASAUB. » Κεράμια in Eubuli verſu non ſunt *vaſa figulina* » ſimpliciter, ſed eorum ſpecies peculiari nomine ſic dicta. » Erant *dolia minora* certae menſurae, transferendo vino » apta, aut in uſum *orcarum* ad ſalſamenta. *Cnidia* haec *ce-* » *ramia* (*amphoras* licet appelles: nam κεράμιον & ἀμφορεὺς tantumdem capiebant) laudat Eubulus; non quam- » vis *Cnidiam teſtam*. « — In eam ſententiam lubens equidem in verſione latina h. l. pro *Cnidia figlina*, *Cnidiae amphorae*, & ſupra I. 3. f. pro *Chii vini plenum fictile*, *Chii vini plenam amphoram* reponi velim. Mox pro βατάνια, perperam βοτάνια habet cod. *a*. De illo vocabulo vide infra, IV. 169. d-f. & Heſych. in Βατάνια.

d Ἀντιφάνης δέ· Νάπυ Κύπρου &c. Verba iſta, quae ANTIPHANI hic tribuuntur, vulgo quaſi in verſus diſtributa legebantur in hunc modum:

Νάπυ Κύπρου καὶ σκαμμωνίας ὀπὸν,
κάρδαμον Μιλήσιον, κρόμυον Σαμοθράκιον,
καυλὸν ἐκ Καρχηδόνος καὶ σίλφιον, θύμον Ὑμήττιον,
ὀρίγανον Τενέδιον.

Quae malui equidem continuo tenore tamquam metro ſoluta ſcribere, quam ita male claudicantes verſus adponere. Poterant tamen facili negotio in ordinem cogi, praeeunte praeſertim Polluce VI. 67. ubi leguntur quatuor hi ſenarii, quibus parum utique ad iuſtam menſuram deeſt:

Καὶ νάπυ Κύπριον, καὶ σκαμμωνίας ὀπὸν,
καὶ κάρδαμον Μιλήσιον, καὶ κρόμμυον
Σαμοθράκιον, καὶ καυλὸν ἐκ Καρχηδόνος
καὶ σίλφιον, θύμον τε τῶν Ὑμηττίων.

Lege *verſ.* 1. cum Athenaei libris Κύπρου pro Κύπριον, d & σκαμωνίας ſimplici litera μ ſcribe; tum *vſ.* 4. τὸν Ὑμήττιον lege, pro τῶν Ὑμηττίων: addeque prius heiniſtychium quinti verſus,

ὀρίγανον Τενέδιον.

& nihil deſiderabitur amplius. Quibus in verſibus cum commemoretur καυλὸς & σίλφιον, quorum in ſequentibus frequens etiam fiet mentio; (& ἐκ Κυρήνης καυλὸν paulo ante memoratum vidimus, p. 27. e.) in tranſcurſu notabimus, & καυλὸν & σίλφιον interdum totum illum fruticem denotare, e cuius vel caule vel radice capitur ὀπὸς, id eſt, *ſuccus* ille, quem *ſuccum Cyrenaicum*, *laſer*, *laſerpitium* Romani vocabant; qui tam pro medicamento, quam pro condimento, in ſummo honore cum apud Graecos tum apud Romanos erat. Sigillatim vero καυλὸς, *caulis* fruticis, σίλφιον vero *radix* dicebatur; ut monuit Pollux l. c. Qui uberiora cupit, adeat Bodaeum a Stapel ad Theophr. Hiſt. Plant. lib. VI. cap. 3. Caeterum quum diſerte verſus illos ex EUBULI fabula, cui *Glaucus* titulus, ductos Pollux dicat, quorum auctorem *Antiphanem* facit Athenaeus; incertum, poëtarum-ne illorum alter alteri eos ſubripuerit; (de cuius generis furtis ſupra ad I. 17. c. d. & 26. a. dictum) an alterum ex ſcriptoribus, qui eos citarunt, memoria fefellerit; aut fuerit-ne apud Athenaeum per Epitomatoris aut librariorum culpam aliquid hoc loco turbatum. Meurſius quidem, hunc locum tractans in Reliquiis Atticis cap. 10. p. 45 ſq. recta pronunciare non dubitavit, memoria falſum eſſe Athenaeum.

AD CAP. LI.

τὸν Χαλυβώνιον - - ὃν φησι Ποσειδώνιος κἀν Δαμασκῷ τῆς Συρίας γίνεσθαι. » *Chalybonium vinum* Strabo, Heſy- » chius, Euſtathius, *naſci in Syria* ſcribunt: Athenaeus, » ſi conſtat fides noſtris libris, κἀν Δαμασκῷ τῆς Συρίας, » *etiam Damaſci in Syria*; quaſi eſſet illius vini regii prior » alia patria quam Damaſcus, cuius urbis uvas hodieque » in deliciis eſſe tota Europa ſciunt omnes. Euſtathius [ad » Od. δ'. 173, 25. eumdem hunc Athenaei locum ob ocu- » los habens] legit ἐν Δαμ. non κἀν: eum ſequerer, ni- » ſi alio traherent ſequentia verba. In Suidae collectaneis

»Χαλυδώνιος per δ perperam.« CASAUB. — Confer auctores ad Hesych. laudatos.

e Ista verba: — Καὶ ἀντίδοτον καὶ ἔγχει &c. e codice Corseliano protulit Schottus Obs. Hum. I. 6. p. 9. num. 6. Erant autem in ora illius codicis ita adscripta, ut in contextum h. l. reponenda esse significaretur. An eadem praeferat etiam noster cod. *a.* non habeo compertum: nihil quidem ex eo ad hunc locum adnotatum reperio. Erant autem in cod. Cors. continuo tenore scripta; certe sic a Schotto producta sunt: quae nos in quatuor versiculos distinximus, quorum primo deest primus pes, quarto posterius hemistychium. In *vers.* 2. possis legere ὅτι γὰρ pro ὃ γὰρ, sed & hoc teneri poterit. Cuiusnam vero poëtae sint isti versus, nec adnotatum erat in codice Corselii, nec aliunde mihi liquet. — De *Thasio vino* plurima veterum testimonia collegit Lennep ad Coluthum p. 11 sqq.

In CLEARCHI *verbis* illis, ὃν αὐτὸς ἐποίησεν ὁ Μάρων μοι δοκῶ, si μοι ad ἐποίησεν referas, nihil difficultatis inerit: sic enim δοκῶ *puto* sonabit, ut frequenter aliâs. Sed eam speciem praefert structura verborum, ac si cohaererent verba μοὶ δοκῶ. Et haud dubie iuncta haec intelligerem, nisi insolita prorsus dictio videretur. Pervulgata quidem formula, ἐμοὶ δοκεῖν vel ἐμοὶ δοκοῦν, pro ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, *ut mihi videtur:* magis etiam pervulgata illa, ἐγώ μοι δοκῶ ἰδεῖν, ἀκηκοέναι, & similia, *ego mihi videor vidisse, audivisse:* sed μοὶ δοκῶ prorsus absolute positum, aut adiecto verbo quod ad aliud subiectum referatur, pro ἐγὼ δοκῶ vel δοκεῖ μοι, *ego puto, mihi videtur,* id vero infrequens admodum & paene insolitum mihi videbatur. At eiusdem tamen generis fuerint duo exempla e Galeno prolata a Wetstenio ad Actor. 26, 9. scil. de Usu partium XI. ἐγὼ μὲν δή μοι δοκῶ παρ' ὅλον ἤδη δεδεῖχθαι τὸν λόγον· & de Dogmat. Hippocr. & Plat. II. ἐγὼ μὲν δή μοι δοκῶ τὸ κελευθὲν ὑπὸ τοῦ Χρυσίππου πεπράχθαι: nisi forte utroque istorum locorum (quod nunc non vacat disquirere) verba δεδεῖχθαι & πεπράχθαι activa notione sint accipienda. Sed prorsus certe simile ei loco Clearchi, de quo quaerimus, est illud exemplum, quod ex Plotino Enead. I. 6, 8. idem Wetstenius ibidem protulit: ὥς πού τις μῦθος δοκῶ μοι αἰνίττεται. Denique simillimum omnino habes ex Lyncei epistola apud ipsum nostrum Athen. IV. 129. a. ἐπεισβάλλουσιν αὐλητρίδες, - - ἐμοὶ μὲν δοκῶ,

γυμναὶ, πλὴν ἔλεγόν τινες αὐτὰς ἔχειν χιτῶνας. *Clearchi* e *verba*, ut h. l. apud Noſtrum leguntur, ſic repetiit Euſtath. ad Odyſſ. *i.* p. 347, 28. — De *Marone* vide I. 26. a. ibique not. & I. 33. d.

— Θασίοις καὶ Λεσβίοις οἴναρ. &c. Iidem ALEXIDIS *verſiculi* repetuntur II. 47. d. omiſſis quidem duobus verbis καὶ Λεσβίοις. Ad *verſ.* 2. τῆς ἡμ. τὸ λοιπ. ὑποβρέχει μέρος, adnotavit CASAUB. »Elegans verbum ὑποβρέχειν, pro ὑπο»πίνειν, *pitiſſare*, &, ut Neronis verbum uſurpem, *ſub»bibere*: nam βρέχειν pro *bibere* ponebant, ut ante dictum. » [I. 23. a.] Longus Paſtoral. lib. II. καὶ οἷον δὴ γέροντες »ὑποβεβρεγμένοι πρὸς ἀλλήλους πολλὰ ἔλεγον.«

ὁ αὐτὸς· Ἥδυς ὁ Βρόμιος &c. Ad quoſnam verſus ſpectent in hac operis parte nomina Auctorum adſcripta, per Epitomatoris culpam haud ſatis adparet; cum alia nomina poſt recitatos verſus poſita ſint, alia deinde verſibus praepoſita; at hoc loco utique etiam librariorum errore factum videtur, ut maior eſſet nominum confuſio. Nec vero dubitandum puto, tria deinceps prolata fragmenta, (primum illud, Λεσβίου πόματος &c. alterum, Θασίοις καὶ Λεσβίοις, tertium hoc, Ἥδυς ὁ Βρόμιος) ad eumdem ALEXIDEM fuiſſe referenda. Sed in hoc poſtremo ne ipſa quidem verba carent difficultate. *Verſus* 1. conſentientibus edd. & mſstis ſic conceptus erat:

Ἥδυς ὁ Βρόμιος τὴν ἀτέλειαν Λεσβίου
ποιῶν &c. ubi τὴν ἀτέλειαν de *vili pretio* acceperat interpres Dalech. & a totius loci ſententia aberraverat. Commode vero CASAUBONUS: »Fingebat, inquit, Alexis in »aliquo dramate, exiiſſe *Bacchi edictum*: *Ne quis Lesbiorum »alio quam Athenas vinum deferret vaenum: qui ſecus faxit, »illius bona univerſa Baccho ſacra ſunto.* Non animadver»terunt interpretes, in *primo verſu* Λεσβίου vitio ſcri»bi, cum poëta ſine omni dubio ſcripſiſſet Λεσβίοις.« — Quam Caſauboni emendationem in contextum recepi, memor etiam eiuſdem vocabuli ἀτέλεια ſimillima ratione conſtructi apud Polyb. V. 88, 7. ἀτέλειαν τοῖς πρὸς αὐτοὺς πλωϊζομένοις ἔδοσαν. Nec tamen diffiteor, quod nunc quidem demum in mentem venit, potuiſſe forſitan, debuiſſeque adeo, eâdem notione vulgatam etiam ſcripturam Λεσβίου defendi, intelligendo ποιῶν τὴν ἀτέλειαν Λεσβίου (ſcilicet οἴνου) τοῖς εἰσάγουσιν τὸν (id eſt, τοῦτον τὸν) οἶνον ἐνθάδε: *qui immunitatem fecit Lesbii* (vini) *eis*,

qui illud vinum huc importarent. Quae ratio ſi placet, (& placebit puto pleriſque) id etiam commodi habebit, quod ſic non *ſolos Lesbios immunes a vectigali* dixerit poëta, *ſi vinum ſuum Athenas adferrent;* ſed *quicumque naucleri aut mercatores*, (ſive illi Lesbii eſſent, ſive Athenienſes, ſive alii) *quicumque*, inquam, *Lesbium vinum Athenas importarent, ii nullum pro eo vino vectigal ſolverent.*

f *Verſ.* 3. ὃς δ' ἂν ἐς ἑτέραν ληφθῇ γ'. Vulgo εἰς ἕτ. ubi ἐς ſcripſi, metri cauſſa. Poſt ληφθῇ ignorant codices noſtri γε particulam, quam recte ibi poſitam habent edd. *Verſ.* 4. Corrupte κύσθον edd. Ven. & Baſ. pro κύαθον. Tum eaedem ἐγγράφον, quod recte in ἐγγράφων mutavit Caſaub. pro quo perperam ἐγγράφῳ habent noſtri mssti. De iſto verbo monuit CASAUBONUS: »ἐγγράφειν »fori Athenienſium vox, pro ζημιοῦν, *mulctare*, vel *de»ferre mulctandum.* Hic praegnans vox eſt, ut loquuntur »grammatici, pro κελεύειν ἐγγράφειν: nam proprie au»ctor legis non ἐγγράφει, ſed dat delatori poteſtatem τοῦ »ἐγγράφειν τὴν οὐσίαν ἱερὰν, hoc eſt, *denuntiandi ius fiſco »acquiſitum in eius bona qui leges migravit.*«

In EPHIPPI *verſ.* 1. pro Πράμνιον malim *minuſculâ literâ* ſcribi, πράμνιον οἶνον Λέσβιον. Debet enim ibi πράμνιον adpellative, ut aiunt Grammatici, accipi; ſive pro *nigro*, ſive pro *vetere* & *generoſo*. cf. p. 30. e. & Euſtath. ad Iliad. λ'. p. 818 extr. *Sequens verſus*, Πολλὴ δὲ Λεσβία &c. ex alio eiuſdem poëtae loco deſumtus.

In ANTIPHANIS *verſ.* 3. prius hemiſtychium, Ἐν πλησμονῇ γὰρ Κύπρις, ab Euripide mutuatum eſt. Vide Athen. VI. 270. c. In eamdemque fere ſententiam II. 40. b. citatur eiuſdem Euripidis verſus ex Bacchis: Οἴνου δὲ μηκέτ' ὄντος, οὐκ ἔστιν Κύπρις.

EUBULI *uſ.* 2. ἢ Λέσβιον γέροντα. Monuit Euſtath. ad Od. β'. p. 100 extr. quum παλαιὸς proprie dicatur de *vetere vino*, feſtive poëtas vocabulum γέρων, quod de *hominibus* proprie uſurpatur, ad *vinum vetus* pariter transtuliſſe.

Μέμνηται δὲ οὗτος (ſcil. idem EUBULUS) καὶ Ψιθίου οἴνου. Ψιθίου & mox Ψίθιον dedere noſtri mssti. Eodem modo Heſychius: Ψιθία· εἶδος ἀμπέλου. ubi vide notata. Apud Plinium quidem XII. 27, 60. per *y* ſcriptum editur id nomen: ſic & apud eumdem XIV. 9, 11. ubi, *Pſythium*, ait, *& melampſythium paſſi genera ſunt, ſuum ſaporem, non vini referentia.* Ad ſequentes EUBULI *verſus*, Οἴνου

γάρ μέ Ψίθιον γεύσας &c. haec adnotavit CASAUB. »Senſus »eſt: *Cum mihi vini Pſythii guſtum praebuiſſet, poſtea acetum »dedit, quod ſtomachum graviter laeſit.* γεύειν τινὰ, eſt *rei »vendendae alicui praebere* γεῦμα. Seneca in Epiſtolis, *gu»ſtum dare.* Idem alibi vocat *exemplar*, ut Graeci δεῖγμα.« — Conf. IX. 404. c. & Euripid. Cyclop. 149.

AD CAP. LII.

Ὅτι Ἀριστοφάνους τὰς δευτέρας Θεσμοφοριαζούσας &c. a »Saepe olim factum, ut plures fabulas ſub eodem nomi»ne docerent Comici iidem. Saepe enim, quod argumen»tum negligentius vel infelicius primo tractaverant, ſub »incudem revocabant: & nova diligentia quaſi recoctam »atque emendatam veterem pro nova fabula proferebant. »διασκευὰς & ἐπιδιεσκευασμένα δράματα proprie iſtas fa»bulas vocabant; ut accurate docemus lib. III. cap. 26. »[ad p. 110. b.] Inde nata eſt illa *diſtinctio Fabularum* »eiuſdem & auctoris & nominis, *in Priores & Poſteriores.* »Sic Eupolidis πρότερον Αὐτόλυκον & δεύτερον Αὐτόλυκον »paſſim invenias laudatum: Ariſtophanis *priores* & *poſte»riores Nebulas; priores* & *poſteriores* Θεσμοφοριαζούσας. Prio»rum meminit Clemens Stromat. lib. VI. & Aul. Gellius »lib. XV. cap. 10. ex quo ſcimus, fabulam, quae hodie »inter Ariſtophaneas extat, inſcripta *Theſmophoriazuſae*, »*priorem* eſſe, non *poſteriorem.* Sed de appellatione harum »fabularum diverſum ab aliis ſentiebat DEMETRIUS *Troe»zenius*: qui drama prius Θεσμοφοριάζουσαι, *Feſtum Ce»reris celebrantes;* poſterius Θεσμοφοριάσασαι, *Quae feſtum »Cereris celebrarunt*, voluit inſcribi. Videtur hic criticus »exiſtimaſſe, quam vulgo *poſteriores Theſmophoriazuſas* vo»cabant, novam plane fabulam fuiſſe, non prioris emen»dationem.« CASAUB.

Οὐ Χῖον, οὐδὲ Θάσιον, οὐ Πεπαρήθιον. Cum οὐ Θάσιον vulgo conſentientibus libris legeretur, οὐδὲ ſcripſi, quod metrum flagitabat, praeeunte Brunckio, in Ariſtophanis Fragm. p. 248. Monuit h. l. CASAUBONUS: »Notan»dam eſſe iſtam *vini Thaſii* mentionem apud Ariſtopha»nem, adverſus doctiſſimum eius Scholiaſten, qui ad »Acharn. vſ. 671. negat de *Thaſio vino* poſſe [eum lo»cum] intelligi, *quia nondum ea aetate in pretio eſſet Athenis »vinum illud:* quod falſum eſſe hinc liquido conſtat, &

a » ex eiuſdem Lyſiſt. 196. & Concion. vſ. 1111. « — Potuerat addere Plutum vſ. 1022. Quod *verſ.* 3. τὸν ἔμβολον dicit, id τὸ αἰδοῖον interpretatur Heſychius, ad Ariſtoph. Θεσμοφορ. nominatim provocans. Conf. ſupra p. 5. c. & ad eum locum Animadv. p. 66.

In EUBULI *verſ.* 1. Μιλήσιος erat in ed. Ven. & Baſ. unde Μιλήσιος ed. Caſ. Reperiatur-ne vero etiam alibi laudatum *Mileſium* vinum, neſcio. In Μιλίττιος, quod habent noſtri mssti, poterat etiam μελιτίτης latere, aut eâdem notione μελίττιος: ut intelligeretur *melitites vinum*, vini dulcis genus, arte factum, de quo Plin. XIV. 9, 11. & Dioſcorides V. 15. citatus ibi ab Harduino. Suo arbitratu Dalechampius in verſione h. l. *Meſſenium* vinum poſuit. *Verſ.* 2. Recte οἰνίσκος οὕτω πότιμος edd. vett. & mssti. οὔπω πότιμος ed. Caſaub. caſu puto, non conſilio editoris; miror tamen, de eo ſive errore, ſive conſilio, nil adnotatum in Animadv.

b In ARCHESTRATI *verſ.* 1. πλήρωμα Διὸς Σωτῆρος. *Poſtremum calicem*, qui in *Iovis ſervatoris* honorem ebibebatur, πλήρωμα vocat poëta, quaſi *complementum*, quo *finis* imponitur compotationi. Vide XV. 675. b. & 692. f. & Eraſmi Adag. *Servatori tertius*. *Verſ.* 2. πολιὸν σφόδρα κρᾶτα φοροῦντα. Perperam κρατοφοροῦντα ed. Ven. & Baſ. cum mssts; quod ſic corrigendum perſpecte monuit CASAUB. »Poëtica licentia (inquit) *vetus vinum* ait *caput canum geſtare*.« *Verſ.* 3. ὑγρὰν χαίταν λευκῷ πεπυκασμένον ἄνθει. Vulgo omnes ὑγρᾷ χαίτᾳ, pro quo ὑγρὰν χαίταν corrigendum perſpecte adnotavit Brunck.

Verſ. 5. Τὸν δ' ἀπὸ Φοινίκης ἱρῆς, τὸν Βύβλινον, αἰνῶ. Aliud eſt Βύβλινος οἶνος, quem Archeſtratus dicit; aliud Βίβλινος, de quo deinde p. 30. f. & 31. a. Hoc quidem loco in iſtam ſcripturam Βύβλινον, deinde vero in alteram Βιβλ. conſentiunt libri. Diſerte etiam diſtinguuntur apud Suidam, ubi eſt ſuo loco, Βίβλινος οἶνος, ἀπὸ βιβλίνης οὕτω καλουμένης Θρακίας ἀμπέλου. Tum rurſus ſua in ſerie: Βύβλινος οἶνος, ἐκ Βύβλου πόλεως. Scio quidem, paſſim apud varios auctores, ubi Βίβλινος ſcriptum oportebat, Βύβλινος vulgo ſcribi, & a pleriſque edi ſolitum; veluti apud Heſiod. Ἔργ. 587. & Theocr. Idyll. XIV. 15. quae corrigenda eſſe iam pridem monuit Holſtenius ad Steph. Byz. pag. 67. correxitque apud Heſiodum Brunck vſ. 550. & apud Theocrit. idem Brunck cum Valcken. Viciſſim ve-

ro apud Euripidem in Ione, cum recte Βιβλ. tam ab aliis, b
quam a Barnef. vſ. 1195. fuiſſet editum, neſcio qua cauſſa
Βυβλ. edidit Muſgrav. vſ. 1212. eamdemque ſcripturam
(ne temere ei excidiſſe putes) repetiit in Notis ad eum
locum, nulla tamen ratione reddita iſtius novationis. Omni-
noque magna non modo in ſcribendis iſtis nominibus con-
fuſio, ſed & in interpretandis inconſtantia iam olim ob-
rinuerat. At h. l. clarum videtur, de vino loqui Arche-
ſtratum circa *Byblum*, vetuſtiſſimam *Phoeniciae* urbem,
genito. Et gignebatur quidem in Phoenicia nobile etiam
e vite vinum: ſed quodſi conferamus quae deinde porro
de Φοινικίῳ vel Φοινικίνῳ vino adiicit Athenaeus, & prae-
ſertim quod *eiuſdem vini mentionem a Xenophonte factam* ait;
intelligi par eſt, de *palmeo vino*, quod e palmulis expri-
mere ſolebant populi Orientis, hîc locutum eſſe Arche-
ſtratum, aut ſaltem verba eius ſic accepta eſſe ab Athe-
naeo. De quo vino, ut alios taceam auctores, conf.
Plin. XIII. 4, 9. XIV. 16, 19. num. 3. Ut *dulce inprimis* c
laudatur illud *vinum* paulo poſt *verſ.* 13. Nec tamen diu
admodum durat illa dulcedo, & mox in acetum vertitur
vinum; ut docet neſcio quo auctore Euſtath. ad Iliad. λ'.
p. 819. 30. Οἶνος γοῦν ἐκ φοινίκων, inquit, γλυκὺς με-
τρίας ἡμέρας, εἶτα ἐκτροπίας· καὶ ἰδοὺ ὄξος φοινίκινον.

Eiuſdem *Archeſtrati verſui* 14. deeſt poſterius hemiſty-
chium; quod ſuppleri poſſe monuit Caſaub. adiiciendo ad
verba, οὐ προσέχω τὸν νοῦν αὐτοῖς, iſta, τάδε μυθεύουσι,
vel ὥς τις ταχυπειθής. At eo minus opus erat, hariolan-
do illum verſum complere, quod non modo huius ex-
trema verba, ſed complures etiam verſus ſequentes, qui
in ſuam rem non facerent, conſulto fortaſſe praetermi-
ſerat Athenaeus.

Verſ. 15. Ἔστι δὲ καὶ Θάσιος πίνειν γενναῖος, ἐὰν γ'
ᾖ. Duas particulas, καὶ & γ', quas ignorabant libri omnes,
inſerui monente Brunckio, ut fulciendo verſui neceſſa-
rias, quae facile intercidere potuerint librariorum negli-
gentiâ. *Verſ.* 16. πολλαῖς πρεσβεύων ἑτέρου &c. Quod
in Notula contextui ſubiecta dixi »οἴνου edd. abſque ἑτέ-
»ρου« non ſatis adcurate dictum. Utramque vocem ἑτέ-
ρου οἴνου ſic iunctam habent editt. vett. cum mſstis noſtris
& Euſtath. Od. β'. pag. 101. 3. Caſaubonus vero, οἴνου
tenens, ἑτέρου deleverat. Ego, praeeunte Brunckio, οἴνου
delendum, ἑτέρου tenendum cenſui.

AD CAP. LIII.

d *Φοινικίου δὲ οἴνου.* Sic noſtri codices, quos ſequi debui. *Φοίνικος δὲ οἴνου* edd. *Φοινίκιον* vero *οἶνον palmeum vinum* intelligo, quod mox & *φοινίκινος* & *φοινικικὸς οἶνος* nominatur. Herodotus *φοινικήϊον* vocat III. 20. (conf. Athen. XI. 473. b.) itemque I. 194. & II. 86. quod idem valet ac *φοινίκειος* vel *φοινίκιος*.

Ἔφιππος· Κάρυα, ῥοιὰς, φοινίκια, ἕτερα νωγαλίσματα, σταμνάριά τε οἴνου τοῦ φοινικικοῦ. Nihil in his variant libri: neque in iſtis verbis quidquam deſiderari videbatur. Monuit vero CASAUBONUS: »EPHIPPI Comici verſiculos »ita ſcribe:

»*Κάρυα, ῥοιὰς, φοινίκας, ἕτερα νώγαλα·*
»*σταμνάριά τ' οἴνου μικρὰ τοῦ φοινικικοῦ,*
»*ὠάρια, τοιαῦθ' ἕτερα πολλὰ παίγνια.*

»Nihil hic [inquit] ex coniectura aut ingenio mutavi»mus: verum ex aliis ipſius Athenaei locis & Euſtathio »rectam lectionem reſtituimus. Pro *κάρυα* legit *βότρυς* Eu»ſtathius: ſed vide librum II. ubi haec alii poëtae tribuun»tur.« — Haec ille: quae quo valeant, paucis videamus. Scilicet lib. II. pag. 47. citatur Antiphanis verſus huiuſmodi:

Βότρυς, ῥοιὰς, (ſive ῥοὰς) φοινίκας, ἕτερα νώγαλα.

quem eodem modo repetiit Euſtath. Iliad. σ'. 1222, 8. Quo e verſu probabile quidem fieri poterat, nec vero certum erat, eo modo, quo dixit Caſaubonus, conceptum fuiſſe iſtum Ephippi verſum, quem hoc loco reſpexerat Athenaeus. At nil opus erat, in Athenaeum inferre ipſum Ephippi verſum, cum ille poëtae huius verba metro ſoluta voluerit proferre, quod e ſequentibus etiam verbis *σταμνάριά τε οἴνου τοῦ φοινικικοῦ*, ſatis adparet: nam ſi haec quoque metro adſtricta adferre voluiſſet, integrum verſum adpoſuiſſet, ut II. 57. e. *σταμνάριά τ' οἴνου μικρὰ τοῦ φοινικικοῦ*. Nihil vero impediebat, quo minus, ſi id ageremus, coniectare licuerit, alia atque alia ratione ſuperiorem iſtum verſum ab Ephippo fuiſſe conceptum. Denique, ſi vel maxime eum Antiphaneo illi quam ſimillimum reddere velles, nil tamen opus erat, etiam *φοινίκια* in *φοινίκας* mutare; nam diminutivum ad metrum iſto loco non minus aptum erat.

Φοινικίνου βίκός τις ὑπανεώγνυτο. ὑπανεώγνυ-

ται habent h. l. ſcripti (quod ſciam) & editi; quod per d ſe non erat improbandum: ſed commodius videbatur ὑπανεώγνυτο, quod ex XIV. 652. e. (ubi idem verſus recurrit) huc reponi iuſſit Caſaub. de quo iam antea monuerat H. Steph. in Theſ. Ling. Graec. IV. 180. a. Ex eodem loco diſcimus, e fabula *Ephebis* ductum eſſe hunc verſum. Sicut vero hîc in φοινικινου, ſic ibi in mendoſum φοινίκου conſentiunt libri. Utrobique φοινικικοῦ corrigi voluit Caſaub. Equidem φοινικίνου hîc tenendum iudicavi, & ibi reponendum: in quo conſentientem habeo H. Stephanum l. c. Habes etiam φοινίκινον μύρον *unguentum palmeum*, XV. 689. e. & φοινίκινον ὄξος apud Euſt. Il. λ'. p. 819, 31.

μνημονεύει αὐτοῦ καὶ Ξενοφῶν Ἀναβάσει. Xenophon de Exped. Cyri, lib. II. p. m. 220. οἶνος φοινίκων, καὶ ὄξος ἔμπτον ἀπὸ τῶν αὐτῶν. Sequitur ibi continuo apud Xenoph. αὗται δὲ αἱ βάλανοι τῶν φοινίκων, pro quo (ut in tranſcurſu moneam) αὐταὶ δὲ legendum: *ipſae vero palmarum glandes*, id eſt, *ipſae vero palmulae* &c.

Μενδαίου δέ. *Mendaei vini* iam ſupra mentio facta, I. 23. b. Μένδη, Thraciae oppidum, cuius cives οἱ Μενδαῖοι, mox p. 29. f. Quod ſequitur, ὁ Κρατῖνος, delendum articulum notavit Brunck, neſcio an e cod. msto. In excerptis noſtri cauſſa factis nihil ad hunc locum notatum. Lubens vero equidem iſta caream vocula.

In Cratini *verſ.* 1. Νῦν δ' ἂν ἴδοι &c. rectius ἴδῃ ſcribetur, ob ἂν particulam; quod & Brunck adnotavit. Sed leviter claudicat metrum in ipſo verſus initio: cui vitio medebimur, ſi pro ἂν ſcribemus ἢν vel ἐὰν, ut ſit primus pes ſpondaeus vel dactylus, pro trochaeo. *Verſ.* 3. ἆρ' οἴσει τρία; »Soliti Graeci multa aqua dilutum vi»num bibere: multa auctor lib. X. de variis κράσεων ge»neribus. [p. 426 ſqq.] Utplurimum ita temperabant, »ut crateri *ter tantum aquae* infunderent, *quantum vini.* »Propterea de parum generoſo vino frequens erat in ore »potatorum, ἆρ' οἴσει τρία; Quod cum in vino locum »habeat proprie, videtur ad alia eſſe translatum παροι»μιακῶς. Heſychius: Ἆρ' οἴσει τρία; Ἐπὶ οἴνου ἐλέγετο, »ἐπεὶ τὸ πάλαι ἐκιρνᾶτο τρία ὕδατος λαμβάνων, τὸ δὲ »τέταρτον οἴνου. Hodie ſcriptum in Heſychii codicibus, »Ἀροῦσι τρία: neque hoc tantum; ſed praecedit etiam, »Ἀροὺς, τὰ λιβάδια. Nobis haec ζαύματα videntur. Cra»tini verſum ita debere accipi, oſtendit praecedens vox

d »οἰνίσκος. Non recte sentiunt qui οἶμοι laetantis vocem hic »esse adnotant: [quod fecerat Dalech.] est enim miran»tis potius, & indignantis. Appellat ἀπαλὸν vinum, quod »non est οἰνῶδες, ut loquitur Hippocrates, sed ὑδαρὲς, »*languidum* & *elumbe*. Vocat etiam λευκὸν, non tam ut »colorem indicet, quam ut vires eius elevet; quia vina »alba plus aquae habent quam rubra, & sunt ὀλίγοφο»ρώτερα. « CASAUBONUS.

e Μενδαίῳ μὲν ἐνουροῦσιν καὶ οἱ θεοὶ αὐτοί. Cum οἱ articulus deesset in ed. Casaub. sicut in superioribus & in msstis, intelligens claudicare versum Casaubonus, in Animadv. nihil quidem de isto vitio diserte monuit, sed versum ipsum sic repetiit, ut καὶ τοὶ θεοὶ αὐτοὶ scriberet. Inde qui ed. 2. & 3. Casaub. curarunt, imperite sic, καί τοι θεοὶ αὐτοὶ, in contextu posuerunt. Mihi ad fulciendum metrum satis esse visum erat, si οἱ pro τοὶ scriberem. Priora huius versus verba latine sic reddiderant interpretes, *Mendaeum meiunt;* quod postquam *alienum prorsus* esse *a poëtae mente*, monuit CASAUBONUS: »Ἐνουρεῖν »Μενδαίῳ [inquit] interpretamur, *vinum Mendaeum tam»diu bibere, donec illum meiere cogaris*. Quis nescit, stre»nuis potatoribus hoc esse familiare? Ideo matulas in con»vivia intulerunt, ut diximus ante. Quid poterat dici »ἐναργέστερον ad declarandam vini huius praestantiam? »nam, ipso Nectare, qui Deorum est potus, melius es»se, non obscure declarat poëta. « —

Vers. 6. Ἔστι δέ τις οἶνος, ὃν δὴ Σαπρίαν καλέουσιν &c. »Σαπρίαν vulgo appellabant Graeci, τὸ πρὸς τῷ τέ»λει, inquiunt Grammatici, *vinum quod inibi est ut desinat*, »paulatim exhausto dolio: in nostro idiomatismo, *vin* »*bas*. Chrysostomus οἶνον σεσηπότα, in Comment. Epist. »ad Roman. οὐδὲ γὰρ ὁ μεθύων οἶδε πόσῃ τοῦ σεσηπότος »οἴνου ᾗ βδελυγμία. Hermippus contra sic nominari ait »*vetus vinum*, &, ut scribit Eustathius, τὸν ἀνθοσμίαν: »eum lege Odyss. β'. Mira in hac voce ἀκυρολογία & »antiphrasis. « CASAUB. — Quod ait vir doctus, dicere Grammaticos, σαπρίαν a Graecis vulgo τὸ πρὸς τῷ τέλει fuisse appellatum, voluit puto σαπρὸν scribere, & τὸν πρὸς τὸ τέλος, quemadmodum iam olim ad Theophr. Charact. p. 249. scripserat: nam nec vulgo Graecis usurpatum vocabulum σαπρίας, & nulli Grammaticorum, quod sciam, nisi Eustathio ad Od. β'. p. 200 extr. memoratum. At

ipsam etiam vocem σαπρὸν qui ita, ut Casaub. dicit, in-e terpretaretur, ex omni Grammaticorum numero non nisi unum Thomam Mag. reperi; apud quem haec leguntur: Σαπρὸς οἶνός ἐστιν ὁ πρὸς τῷ τέλει ὑλώδης, &c. Caeteri omnes uno ore σαπρὸν οἶνον, τὸν παλαιὸν interpretantur; & Suidas quidem diserte etiam monuit, Σαπρὸν, οὐ τὸ μοχθηρὸν καὶ φαῦλον, ἀλλὰ τὸ παλαιόν: & Moeris, Σαπρὸν, τὸν παλαιὸν οἶνον, Ἀττικῶς. ubi vide quae notavit Piersonus: conf. Hesych. & ibi notata. Atque ita vocabulum istud usurpatum apud Athen. legimus I. 31. a. & XII. 441. d. Sed nomen Σαπρίας, ut dixi, nusquam alibi nisi hic apud Hermippum, & ex hoc loco apud Eustathium, legitur. Ex eisdem his Hermippi versibus H. Stephanus in Thes. III. 777. d. τὸν σαπρίαν sic interpretatus est: *Vini genus quoddam conditi herbis in eo putrescentibus seu marcescentibus, odoremque illarum ex marcore isto concipientis.* De ἀνθοσμίᾳ vino, quod istis verbis describi Eustathius aiebat, vide infra ad p. 31. f.

Vers. 7. Pro vulgato ἀνοιγομ. deberi compositum ὑπανοιγομενάων, monuit Casaub. in Addend. Sic paulo ante alius poëta ὑπανεώγνυτο dixit.

Versus 11. bene curatus est in editis: Τούτου χρὴ παρέ- f χειν πίνειν ἐν τῇσι θαλείῃς. Perperam in libris nostris sic scriptus: Τούτου χρὴ παρέχειν ἀεὶ πίνειν ἐν τῇ θαλείᾳ.

Φανίας ὁ Ἐρέσιος. Nil mutant scripti libri: sed in ed. Ven. est Φανίας ὁ Ἐρέσσιος.

ῥαίνειν τῷ ἐλατηρίῳ. *Elaterium* (ut ex Plinio disces init. libri XX. aliisque auctoribus ibi ab Harduino citatis) est succus e cucumere sylvatico expressus, vim habens alvi molliendi purgandique. Quare speciem utique habet, quod ad sequentia verba, διὸ γίνεσθαι τὸν οἶνον μαλακὸν, monuit Casaubonus: »Scribendum μαλακτικὸν cum »viris doctis: [nempe hoc in versione expresserat Dalech.] »nam aliud est vinum *molle*, quod opponitur *duro*, τῷ »σκληρῷ: aliud, quod στυπτικῷ est contrarium, & *alvum* »*mollit ac liquat.*« — Sic habes quidem οἶνον κοιλίας μαλακτικὸν, p. 32. f. & p. 33. b. At non de vino medicato & purgandi vim habente h. l. agi videtur, sed de nobilissimo illo vino, quem ab ipsis Diis potari dixerat modo Hermippus. Atqui illud vinum non modo dulce, sed & *molle* (μαλακὸν) erat: quam μαλακότητα in vitio quidem posuit potator ille apud Cratinum, (paulo ante, lit. d.)

f puta, qui auſtera & valida vina amaret; ſed eamdem alii in laude vini ponebant, ut intelligitur ex p. 32. b. Et in hac opinione eſſe potuerant *Mendaei*, virtutem illam conciliari vino per eiuſmodi *irrigationem*. Quare vulgatum mutare, in quod conſentiunt libri, non ſum auſus.

AD CAP. LIV.

Ὅτι Θεμιστοκλῆς &c. Vide Plutarchum & Nepotem in Themiſtocle, & Schol. ad Ariſtoph. Equit. vſ. 84. Περκώπην δὲ. »*Percota* Straboni, Plutarcho, & in ſcholiis Co»mici, quae hic cum π *Percopa*: utrumque recte. Adi »Stephanum.« CASAUB.

a ὡς καὶ Δημαράτῳ, δοὺς τὰ πρότερον ὑπάρχοντα. »Locus »eſt vitii manifeſtus, & ſententia ſubobſcura. Videtur di»cere, exegiſſe Perſam a Themiſtocle, ut veſte uteretur »Perſica, quemadmodum a Demarato hoc ipſum ante »exegerat; quaecunque autem Demaratus in Perſide do»no regis prius poſſediſſet, ea fuiſſe data omnia Themi»ſtocli. Minima mutatione ſcribo, ὡς καὶ Δημαράτῳ, δοὺς »τὰ πρότερον αὐτῷ ὑπάρχοντα.« — Mentem viri docti in latina verſione expreſſi: at retractans hunc locum, nil opus fuiſſe ea novatione intelligo. δοὺς τὰ πρότερον ὑπάρχοντα, eſt *confirmans priora dona*. Simili quadam ratione ἔχειν interdum non nude denotat *habere*; ſed, *retinere*, *in poſſeſſione manere*; ut apud Polyb. V. 103, 7. XVIII. 30, 9. Iam δοὺς idem valet ac κελεύων ἔχειν, adeoque hoc loco idem ac *iubens eum retinere*, *in poſſeſſione manere*; id eſt, *confirmans poſſeſſionem eorum quae prius ei conceſſerat*. Caſaubonum ſecutus erat Lederlin ad Briſſon. de Regno Perſar. p. 203. De *Demarato* vide Herodot. lib. VI. & VII. paſſim, & Suidam h. v.

καὶ στολὴν γάμβριον προσδεῖς. »Lege & moribus di»ſtincta erant apud Perſas veſtimenta: alia fuit regi pro»pria veſtis, alia regis cognatis conveniens, alia eius ge»neris & affinibus, alia amicis & proceribus.« CASAUB. — Locum hunc ſpectavit Suidas, cum dictionem Γάμβρειος στολὴ, nulla quidem adiecta interpretatione, ſuum in Lexicon referret. Analogiae autem convenientior videtur forma nominis γάμβριος, quam habent libri noſtri cum editis, quam γάμβρειος.

Πυθάρχῳ τῷ Κυζικηνῷ. *Pytharchi* illius (ſive *Pitharchus*,

Πείθαρχος, scribendum nomen) alius-ne qui hodie super- a
fit scriptor meminerit, non habeo compertum. Κάμαν, Τῖον. Cum unâ voce Καμάντιον vulgo scriberetur, adnotavit CASAUB. »*Camantium*, quae dicitur fuisse *una e se-*
»*ptem urbibus Pytharcho donatis*, nusquam invenio. Prae-
»terea sex, non septem hîc nominantur. Numerum imple-
»veris, & mendam codicibus, opinor, abstersseris, si legas
»Κάμαν, Τῖον. Notae urbis in Paphlagonia nomen *Tium*,
»vel Τίος.« — Vide Steph. Byz. in Τίος. Poterit vero Κάμα intelligi oppidum praefecturae Καμανηνῆς, quam nominavit Strabo XII. 534. d. in Cappadocia. *Chamanenam*, contra quam Strabo, per χ vel *ch* scripsit nomen istius praefecturae Cellarius in Geogr. Antiq. III. 8. pag. 348. Ptolemaeum secutus. — Haec scripseram, cum probabiliorem etiam emendationem ab eodem CASAUBONO in *Addendis* propositam animadverti; quae prae illa, quam amplexus sum, in contextum recipi fortasse merebatur. Loco verborum, quae statim posuerat »si legas, Κάμαν, »Τῖον.« haec ponenda monuit vir doctus: »si legas »Ἀκαμάντιον, Τῖον: cuius emendationis partem exco-
»gitavit Turnebus, partem nos. Ille scribebat Ἀκαμάντιον,
»auctore Stephano, cuius sunt verba: Ἀκαμάντιόν ἐστι
»πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας, Ἀκάμαντος κτίσμα, τοῦ
»Θησέως. Nos, ut numerum perficiamus ab auctore de-
»finitum, Ἀκαμάντιον, Τῖον.«

Σκῆπτρα, Ἀρτύφον. »*Artypsus*, nisi fallor, quae geo- b
»graphis *Artymnesus*: aut quae *Artaca*. Stephanus, Ἄρ-
»τακη, πόλις Φρυγίων, ἄποικος Μιλησίων. *Sceptra*, quae
»illis Scepsis & Palaescepsis.« CASAUB.

πρόκροσσοι φερόμενοι ἐπὶ τὸν κίνδυνον. πρόκροσσοι, *alii post alios*, sive potius, *alii ante alios*, *conferti*. Homericum vocab. ex Iliad. ξ'. 35. ubi vide Eustath. p. 949, 22 sqq. item Herodoteum, VII. 188. ubi hunc Athenaei locum citans Wesseling. interpretatur, *summo impetu*; sive, *obversis*, qualis arietum pugna, *frontibus*.

Τιμᾶται δὲ παρὰ Λαμψακηνοῖς ὁ Πρίαπος. »*Priapum* si- b
»ve *Priepum* cur *Lampsaceni* instituerint colere, narrat
»Strabo in XIII. [p. 587 sq.]« CASAUB.

ὡς Θρίαμβος. »De cognomine *Thriambi*, Varro lib. V.
de Lingua Latina, [p. 69. ed. Bipont.] & Diodorus Si-
»culus in prima.« CASAUB. — Diodori locus non est libro I. sed lib. IV. cap. 5. Confer Suidam in Θρίαμβος.

b Πρόδρομον καλοῦσιν· ἄλλοι δὲ πρότροπον. Absurdum adsumentum, ἢ πρόδρομον, quod adiecere libri omnes, abiicere non dubitavi. Tollendum notaverat etiam Casaub. πρότροπος οἶνος proprie appellatur *mustum sponte defluens, antequam calcentur uvae*, ut docet Plin. XXIV. 9, 11. Sic rursus apud Athen. II. 45. e. Idem vinum Lesbii πρόδρομον vocabant, quo nomine aliàs *ficus praecoces* adpellabantur, ut ex Theophrasto docet Athen. III. 77. c. & Plin. XVI. 26, 49.

AD CAP. LV.

In Amphidis *vers.* 1. ἐν Γέλᾳ φακῇ scripsi ex II. 67. b. ubi quidem φακῇ gravi accentu vulgo scriptum. φακοὶ ex librariorum confusione est. φακὸς, *lens cruda*; φακῆ, *lens cocta, lenticula*; utrumque nomen collectivum, in plurali vix occurrens.

ὁ Πράμνειος. Perinde & sic scribitur, & Πράμνιος. Priori nominis formâ Homerus usus est, Il. λ'. 638. & Od. κ'. 235. altera posterioribus scriptoribus magis frequentata, quae & paulo post saepius occurrit. Totam fere hanc de *Pramnio vino* disputationem Eustathius in Commentarium suum in Iliad. λ'. p. 818, 41 sqq. retulit. De eodem conf. Perizon. ad Aelian. Var. Hist. XII. 31.

c τὸν Ἀθηναίων δῆμον &c. Disiecta verba versuum Aristophanis ex incerta fabula; quae in numeros digerere parum felici conatu tentaverat Grotius. Vide Brunckii Fragm. Aristoph. p. 277. Verba ista, ἀλλ' ἀνθοσμίᾳ καὶ πέπονι νεκταροσταγεῖ Casaub. in Animadv. sic interpretatur: *sed anthosmiam* vinum probant, *& uvam maturam ex qua stillet in torculari nectar merum.* Cuius interpretationis incommoda notavit Palmerius, Exercit. in Auct. Graec. p. 482 sq. ipse πέπονα νεκταροσταγῆ intelligens *peponem* vel *melonem*, *nectareum liquorem stillantem.* Mihi videbatur poëta ipsum vinum ἀνθοσμίαν, πέπονα dicere, & νεκταροσταγῆ, *mitem*, & *nectaris instar dulcem.* In eamdem sententiam versum poëtae, quo illa verba continebantur, sic concinnavit Brunckius:

ἀνθοσμίᾳ δὲ πέπονι, νεκταροσταγεῖ.

d Φυκοῦσσαι καὶ Λοπαδοῦσσαι. Perperam vulgo omnes Φυκοῦσαι, contra usum pariter & formationis analogiam. Vide Steph. Byz. in Φυκοῦς. Tum Λεπαδοῦσαι ed.

Ven. Λαπαδοῦσαι ed. Baſ. & Caſ. & ſic etiam (ni fallor) d
mssti: quod in Λεπαδοῦσσαι mutari iuſſit Caſaub. in
Addend. quod non ſperno equidem, quum praeſertim λε-
πάδας plerumque, non λοπάδας, dictas legamus conchas
illas, quas *patellas* latine dicimus. Sed quandoquidem corri-
genda erat librorum ſcriptura, Λοπαδοῦσσαι ſcribere
malui cum Steph. Byz. In eamdem initio vocis ſcripturam
conſentit Strabo XVII. 834. c. Cum *patina* vel *patella*, a
qua conchulae illi nomen eſt, λοπὰς graece dicatur; con-
ſentaneum eſt, ut conchulam quoque perinde λοπάδα &
λεπάδα dictam fuiſſe credamus: & apud latinos quidem
auctores *lopadem* adpellatam reperimus. Caeterum Λοπά-
δουσα per ſimplex σ & antepenacute ſcriptum editur no-
men apud Strabonem; & in ſingulari numero cum apud
Strab. tum apud Steph.

ὑπὸ δὲ τῶν Οἰνοέων. Sic cum editis habent mssti &
Euſtath. Il. λ'. p. 818, 49. Sed Οἰνοαίων corrigi iuſ-
ſit CASAUB. »Nam ab Οἰνόη, inquit, gentile formatur Οἰ-
»νοαῖος, non Οἰνοεύς.« — Sic quidem Stephanus: Οἰνόη,
μία τῶν ἐν Ἰκαρίᾳ δύο πόλεων. τὸ ἐθνικὸν, Οἰνοαῖος.

ἔνιοι δὲ ἐν τῷ καθόλου &c. ἐν τῇ καθόλου edebatur; ubi e
CASAUB. »Verba ſonant, *Quidam* ἐν τῇ καθόλου (id libri
»nomen) *ſcribunt*. Herodianum ἐν τῇ καθόλου laudant poë-
»tarum interpretes. An de eo ſentit Athenaeus? an ve-
»rior lectio quae apud Euſtath. [Iliad. λ'. p. 818, 51.] ἐν
»τῷ καθόλου, *in totum*, *generaliter*? Hoc verum.« — Sic
recte noſter cod. *a*. ἐν τῇ cod. *b*. οἱονεὶ παραμένιον ὄντα.
Sic cod. *b*. cum ed. Ven. Baſ. & ed. 1. Caſ. οἱονεὶ παρα-
μένειον ὄντα ed. 2. & 3. Caſ. οἷον δὲ παραμένιον ὄντα cod. *a*.
οἷον παραμένειν (abſque ὄντα) Euſtath.

AD CAP. LVI.

τὸν ἐξ Ἀκάνθου. Steph. Byz. Ἄκανθος, πόλις Θράκης,
ἀκάνθαις πεφραγμένη. AMPHIDIS *verſiculos* 1. 2. defectos
olim, & perperam in unum contractos, digeſſi ſupplevi-
que ut praeivit Valckenaer ad Phoen. p. 205.

In ALEXIDIS *verſu*, ubi ὁ γὰρ Κορίνθιος ſcribitur, eſt f
Κορινθία in noſtris mssis, notanda confuſione literae α &
ſyllabae ος. Mox, pro πιὼν Εὐβ. perperam ποιῶν Εὐβ. ii-
dem mssti.

ARCHILOCHI teſtimonium de *Naxio vino* abeſt; ſed ad-

ficitur aliud de *Ismarico*, ex Ismaro, Thraciae oppido. Ibi *in fine vers.* 2. pro κεκλιμένος est κεκλημένος in una ed. 1. Cas. operarum errore; sed omnes ibi δορὶ habent cum mssris. At sicut *vers.* 1. δορὶ postulabat metrum, sic *vs.* 2. δουρὶ oportebat, quod reposui. Cum illo, ἐν δορὶ μέν μοι μάζα, confer Scolion quod legitur XV. 695. f. ἔστι μοι πλοῦτος μέγας δόρυ καὶ ξίφος. De *Naxio vino* vide, si lubet, quae congessit Bochart in Chan. lib. I. cap. 30. p. 627 sq. ed. Cadom.

Οἶνος κοκκύζει τοῖς ὁδοιπόροις πιεῖν. »Metri lex »hanc scripturam refutat. Scribo κοκκύζει οἶνος. De »caupona loquebatur secundum viam posita, ut fuit mo»ris. Prostare ait in ea vinum optimum: quod visum prae»tereuntibus. κοκκύζειν [quod proprie *cuculi*, atque etiam »*galli cantum* significat] simpliciter pro ὀξέως φωνεῖν, ut »exponit Hesychius. Si cui hoc durius dictum videatur, »probet fortasse is coniecturam nostram, κοχύζει aut κο»χύει τε scribendum esse, pro *fluit ubertim*, sive, *praesto »adest in magna copia*. Ita dixit Pherecrates libro V. αὐ»τομάτους ποταμοὺς ζωμοῦ κοχυδεῖν. Similia apud poëtas »alios.« Casaubonus. — Pherecratis verba etiam H. Steph. in Ind. Thes. col. 1283. h. (unde ista Casaubonus desumsisse videtur) citavit tamquam in *libro quinto* Athenaei reperiunda: exstant vero lib. VI. p. 269. c. d. Apud Theocr. Id. II. 107. est, ἐκ δὲ μετώπω ἱδρώς μευ κοχύδεσκεν (al. κοχύεσκεν) ἴσον νοτίοισιν ἐέρσαις, *copiose defluebat*. Hesych. κοχυδεῖν, ὑπερχέειν. an ὑπερχεῖσθαι? Quemadmodum vero verbum κοχύεσκω vel κοχυδέσκω scholiastes Theocriti onomatopoëticum esse ait, e sono factum: eodem modo κοκκίζει, quod habent mssti nostri, e sono vini e lagena aut doliolo effluentis factum coniectare licebit.

ἴσον ἴσῳ κεκραμένος. Vide II. 36. b. & X. 431. a. & b. Ἀχαιὸς δὲ τὸν Βίβλινον. Ἀχαιοὶ mssti nostri, perperam. Recte Ἀχαιὸς edd. Achaeus poëta, saepe citatus nostro, cuius est versus qui sequitur. Caeterum, quemadmodum supra, ubi de vino e Phoenicia agebatur, in scripturam Βυβλ. per υ consentiebant apud Athenaeum libri, (conf. Not. ad p. 29. b.) sic hoc loco, ubi de *Biblino* Thracico, omnes constanter Βίβλινον per *iota* scribunt. Nam quod Eustathius, de eodem Thracico vino loquens, Iliad. κ'. pag. 819, 25. Βύβλινον scribit, id non ex Athenaei libris

duxit, ſed ex Heſiodi exemplo, in quo perperam ſic ſcriptum erat; de quo monuit Holſtenius ad Steph. Byz. p. 67. a. ubi & alia, quae ad hunc locum ſpectant, opportune adnotata ſtudioſus lector reperiet. Adde Barneſ. ad Eurip. Cycl. vſ. 1195.

Ἐδεξιοῦτο Βιβλίνου μέθυος ἐκπώματι. μέθης edebatur, conſentiente noſtro cod. *a.* μέθους cod. *b.* (niſi, vice verſa, μέθους cod. *a.* μέθης cod. *b.* qui ſolet frequentius cum editis facere.) Corrigendum μέθυος monuit Caſaub. idque adoptavit Holſt. ad Steph. p. 66. ad quam ſcripturam proxime accedit ille ex noſtris codicibus, qui μέθους praefert. Nil frequentius apud poëtas, quam μέθυ, pro *vino*, *mero*, *temeto*. Monuit inſuper Casaub. »Verſui ſupereſt pes integer, ſi iambicum ſenarium eſſe volumus.« — Mihi videbatur verbum ἐδεξιοῦτο e ſuperiore eſſe verſu, ita ut alteri verſui deſit primus pes cum dimidio ſecundi. Idem vero Casaub. in *Addendis*: »Sed non eſt »dubium, (ait,) veram lectionem eſſe, Ἐδεξιοῦτο Βιβλίνου μ' ἐκπώματι· ſublata voce μέθυος.« — Suo iudicio utatur Lector. a

φησὶ δὲ καὶ Φιλύλλιος. φησὶ δὲ καὶ Φιλῖνος edd. At *Philinus* orator erat, citatus ab Athenaeo noſtro lib. X. 425. b. de quo vide Ruhnken. in Hiſt. crit. Oratorum Graec. in Reiskii Orat. Graec. Vol. VIII. p. 153. Fuit alius *Philinus* medicus, citatus noſtro XV. 681. b. & 682. a. de quo vide Fabric. Bibl. Graec. T. XIII. pag. 365. Denique Philinum aliquem Pythagoreum ſequioris aevi laudavit Plutarch. Sympoſ. VIII. 7. Philinum *poëtam comicum* nemo novit. Nec vero Φιλῖνος habent ſcripti libri, noſtri quidem; ſed Φιλυανὸς, quod ex Φιλύλλιος eſſe corruptum facile patebat, litera Α cum Λ permutata, & Ν cum ΛΙ, ut ſupra vidimus in nomine Οὐελίτερνος, I. 27. a. De reſtituendo h. l. nomine Φιλύλλιος monuerat iam Ruhnkenius ad Timaei Lexic. Plat. p. 167. ſecundae edit. qui ſcilicet illam, quam dixi, librorum ſcripturam in eodem codice Pariſienſi, qui a nobis *cod. a.* inſignitur, obſervaverat. Philyllius autem *comicus* ſaepius a noſtro citatur. Neque vero praeterire debeo, codices noſtros, ante poëtae nomen, καὶ particulam ignorare: quae quidem abeſſe percommode poterat.

Philyllii verba ſic edita legebantur: ὅτι παρέξω Λέσβιον, Χῖον, Παπ* Θάσιον, Βίβλινον, Μενδαῖον, ὥστε μη-

a δὲν κραιπαλᾷν. Ubi haec notavit CASAUBONUS: »Aiunt »quidam reperiſſe in membranis Πεπαρήθιον, Θασ. Pepare»thio vino an ſit locus inter illa quae hic nominantur, »dubitabam: nam id abominatur Hermippus, & hoſtibus »dari optat: [p. 29. f.] ſed contra Ariſtophanes Pramnio, »Chio & Thaſio paulo ſupra [p. 29. a.] adiungit. At do»ctiſſimus vir Henr. Stephanus compendium veteris co»dicis, quem Romae diligenter contulit cum editis, σα»πρὸν ſignificare exiſtimabat. Eſſet *generoſum* illud vinum, »Hermippo σαπρίας dictum, [p. 29. e.] de quo ſuperiori »capite. In Turnebi editione abſque ulla mutili codicis »nota ſcriptum Ὅτι παρέξω Λέσβιον, Χῖον, Πάσσαπρον, »Θάσιον: atque ille exiſtimabat, πάσσαπρον quaſi *totum putre* id vinum dici, quod alii σαπρίαν nominant.« — Haec Caſaubonus: qui quod de Πεπαρήθιος dixit, rurſus docti cuiuſdam viri coniecturam pro lectione e cod. msto excerpta acceperat. Et erat quidem, niſi certius quid darent libri, ſpecioſa illa coniectura, ac metro perapta, ut primus verſus ita ſonaret

Χῖον παρέξω, Λέσβιον, Πεπαρήθιον,

quemadmodum conſtituendum illum verſum Brunckius ſuſpicatus erat. Sed ecce, σαπρὸν, quod in Romano codice obſcurius ſcriptum H. Stephanus repererat, perſpicue exhibet noſter cod. *a.* e quo illud etiam a Ruhnkenio (loco paulo ante citato) commendatum recepi. conf. ſupra ad p. 29. e. notata. Sed parum commode in noſtro exemplo *commate* a voce Χῖον ſeparatum σαπρὸν video, quod aptius fortaſſe cum illa voce, quam cum ea quae proximo verſu ſequitur, connectebatur. Igitur commate poſt σαπρὸν repoſito, Χῖον σαπρὸν, ſcriptum velim. In noſtro cod. *b.* Villebrunius παξ legerat: qui ſi meminiſſet illius compendii, quo terminationes ικος, ικον, aliaeque ſimiles indicari in vetuſtis libris ſolent, παπτικὸν ibi ſcriptum vidiſſet; vocem quidem nihili, ſed quae hac ipſa occaſione documento eſſe poteſt, quam ſimilis iſta figura ſit literae ξ, ita quidem ut etiam librarii interdum decipi ſe paſſi ſint, cuius rei exemplum paulo inferius II. 49. a. videbimus. Idem vir doctus ait, *Dalechampium* quoque (qui *papae!* h. l. in verſione poſuit) haud dubie pariter παξ *ſuo in codice manuſcripto* reperiſſe: nec hoc uno loco, ſed frequenter manuſcripti codicis, quo vult uſum eſſe illum interpretem, fecit mentionem. Quo ne quis turbe-

tur, aut perſuaderi ſibi patiatur, coniecturas illas, aut a partem ſaltem earum, quibus frequentius indulſit Dalechampius, manuſcripti codicis niti auctoritate; contra obſervatum velim, non modo ex tota huius interpretis Verſione & adiectis Adnotationibus perſpicue adparere, ſed ipſum etiam diſertiſſimis verbis in Epiſtola Dedicatoria teſtatum facere, ſe *nullum Athenaei codicem manuſcriptum* oculis uſurpaſſe. Ut ad PHILYLLII *verſus* redeam: quum ὥστε μηδὲν κραιπαλᾶν eſſet ſcriptum, neceſſario μηδὲν in μηδένα fuit mutandum: quem errorem dum corrigebam, nihil impediebat, quo minus ſimul metrum luxatum reſtituerem; quod feci duo verba tranſponendo, quod a Brunckio etiam in ora ſui libri factum videram.

Ἐπίχαρμος δὲ -- φησὶ αὐτόν. φησὶν ſcribe. Perpetuus propemodum in his libris error iſte, centies & ſexcenties a nobis correctus, ſubinde tamen aciem effugit oculorum.

ἦν αὕθις Τισάρην καὶ Οἰσύμην. »Prima verba apud »doctos ingenue mendum profitentur. Lego ἦν Ἀντι»σάρην ἢ Τισάρην. Urbs fuit Thraciae, quam alii *Ti»ſaram*, alii *Antiſaram* dicebant. Ἀντισάρη, καὶ αὕτη πό»λις. (*Datenorum* videlicet, qui erant Thraces.) τινὲς δὲ »Τισάρα [Τισάρη] γράφουσι. Verba ſunt Stephani de Ur»bibus. *Oeſima* etiam Geographis inter Thraciae oppida.« CASAUB. — In ſcriptura nil variant libri. Apud Athenaeum nude ἦν Ἀντισάρην καὶ Οἰσ. legendum contendit Berkel. ad Steph. ſatis probabiliter, ni id etiamnum turbaret, quod ἡ Βιβλία, quam modo dixerat Athenaeus, *regio* eſt, ut ipſe diſerte adiicit; *Antiſare* vero & *Oeſyme*, oppidorum nomina. Sed fortaſſe Epitomatoris culpâ nonnihil turbatum; & videndum, ne aut teneri αὖθις poſſit, aut ſub eo aliud quid lateat; quum praeſertim nude etiam Τισάρην dictum oppidum Stephanus doceat. Quae Βιβλία regio h. l. vocatur, ea apud Stephanum alioſque Βιβλίνη audit. Caeterum non *Oeſime*, ut Caſaub. ſcripſit, ſed *Oeſyme*, Οἰσύμη, (quam ſcripturam tenent apud Athenaeum libri omnes) Thraciae oppidum eſt; quod apud Steph. quidem Macedoniae attribuitur; ſed id perinde eſt, quum ſaepe Thraciae maior pars Macedoniae accenſeatur. Vide Stephani interpretes. Apud Scylacem quidem (pag. 64. ed. Gron.) corrupte Σισύμη pro Οἰσύμη ſcriptum.

b τὰ πλησίον αὐτῆς χωρία. τὰ ἀπὸ πλησίον αὐτῆς habet cod. *a*.

Νῆες δ' ἐκ Λήμνοιο &c. Iliad. *ν*'. 467.

Ἵππίας δὲ ὁ Ῥηγῖνος. Ἵππυς legendum non modo probabile fecit, sed evicit, ni fallor, Voſſius de Hiſtor. Graec. IV. 3. pag. 442. Is Hippys Σικελικὰ libris quinque, tum Ἰταλίας κτίσεις, aliaque ſcripſit, Suida teſte. τὴν ἐλεὸν καλουμένην ἄμπελον. Neſcio an huc ſpectet quod eſt apud Heſychium, Ἴλεοι, σταφυλῆς εἶδος. Πόλλιν τὸν Ἀργεῖον. *Sicyonium* facit *Pollin* Etymologus in Βίβλινος οἶνος, ſed *Argivum* cum Athenaeo Pollux VI. 16. ubi quidem Πόλις ſimplici λ ſcriptum nomen; mox tamen ibid. etiam per λλ ſcribitur.

εἴη ἂν οὖν ὁ παρὰ Σικελιώταις γλυκὺς καλούμενος Πόλλιος, ὁ Βίβλινος οἶνος. »Alii vocant Πολλαῖον. Iulius »Pollux Lib. VI. cap. 2. [ſect. 16.] Καί που καὶ γλυκὺς »καὶ Πολλαῖος, ἔστι μὲν ἐκ Συρακουσῶν, Πόλας δ' αὐτὸν »ὁ Ἀργεῖος πρῶτον (ſcribe πρῶτος) ἐπεσκεύασεν, ἀφ' οὗ »καὶ τοὔνομα· ἢ ἀπὸ τοῦ Συρακουσίων βασιλέως Πόλιδος, ὡς »Ἀριστοτέλης λέγει. Haec Pollux.« — In recentiori Pollucis editione Πόλλιος e mſstis reſtitutum, itemque alia correcta. Conf. Aelian. Var. Hiſt. XII. 31. Caeterum ex hoc loco probabile fit, Βύβλινον illud vel potius Βίβλινον *vinum*, quod Theocritus laudavit Idyll. XIV. 15. (de quo iam ſupra ad p. 29. b. dictum) non *Thracicum Biblinum*, ſed *Syracuſium* eſſe intelligendum; quod mireris non obſervatum ab interpretibus.

Χρησμός· Πῖν' οἶνον &c. Pythiae *oraculum*; de quo vide Plutarch. in Quaeſtionib. Graec. pag. 295. e. f. qui locus
c cum noſtro conferendus. Ibidem quoque ὄθι γ' editur, cum ὄθι κ' - - ἔπινες utique malles, i. q. ὅθι ἂν ἔπινες. Ὑπέραν. *Hypere* Plinio lib. IV. ſect. 23. vetus nomen inſulae e Sporadibus, quae poſtea Amorgos.

AD CAP. LVII.

ἄνθεος ὀσδοντα, i. e. ὄζοντα, *vinum florum odorem ſpirans*. Verba iſta Alcmanis citans Euſtath. Od. *β*'. p. 101, 2. monuit, diviſis vocibus poëtam hunc ſic adpellaſſe id vinum, quod alii ἀνθοσμίας dicunt.

d Οἶνον δ' Οἰνουντιάδην, ἢ Δένθιν, ἢ Καρύστιον, ἢ Ὀνογλιν, ἢ Σταθμίταν. καὶ Καρύστιον μὲν, τὸν ἐκ

Καρύστου, ὅς ἐστι πλησίον Ἀρκαδίας. Pro priori Καρύ- d
στιον, Παρύστιον edebatur; deinde vero (ut ſub contextu iam adnotavi) καὶ τὸν ἐκ Καρύστου, omiſſis duabus vocibus, Καρύστιον μέν. Ubi CASAUBONUS: »Multa [in-»quit] nobis animadvertenda in his Alcmanis verbis. Οἰ-»νουντιάδης οἶνος recte, qui *natus Oenunte*, ut explicat au-»ctor. Sed Δένθιν qua ratione τὸν ἐκ Δενθιάδων, ut modo »dixit? Analogia ſcribendum arguit Δενθιαδίτην; ſiqui-»dem recte Athenaeus cenſet, de eo vino locutum Alc-»manem. Heſychio auctori δένθις Laconicae linguae vox »eſt, quae *vinum* ſignificat: quare nihil mutemus, ſed »amplius cogitemus. *Paryſtium* vinum neque explicatur »Athenaeo, neque ego poſſum: ſed locum cenſeo cor-»ruptum, & Καρύστιον legendum eſſe pro certo habeo: »affines literae κ & π in msstis. Quod autem ſequitur »καὶ τὸν ἐκ Καρύστου &c. non ſunt illa Alcmanis, ſed »Athenaei verba. Quia poterat non admonitus lector exi-»ſtimare, *Caryſtium vinum*, cuius hic meminit Alcman, a »Caryſto, claro Euboeae loco, ſic dictum; prudenter »Athenaeus deſcriptis Alcmanis verbis hanc admonitio-»nem ſubiungit. Itaque ponenda τελεία στιγμὴ poſt no-»men Σταθμίταν, [ubi nudum comma ponebatur:] quod »eſt poſtremum verborum Alcmanis: deinde legendum, »Καρύστιον λέγει τὸν ἐκ Καρύστου, ὅς ἐστι τόπος »πλησίον &c. Etſi per ſe clarum attendenti, ſic conſti-»tuendum eſſe hunc locum; proferemus tamen locum »Strabonis, qui neminem ſinat de eo dubitare: verba il-»lius ſunt libro X. [p. 446. d.] Κάρυστος δέ ἐστι καὶ ἐν »τῇ Λακωνικῇ τόπος, τῆς Αἰγυος πρὸς Ἀρκαδίαν, ἀφ' οὗ »Καρύστιον οἶνον Ἀλκμὰν εἴρηκε. Legendum etiam »Ὀνογλίταν, non Ὄνογλιν. Ut a Stathmis, Σταθμί-»τας: ita Ὀνογλίτας, ab Onoglis. « — Quod non niſi e coniect. corrigendum doctus Animadverſor monuit, id perſpicue uterque noſter codex dabat, ἢ Καρύστιον. In caeteris nil mutant, niſi quod poſt Σταθμίταν, ubi καὶ τὸν ἐκ Καρ. cum cod. *a.* dabant editi, abeſt καὶ in cod. *b.* Ibi in eamdem, quam voluerat Caſaubonus, ſententiam commodius putavi καὶ Καρύστιον μὲν ſupplere; ad quae verba dein referuntur iſta, ἄπυρον δὲ εἶπε. De *Caryſto Laconiae* poſt Strabonem, & ex ipſo Strabone, monuit etiam Steph. Byz.

Πολύβιος δὲ - - - τὸν ἀναδενδρίτην. Hunc locum retuli-

d mus in Polybii Reliquiis ex lib. XXXIV. cap. 11, 1. Eumdem paulo ſuperius tetigimus in Notis ad p. 27. b. ubi de *caulino vino* agebatur. Sed *arbuſtivam vitem* proprie dicebant Romani; ſcil. non iugatam, ſed maritatam ulmo, fraxino, aut opulo: haec enim tria fere genera erant, e quibus conficiebantur *arbuſta*, i. e. agri arboribus conſiti, quibus arboribus maritabantur vites; vide Columell. de Arborib. cap. 16. Plin. XVII. 11, 15. & cap. 22. ſect. 35. num. 22. ἀναδρίτην habet alter (neſcio uter) ex noſtris codd. quod haud dubie corruptum. Ἀναδενδράδα, Suidas ait adpellari *uvae genus:* quod haud diverſum ab ἀναδενδρίτῃ videtur. Pro σταφυλῆς γένος, quod eſt apud Suidam, εἶδος ἀμπέλου, id eſt, *vitis genus* aliquod ἀναδενδράδα dici ait Schol. Ariſtoph. Veſp. 325. Quod adiicit Suidas: οἱ δὲ τὴν ἀμάμαξυν οὕτω καλεῖσθαί φασιν. εὕρηται δὲ καὶ παρὰ Ἐπιχάρμῳ καὶ Σαπφοῖ τὸ ὄνομα: eam ſpeciem habet, ut iſta omnia ex pleniori Athenaei exemplo ducta videantur, omiſſa hoc loco ab Epitomatore. Vocabulum ἀμάμαξυν vero etiam apud Noſtrum legitur IV. 137. b. E Suida verba nonnulla in ſuos Commentar. transtulit Euſtath. Od. ε'. p. 208. 3. ἀναδενδράδων mentio etiam apud Noſtrum occurrit XV. 685. a. Apud Geopon. V. 51. ἄμπελος ἀναδενδρίτις eadem dicitur quae ἀναδρενδὰς ibid. VII. 20.

ᾧ μηδένα συγκρίνεσθαι. *Nobilia vina* (ait Plinius loco proxime cit.) *nonniſi in arbuſtis gigni; & in his quoque laudatiora ſummis, ſicut uberiora imis: adeo excelſitate proficitur.*

περὶ τὴν Ἐφεσίαν φησὶν εἶναι. Recte φησὶν dedere noſtri codd. φησὶ ed. Ven. Operarum errore omiſſum verbum in ed. Baſ. qui error in ed. Caſ. propagatus. τὴν πρ. καλουμένην Λητοῦς, νῦν δὲ Λατωρείαν. Λητουΐδα ed. Venet. Λητοΐδα ed. Baſ. & Caſ. Λητοῦς perſpicue dedit noſter cod. *b.* cum quo conſentit Euſtath. hunc locum citans ad Iliad. λ'. p. 818, ult. Eamdem ſcripturam e noſtro cod. iam citaverat Villebr. T. I. pag. 144. ubi quidem *Lectous* pro *Leetous* excuſum eſt, operarum errore. In cod. *a.* eſt Λητουί (ſic) aut aliquid ſimile; in eodemque deſunt verba νῦν δὲ, perperam. In Λατωρείαν & Λατωρείας nil mutant (quod ſciam) libri noſtri: ſed apud Euſtathium Λατόρειαν (per o breve, & antepenacute) & Λατορείας ſcribitur.

e ὑπόχυτον - - - παραπλήσιον τῷ γλυκεῖ. Suidas: Ὑπό-

χυτος οἶνος, ὁ γλυκύς. Confer Diogenem Laërtium Lib. e IV. 20.

γλύξις. Perperam γλύτρις ed. Ven. & Baſ. Tacite mutavit Caſaubonus; recte vero: certe in γλύξις, quod ille edidit, conſentiunt noſtri libri. Valet autem γλύξις idem quod γλεῦξις, ut ex Heſych. diſcimus, apud quem utrumque vocabulum reperitur. Quod vero adiicitur, ὁ τὸ ἕψημα ἔχων, ſi Euſtathium inſpexeris ad Od. α'. pag. 12, 1. iurares, ſcriptum oportuiſſe ὁ πολὺ τὸ ἕψημα ἔχων. At ne quid praepropere mutes, retrahet idem, quem modo citavi, Heſychius in Γλεῦξις & in Ἕψημα, ubi confer quae notarunt Interpretes, & praeſertim Plinium vide XIV. 9, 11. Eamdem vocem γλύξις reſtituendam Laërtio IV, 20. monuerunt viri docti.

Πολύζηλος δὲ αὐτίτην καλεῖ οἶνον ἐν Ῥόδῳ. »Non do» cet nos, quod vini genus Rhodii αὐτίτην vocarent. Cri» tici antiqui eam vocem expoſuerunt multis modis: for» taſſe pro diverſorum populorum vel ſcriptorum uſu. » Galenus apud Hippocratem [in Expoſitione Gloſſarum » Hippocratis] *vinum hornum* interpretatur: αὐτίτην οἶνον, » ait, τὸν αὐτοετίτην, τὸν ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος ἔτους. Alii, » τὸν αὐτοῦ γεγεννημένον, *indigenam.* [Sic Suidas, τὸν αὐτο» γενῆ.] Alii, τὸν ἀπαράχυτον, *cui nihil infuſum aquae;* » [Sic Erotianus, in Lexico vocum Hippocr. in Δεινὸς » αὐτίτης, quod corrupte ibi ſic ſcriptum pro Οἶνος αὐτί» της.] ab ea ſignificatione vocis αὐτὸς, qua ponitur pro » μόνος, ut latine *ipſe*, pro *ſolus*. Qua ratione Ariſtote» les, ut ait Demetrius Phalereus, [de Elocut. ſect. 144.] » αὐτίτην nove dixit τὸν μόνον αὐτὸν ὄντα. « Casaub. — Duo iſta verba ἐν Ῥόδῳ, quae ex ed. Ven. hic adiecta Caſaubonus tenuit, cum ignorent noſtri libri neſcio unde Venetus editor arripuerit. Paulo ante, ubi de ὑποχύτῳ agebatur, libri omnes ea agnoſcebant. Suſpicatus eram, reperiſſe illum editorem in ora ſui libri, ἐν Ῥοδ. quo ſignificari potuiſſet, Polyzelum de ea re ſcripſiſſe ἐν Ῥοδιακοῖς, quod opus Polyzelo tribuitur lib. VIII. 361. c. Sed αὐτίτου οἴνου mentionem feciſſe *comicum Polyzelum* in fabula, cui titulus Δημοτυνδάρεως, ex eodem, quem modo nominavi, Erotiano didici. Conf. Schneiderum ad Demetr. l. c. Gente *Rhodium* fuiſſe *Polyzelum hiſtoricum* Plutarchus in Solone docuit, notante Voſſio de Hiſt. Graec. lib. III. p. 406. Fuerit-ne vero idem hiſtoricus atque co-

micus, haud satis certum; de quo disputavit Hemsterhus. ad Polluc. p. 1244.

Πλάτων δ' ὁ κωμικὸς, καπνίαν. »*Capnias*, si vocem »spectes, *fumosum* est latinis *vinum;* ut, *Nunc mihi fumo-* »*sos veteris proferte Falernos Consulis.* Sec longe alia grae- »cae appellationis ratio: nam *capnias*, vitis genus; cuius »praeter Graecos etiam Plinius meminit. « CASAUB. — Vide Plin. XIV. cap. 3. sect. 4. num. 7. ubi monuit Harduinus, non a fumo, quo vinum suffitum fuerit, sed a *colore* quodam *quasi fumi*, nomen sortitam videri *capniam* vitem. Sic quidem καπνία (vel κάπνιος) ἄμπελος, apud Suid. & Hesychium, ἡ μέλαινα. Sed καπνίας οἶνος apud eumdem Hesych. & in Photii Lexico ὁ κεκαπνισμένος, i. e. *fumatum vinum*, exponitur. Et *vini fumo inveterati* meminit Plin. XXIII. sect. 22. quod quidem *insaluberrimum* ait *esse.* καπνίας οἶνος, ὃς γίνεται ἐν Βενεβεντῷ τῆς Ἰταλίας, ex hoc Athenaei loco habet Suidas, & Scholiast. Aristoph. Vesp. 151.

Ἄμφις δ' οἶνος, ὁ φαῦλος καλεῖται παρὰ Σωσικράτει. Hunc locum tangens Casaub. in Animadv. ad lib. III. videtur significare, ludere voluisse Sosicratem in *Amphidis* nomine, veteris comoediae poëtae. Adiicit vero, videri ἄμφιν οἶνον id esse quod ἀμφικλεῖ appellant alii, *vinum dubium* sive *ancipitis existimationis.* Quidquid sit, in nomine peccatum videtur. Certe non modo apud Hesychium habes, Ἀμφίας, γένος οἴνου: sed & apud Suidam, Ἀμφίας· μέτριος οἶνος. Νικόστρατος Οἰνοποιῷ, καὶ Σωσικράτης. quae haud dubie e pleniore Athenaei exemplo hausit Lexicographus. Est vero apud Hesychium etiam Ἀμφῆς· οἴνου ἄνθος. οἱ δὲ, μέλανα οἶνον. ubi, nisi repugnaret interpretatio, videri posset Ἀμφῆς ex Ἄμφις corruptum. οἰνάριον ἀμφίβολον habes apud Nostrum, II. 60. c.

ὃ ἑκάλουν τρίμμα. »Hesychius: Τρίμμα, ὁ ἀρωματίζων. »πέμμα ἐν γάμοις γενόμενον, καὶ ἐν θεατρικοῖς ἀγῶσιν. »Deest una vox: scribe ὁ ἀρωματίζων οἶνος: reliquae in- »terpretationes nihil ad hunc locum. « CASAUB. — Suidas ex Athenaeo: Τρίμμα, δι' ἀρωμάτων πόμα.

Θεόφραστος δὲ &c. THEOPHR. *Hist. Plant.* IX. 20. conf. Aeliani Var. Hist. XIII. 6. & Plin. XIV. 18, 22. τὰς δὲ γυναῖκας τεκνοῦσας ποιεῖ. »Non probo lectionem, quam »reperi e libris, ut aiunt, veteribus promtam, τὰς δὲ »γυναῖκας κυούσας ποιεῖ ἐξαμβλῶσαι. Hanc probo uni-

» ce, quam habent meliores libri omnes, τεκνοῦσας. Ita f
» olim legiſſe Plinium conſtat, qui vertit *foecunditatem foe-*
» *minis importat.* Neque Athenaei, ſed Theophraſti potius
» emendandi codices, contra quam docti homines cenſue-
» runt: nam quae in eius libris obtinet lectio, plane nul-
» lius auctoritatis pondere firmata eſt. « CASAUB. — Nil mutant libri noſtri: cum quibus, praeter Plinium, etiam Aelianus conſentit l. c. ubi τὰς γυναῖκας, ait, τεκνοποιοὺς τίθησι. Apud Athenaeum τεκνοῦσας ποιεῖ, *gravidas facit*, vertit Toup in Addend. ad Not. in Theocr. p. 8. Vide eumdem ad Suid. Part. III. p. 331. edit. Lipſ. ubi illud verbum confert cum παίδουσα vel παιδοῦσα, quod ἐγκύμων Suidas interpretatur.

περὶ δὲ Κερυνίαν. Καρυνίαν apud Theophr. & *Caryniam* apud Plin. locis modo citatis. Nihil intereſt. Vide Perizon. ad Aelian. XIII. 6. & nos ad Polyb. II. 41, 8.

κἂν τῶν βοτρύων δὲ, φησὶ, φάγωσιν, ἐξαμβλοῦσιν. Non dubitare ſe profeſſus eſt Bodaeus a Stapel ad Theophr. p. 1172. quin apud Athenaeum legi debeat, κἂν δὲ βοτρύων οἱ κύνες φάγωσι. Scilicet apud Theophr. IX. 20. in ipſius Stapelii editione ſic legitur: Πάλιν δ' ἐν Ἀχαΐᾳ, καὶ μάλιστα περὶ Καρυνίαν, ἀμπέλου τι γένος, ἀφ' οὗ ὁ οἶνος ἐξαμβλοῦν ποιεῖ τὰς γυναῖκας οὔσας κἂν αἱ κύνες φάγωσι τῶν βοτρύων, ἐξαμβλοῦσι καὶ αὐτά. Ubi mireris non vidiſſe doctum virum, quam corrupta eſſet ſcriptura. In Heinſii editione, quae triginta annis ante prodierat, eſt τὰς γυναῖκας ἐγκύμονας οὔσας, voce neſcio ex ingenio-ne, an e libris, adiecta: quae ſi ex ingenio editoris eſt, poterat ille minoribus ambagibus κυούσας corrigere, pro οὔσας. At id non ſatis erat: haud dubie rurſus pro αἱ κύνες erat vel αἱ ἐγκύμονες vel αἱ κύουσαι ſcribendum: dein in fine pro καὶ αὐτά, manifeſte καὶ αὐταί oportebat. Quis quaeſo hic ſerio de *canibus* poſſit cogitare? aut, ubinam locorum canes uvis vulgo veſcuntur? Neque ſane Plinius de canibus quidquam h. l. apud Theophraſtum legerat, qui graeca verba his latinis reddidit, *atque etiam ſi uvam edant gravidae.*

ὑπνωτικόν. Spuria utique videtur haec vocabuli forma, quam huius unius loci auctoritate in Theſaurum ſuum retulit Stephanus, thema fingens ὑπνάω vel ὑπνέω, quod nuſquam occurrit. Unice probandum videtur ὑπνωτικὸν, quod Brunckius hoc loco adnotavit: quae forma

f cum apud alios auctores, tum apud noſtrum II. 69. f. reperitur. Sic etiam apud Theophr. legitur IX. 20. eodem loco, unde iſta deſumſit Athenaeus.

AD CAP. LVIII.

Περὶ δὲ τῆς τοῦ ἀνθοσμίου σκευασίας. In maximis deliciis olim habebatur vinum, quod ἀνθοσμίαν vocabant; de quo vide Hemſterhuſ. ad Luciani Dial. Select. p. 10 ſq. & ad Ariſtoph. Plut. vſ. 808. & Foeſii Oeconom. Hippocr. in Ἀνθίνης οἶνος. Ut auctores omittam, ab his citatos, unum Xenophontem in teſtimonium advocabo, qui Hellen. VI. 2, 4. (ed. Mori) ait, τοὺς στρατιώτας εἰς τοῦτο τρυφῆς ἐλθεῖν, ὥστ' οὐκ ἐθέλειν πίνειν, εἰ μὴ ἀνθοσμίας εἴη. Illius vini in ſuperioribus non niſi ſemel & id quidem obiter facta mentio eſt, in Ariſtophanis verbis p. 30. c. ubi indicabatur *delicatum* quidem *vinum & dulce*, caeterum cui non nimis vigoris viriumque eſſet. Ἀνθοσμίας vi originis idem valet ac ἄνθεος ὄζων, quod paulo ſuperius Alcman dixit, id eſt, quod *florum odorem ſpirat:* quale pluribus etiam verbis Hermippus (ſupra p. 29. e.) illud, quod σαπρίαν nominavit, deſcripſerat; ubi vinum ἀνθοσμίαν indicari Euſtathius aiebat. Quod ſi recte Euſtathius ſtatuit, ex eiſdem illis Hermippi verbis colligere licebat, multa arte, multis certe adhibitis vel florum generibus vel odoratis herbis, parari hoc vinum ſolitum. Atque ita ſubinde fuiſſe paratum, probabile eſt: (conf. II. 39. f. & Geopon. VII. 20.) nonnumquam vero etiam minoribus ambagibus ad illud conficiendum uſos eſſe homines, ex hoc ipſo Athenaei loco diſcimus. Quare etiam Grammatici atque interpretes ἀνθοσμίαν οἶνον plerumque non niſi generalioribus his verbis, εὔπνουν, εὔοσμον, εὐώδη, ἡδὺν, exponere conſueverunt.

Γλεύκει παρεγχεῖται. Teneri poterat codicum ſcriptura, παραχεῖται. Sed p. 26. b. ubi de eadem ratione vini dulcis parandi agebatur, dixerat ἡδὺν εἶναι τὸν
a οἶνον παρεγχεομένης ϑαλ. Mox cum περὶ πεντήκοντα εἰς ϑαλ. vulgo legeretur, monuit CASAUB. »Malim παρά. Deeſt menſurae nomen, ut ſaepe apud »Graecos. Sic etiam apud Dionem Chryſoſt. τὸν οἰνό»φλυγα ἓν Θάσιον κατέπλησε, *vino deditum unus vini Thaſii* »hauſtus liberalior *repleverit.* Alibi leges τρία κρέα, pro,

» *tribus carnium fruſtis* : & ſimilia multa. « — Mihi παρὰ a praepoſitio unice vera viſa eſt: vide vero, ne pro πεντήκοντα, πέντε χοῦς oportuerit. Nam nimius numerus videtur, quem vulgo praeferunt libri. Plinius certe de ſimili vino (ut videtur) loquens, XIV. 8, 10. *Coi*, inquit, *marinam aquam largiorem miſcent; idque translatum in album muſtum, leucocoum appellatur.*

Τοὺς ὀμφακώδεις συμπατήσαντες &c. Neſcio an huc ſpectet ὀμφακίτης οἶνος Dioſcoridis lib. V. cap. 6. ſub fin. de quo Hermolaus in Corollar. 841. τὰς ὀμφακώδεις habent noſtri libri; ut videatur nomen στεφυλὰς deſiderari: nam ἀμπέλους quidem ſubintelligi nequit, quia non *calcantur vites*, ſed *uvae*. Mox, εἰς τὰ κέραμια cod. *b.* εἰς τοὺς κεράμους cod. *a.*

ἐάν τις κεράσῃ. » Repetendum ex ſuperioribus Theo- b
» phraſti verbis, τὸν οἶνον γίνεσθαι θαυμαστὸν τὴν ἡδονήν: » alioquin deſit aliquid. « CASAUB.

Μυρτίτης δὲ ὁ μυρρίνης οἶνος κεῖται παρὰ Ποσειδ. » Cum » dicit, ὁ μυρρίνης, indicat Poſidippi locum varie lectum » olim. *Myrtites* vinum ex Dioſcoride, Plinio & aliis no- » tum. Μυρρίνην explicat Heſychius *vinum cui unguentum* » *infuſum*. Sed videtur Poſidippus nove h. l. *myrteum* vi- » num, hoc eſt, τὸν μυρτίτην vel μυρσινίτην, appellaſſe » μυρρίνην. Verum quia neque exſtat hodie Poſidippi fa- » bula, neque ſatis de lectione conſtat, nihil poſſumus » affirmare. *Murrina* Romanorum, & ὁ ἐσμυρνισμένος οἶ- » νος apud Marcum Evangeliſtam aliud ſunt. « CASAUB. — Vide auctores ad Heſych. in Μυρρίνην laudatos ab Editore: & interpretes ad Marci Ev. cap. 15, 23.

Καὶ Ἑρμῆς δ' εἶδος πόσεως παρὰ Στράττιδι. » Non vi- » deo quorſum pertineant in tractatione de Vinorum ge- » neribus & natura, verba iſta. Verum eſt, non ſolum » a Strattide poëta, ſed vulgo olim a priſcis Graecis Ἑρ- » μῆν fuiſſe appellatam τὴν τελευταίαν πόσιν, ut docet nos » Pollux. [VI. 100.] Nam cum Mercurio poſtrema fieret » libatio, [de qua ſupra, p. 16. b.] etiam poculum illud » quod agmen cogebat, *Mercurium* vocabant. Poſtea mos » ille mutavit, & Iupiter τέλειος in Mercurii locum aſci- » tus, auctore Athenaeo. [l. c.] Atque haec quidem ita » habuere: verum alieniſſimo loco haec poſita hîc, ut » multa ſaepe in iſto opere. Non adſcribitur autem hîc lo- » cus Strattidis, quem reperies libro XI. in voce Καδίσκος.

b »[p. 473. c.]« Casaub. — Nimis ſaepe iniquiorem ſe praebuit Vir magnus bono Athenaeo; oblitus ſcilicet, quod tamen ipſe nonnumquam perſpecte obſervaverat, non poſſe nos in hac operis parte, quid *ſuo loco*, quid *alieno* poſitum fuerit ab Athenaeo, iudicare, cum multa reſecta fuerint ab Epitomatore, & ea praeſertim omnia, quae ad indicandum tenorem greſſumque diſputationis, declarandamque occaſionem qua quaeque dicta ſunt, pertinebant.

c ἀλλά τι καὶ λέσχης &c. Sic recte ed. Caſ. Perperam λεύχης edd. vett. cum mss. ſatis frequenti confuſione literarum υχ & σχ. Correxerat iam H. Steph. in Anthol. pag. 513. Eamdem ſententiam (ut monuit Caſaub.) expreſſerat Heſiodus in Melampodia, cuius verba citat Noſter II. 40. f.

Οὐ γὰρ ἀπόβλητον Διονύσιον. Cum οὐδὲ γὰρ, non οὐ γὰρ, dent mssti; quoniam teneri iſtud non potuit, malebam utique οὐδὲν ἀποβλ. ut eſſet οὐδὲν Διονύσιον, ſcil. δῶρον, *nullum Bacchi munus*, aut omnino *nihil quod a Baccho eſt*. Monuit Casaub. imitatum eſſe poëtam Homericum illud, Οὔ τοι ἀπόβλητ' ἐστι θεῶν ἐρικύδεα δῶρα, ex Iliad. γ'. 65. Διονύσια vero δῶρα habes apud Bacchylidem, infra II. 40. e. Caeterum putaveram equidem, hunc verſum non cohaerere cum praecedenti diſtycho: iunxit vero tres iſtos verſus H. Stephanus in Anthol. l. c. eidemque Simonidi (is enim eſt *Ceus poëta*, quem Athenaeus dicit) tribuit.

AD CAP. LIX.

Cum hoc Capite conferenda ſunt quae habet Dioſcorides lib. V. cap. 6. & Plinius lib. XXIII. ſect. 19 ſqq.

d ἐγχρονίζει περὶ τὰ ὑποχόνδρια. Hoc eſt quod pag. 26. b. dixerat μένων ἐν ταῖς ἕξεσι τῶν πινόντων πλεῖστον χρόνον.

Μνησίθεος δ' ὁ Ἀθηναῖος φησίν· ὁ μέλας οἶνός ἐστι θρεπτικώτατος &c. Varro apud A. Gellium XIII. 30. *Non vides apud Meneſtheum ſcribi, tria genera eſſe vini, nigrum, album, medium, quod vocatur* κιρρόν; - - - *& efficere nigrum virus, album urinam, medium* πέψιν? Corrige *Mneſitheum*; tum *vires*; nam θρεπτικώτατον εἶναι dicit *vires efficere. Corpora alit, vires alit*, dicit Plinius XXIII. 22.

ἀκραίπαλοί τε εἰσί. Abeſt τε cod. *a.* καὶ κοιλίαν λύουσιν. κοιλίας codex uterque.

ἐμφυσήσεις τε ἐνεργάζονται. Videtur deeſſe negativa e particula. Sic certe accepiſſe video H. Stephanum in Theſ. Gr. Ling. T. I. 1490. c. ubi legi ait h. l. apud Athenaeum, *vina ἐπιμελέστερον τεθαλαττωμένα cruditates non gignere, nec flatus. ἱκανῶς δὲ καὶ ὁ Κῷος τεθαλάττωται.* Vide locum Plinii XIV. 8, 10. paulo ſuperius citatum: & conf. ſupra p. 26. b.

ὁ δὲ Κνίδιος. »*Cnidium* vinum appellarunt veteres non »illud ſolum, quod in Cnidiorum vinetis gignebatur, cuius »auctor meminit: ſed etiam illud, quod Cnidii mercato»res ex Aegypto petere, & in alias regiones transferre »ſoliti &c.« CASAUB. Quod mox ait αἵματος γεννητικὸς, vide ne adiectum oportuerit αἵματος χριστοῦ, ut paulo poſt, ubi de *Chio* vino loquitur.

τοῦ Χίου ὁ καλούμενος Ἀρυούσιος. Sic noſtri dedere f mssti. Neſcio an huc ſpectet, quod nimis breviter Suidas adnotavit, Ἀρυώτης, ὄνομα κύριον. Praeſtabat tamen fortaſſe quod editum erat, Ἀριούσιος. Sic quidem & apud Strabonem editur XIV. 645. c. & apud Galenum, quem citavit Harduin. ad Plin. XIV. 719. Plinium vero ſi ſequaris, alioſque Romanos ſcriptores, qui *Arviſium* ſcribunt, Ἀρουΐσιος oportebat.

διὰ τὸ πολὺς εἶναι τῇ δυνάμει. Cum πολὺ vulgo lege- a rent omnes, πολὺς corrigendum monuit CASAUB. qua in voce Atticiſmum agnituros ait eruditos. Quum vero paulo poſt, in ſimillimo loco, ubi rurſus πολὺ erat editum, παχὺ dederint mssti omnes, videndum ne & h. l. παχὺς oportuerit. Vocabulum δυνάμει ſimiliter de vinis uſurpatum ſupra vidimus p. 27. a. & c.

καὶ ὁ Φαλερνίτης. Licet ſuperius Φάλερνος & in noſtris libris Φαλερῖνος conſtanter nominatum ſit hoc vinum, non ſatis tamen id cauſſae eſſe mihi viſum erat, cur diverſam iſtam nominis formam, quam hoc loco codices dabant, damnaremus. τὴν Φαλερῖτιν nominatum legimus *agrum Falernum* apud Diodor. Sicul. XX. 90. ubi Φαλερνῖτιν cum Weſſelingio legendum videtur. Quod vero ὁ καὶ Φαλερν. dabant libri noſtri, quaſi idem eſſet *Albanum* vinum & *Falernum*, (quae vina conſtanter & ab aliis auctoribus & apud Noſtrum pag. 26. f. diſtinguuntur,) id quidem non probavi; ſed tenui καὶ ὁ Φαλ. quod ex edit.

Baſ. tenuerat Caſaubonus, cum in ed. Ven. inepte prorſus ὁ καὶ ὁ φαλ. excuſum eſſet. ὁ δὲ Ἀδριανὸς καλ. εὔπνους. εὔυπνος maluiſſe Turnebum refert Caſaubonus, improbatque merito eam coniecturam; quoniam multis locis εὔπνους, *ſuaviter ſpirans*, in vini laude ponitur.

b τὸ παχὺ τῆς δυνάμεως. Sic & noſtri mssti, & ii e quibus excerptas lectiones Caſaubonus habuit. ὁ δὲ ἀπὸ Κιλικίας Ἀβάτης καλουμ. »De hoc vino Galenus in com»mentariolo de Bonis maliſve Succis: αὐστηρὸς δὲ οἶνος »ἅμα καὶ γλυκὺς, ὁ Κιλίκιος ὁ Ἀβάτης, ἀπὸ χωρίου τὴν »προσηγορίαν ἔχων. Male in quarto de Simplicium Medi»cam. facult. ἀλβάτης; alibi etiam deterius. « Casaub.

c ἐν ταύταις γὰρ σκληρὰ τὰ τοιαῦτα ὕδατα. Vocem τοιαῦτα ut delendam notavit Brunck. neſcio an codicis mſti auctoritate. In noſtris quidem excerptis nil notatum. De *aquis Athenarum* vide lib. II. pag. 43. b. c. τοῖς δὲ θαλασσίοις τῶν οἴνων. E conſecutione diſputationis ſatis patet, opponi haec vina, de quibus nunc loquitur, τοῖς τεθαλαττωμένοις. Quare quum ſynonyma ſint (ut docuit H. Steph. Theſ. T. I. 1490. b.) θαλάσσιος οἶνος & τεθαλαττωμένος; videtur utique aut ἀθαλάσσοις legendum, aut aliquid ſub illa voce latere. Mox verba ἔτι δὲ, olim omiſſa, dedere noſtri libri. Iidem dein in ἀποιότατα recte conſentiunt, quod Caſaubonus correxerat, cum ἀπιότατα perperam ante ipſum editum fuiſſet.

AD CAP. LX.

Ὦ γλῶσσα, σιγήσασα τὸν πολὺν χρόνον &c. »Sopho»clis *locum* proferebat is qui ſermonem *de Vinis Aegyptiis* »inchoabat. Quis ille fuerit e convivis, hodie ſciri nequit »ex his reliquiis. Aegyptium fuiſſe liquet: fortaſſe Athe»naeus ipſe, vel Plutarchus, qui Alexandria oriundus. « Casaub. — Εὖ γλῶσσα edebatur: pro quo φεῦ γλ. legi voluerat Caſaub. Opportune Ὦ γλῶσσα dedere noſtri libri; quod & in Sophoclis Fragm. p. 39. num. 38. receptum a Brunckio, qui in noſtro cod. *b.* ſic ſcriptum viderat. *Verſ.* 2. pro τλήσῃ idem Brunck atticam formam τλήσει poſuit. *Ibidem* haud cunctanter recipere debuiſſem eiuſdem Viri docti emendationem, ἐπεξελθεῖν, id eſt, *enarrare, commemorare.* Prorſus utique alienum ὑπεξελθεῖν, quod nil aliud niſi *clam egredi* ſignificat, &

cum genitivo casu construitur. *Vers.* 4. ἀνάκτορον (quod in ἀνακτόρων Grotius mutavit in Excerpt. p. 153.) tenui cum Brunckio, adiective accipiens; ut sit τὸ κρυφθὲν ἀνάκτορον, *arcanum regium.* Sic τὸ ἀνάκτορον scil. δῶμα, i. q. τὸ βασίλειον; & τὰ ἀνάκτορα, i. q. τὰ βασίλεια. Vide Hesych. in Ἀνακτόρων.

ὁ Ἀλεξανδρεωτικός. Notatur apud Steph. Byz. haec forma nominis gentilis, ut minus probata veterum auctoritate. Usus vero est eâdem formâ, Athenaei fere aetate Lucianus, ut monuit Holsten. ubi adiici debuerat hoc exemplum ex Athenaeo; e quo eamdem vocem repetiit Eustathius loco mox citando. d

ἀπὸ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κρήνης Μαρείας. »*Mariam* [Maream] *fontem* Athenaeus nominat; *lacum* alii (si satis »memini) omnes, praeter Eustathium, qui Athenaei ver»bis loquitur. Odyss. ι'. [pag. 347, 29.] De eo lacu & »Mareotico vino consule Strabonem. [XVII. 799. c. d.] »Hoc amplius tirones observent, *Alexandriae* nomine au»ctorem hic intelligere, non urbem ipsam, sed eius ur»bis territorium: aliter illa verba, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, num»quam capias recte. Sic loqui amat hic scriptor: vide lib. »II. cap. 5.« [scil. ad illa verba τὰς ἐν τῇ Τρωϊκῇ Λαρίσσῃ, p. 42. f.] CASAUB. — Possis ἐν pro πρὸς, παρὰ, vel ἐγγὺς accipere, *iuxta, prope;* ex multorum usu scriptorum, cuius exempla etiam nonnulla in Lexic. Polyb. adnotavimus. Stephanus Byzant. Μάρεια, πόλις καὶ λίμνη τῇ Ἀλεξανδρείᾳ παρακειμένη.

ἢ πρότερον μὲν ἦν μεγίστη, νῦν δὲ κώμη περιελείφθη μέγεθος· τὴν προσηγορίαν λαβοῦσα &c. Corrupte in editis legebatur νῦν δὲ κώμη· παρείληφε μέν τοι τὴν προσηγορίαν. Ubi Casaub. ex Eustath. ι'. pag. 347, 30. νῦν δὲ κώμη περιελείφθη, τὴν προσηγ. corrigendum monuit. Percommode id quidem: sed supererat mendosa vox μέν τοι, a Casaubono prorsus neglecta, quam ex μέγεθος corruptam esse perspicue docuerunt ambo nostri codices. At hi ipsi alias hic turbas dant, sic exhibentes, νῦν δὲ κώμη περιείληφε μέγεθος: ubi quidem si κώμης scriptum esset, videri posset nihil amplius desiderari, ut prodiret sententia satis commoda, nunc vero *vici complectitur magnitudinem;* (vide Lexic. Polyb. in Περιλαμβάνειν.) quamquam in eam sententiam περιλαμβάνει in praes. temp. quam περιείληφε in praeterito, maluisses. At ipsa illa scriptura,

d κώμη, in nominativo casu, corruptelam testificatur: & eo facilius mihi persuasi περιείληφε ex περιελείφθη esse corruptum, quod & aliâs haud raro verba ista inter se permutata a librariis observaveram. (Villebrunius in nostro cod. *b.* περιειλήφθη scriptum esse contendit: quod si ita est, non ego cum hoc interprete veram iudicaverim illam scripturam, sed ad veram propius accedere dixerim.) Iam igitur verba illa, νῦν δὲ κώμη περιελείφθη μέγεθος ita accipienda erunt, ut μέγεθος pro κατὰ μέγεθος positum intelligamus: *nunc vero vicus relictus est*, (vel, *nonnisi ut vicus supersit*,) *magnitudinem si spectes*. Videndum vero, ne vel sic κώμης pro κώμη scripserit auctor, eâdem quidem sententiâ, sed aptius ad graeci sermonis usum: ut, quemadmodum dicimus ἐγὼ περιελείφθην τοῦτο, pro τοῦτο μοι περιελείφθη, *mihi hoc relictum est*, *ego hoc reliquum habeo*, sic, ἡ Μάρεια νῦν κώμης περιελείφθη μέγεθος, sit, *Marea nostrâ aetate nonnisi vici magnitudinem reliquam habet.*

πάνυ βρωθῆναι εὔστομος. Sic scripsi cum cod. *a.* βρωθῆναι e πάνυ εὐστ. edd. & cod. *b.* Paulo inferius, πρὸς τῷ ἡδὺς εἶναι, & mox deinde ἐπιστύφον, recte dedere ambo codices. Perperam πρὸς τὸ, & ἐπιστύφων, edebatur.

f ὁ κατὰ Ἀντυλλαν πόλιν. Deest ὁ cod. *a.* male. In Ἀντυλλαν nil mutant libri. Ἀνθυλλαν scribitur apud Herodot. II. 98. nec aliter apud Steph. Byz. οἱ τότε βασιλεῖς. Poterat dicere οἱ ἀεὶ βασιλεῖς, quemadmodum fere est apud Herodotum, eamdem rem narrantem. Nec vero spernam τότε: quae particula, cum proprie *tunc* sonet, interdum pro *olim* ponitur, ellipticâ quâdam ratione; verbi caussa hoc loco, *tunc, cum Aegyptus indigenas adhuc haberet reges, & deinde cum Persiae regibus pareret.* Pro εἰς ζώνας, quod dicit Athenaeus, εἰς ὑποδήματα dixerat Herodotus.

ὥς καὶ τοῖς πυρεταίνουσι. Sic scriptum oportebat nostrorum codicum auctoritate. Perperam deest καὶ particula nostro exemplo & editis omnibus.

Σαυτὴν ἐπαινεῖς, ὥσπερ Ἀστυδάμας, γύναι. Ad haec verba, quae silentio praeteriit Casaubonus, satis commode adnotaverat DALECHAMPIUS: »Praeoccupatio: lectorem »molestе ferre non vult, quod Aegyptius ipse, nempe »Naucratites, Aegyptia vina laudet.« — Confer notata ad initium huius capitis, ad p. 33. c. Videtur vero alium rursus Deipnosophistam induxisse Athenaeus, haec respondentem ei, qui Aegyptia vina laudaverat. Versus est *Phi-*

lemonis Comici, ut docuit Suidas in Σαυτὴν, (apud quem ποτὲ pro γύναι legitur) & Zenobius Adag. Centur. V. 100. apud quem eodem modo, ut apud Athenaeum, ſcribitur. In proverbium abierat *Aſtydamantis*, *Tragici poëtae*, a *putida* de ſe ipſo *gloriatio*, cum populo Athenienſi epigramma proponeret, ſtatuae ſibi decretae inſcribendum.

AD. CAP. LXI.

Ὅτι Θεοπ. ὁ Χῖος. Sic bene edd. Ὅτι ὁ Θεοπ. ὁ Χῖος mssti noſtri: ubi non placet articulus iſto modo repetitus. Hiſtoriam, quae hic narratur, eamdem leges apud Pauſan. VI. 36. pag. 517 ſq. χαλκοῦς λέβητας recte noſtri codd. Corrupte χαλκοῖς ed. Ven. χαλκεῖς ed. Baſ. & Caſ. Mox perperam καινοὺς mssti, pro κενούς.

ἐν τῇ Πλινθίνῃ πόλει. »*Plinthinae* oppidi nomen in libris »chirographis ſcriptum diverſe invenimus: Πλινθίνη, & »Πλινθύνη, ut apud Euſtath. quoque. Rectum eſt Πλιν»θίνη. Stephanus: Πλινθίνη πόλις τῆς Αἰγυπτίας, ἀπὸ τῆς »Σαμαρείας. Lego, πόλις τις Αἰγυπτία, ἀπὸ τῆς ἐν Σα»μαρείᾳ, id eſt, *Plinthine vocatur urbs quaedam Aegypti*, »nomen habens *ab illa quae eſt in finibus Samariae*. Puta»vit Stephanus, Plinthinam Aegyptiam nomen habuiſſe »ab urbe *Libna*, cuius ſacra hiſtoria meminit Ioſuae cap. »10. & alibi. Sane hebraeum *libna* eſt Πλινθίνη, quaſi di»cas *Lateritia*.« CASAUB. — Apud Euſtath. quidem ad Od. ι'. p. 363, 38 ſq. ubi eadem res ex Athenaeo commemoratur, Πλινθύνη ſcribitur, in editis certe libris. At in Πλινθίνη noſtri codices Athenaei cum editis conſentiunt. Emendationi, quam in Steph. Byz. propoſuit Caſaubonus, nullum eſſe locum recte docuit Holſtenius ad Steph. ſed quod hic ait, ἀπὸ τῆς Μαρείας legendum eſſe apud Stephanum, nonniſi pars eſt emendationis adferendae: nam ἀπὸ non, ut Holſtenius exiſtimaſſe videtur, *prope* ſignificare poteſt. Haud dubie ἐπὶ τῆς Μαρείας legendum, id eſt, *ad Maream lacum ſita*. Nam *ad ipſum lacum* ſitam fuiſſe docet *ſinus Plinthinus*, ab oppido illo nomen habens, cuius Scylax loco ab ipſo Holſtenio prolato meminit. Conſentit Strabo XVII. 799. c.

Δίων ὁ ἐξ Ἀκαδημίας. Δίων Ἀκαδημαϊκὸς, ait Strabo lib. b XVII. p. 796. c. ubi narrat, principem hunc fuiſſe legationis ab Alexandrinis Romam adverſus Ptolemaeum Au-

b letem miſſae. conf. Ciceron. pro M. Coelio, cap. 10. & Academ. II. (al. IV.) 4. Scripti vero alicuius, ab hoc Dione editi, nuſquam alibi mentio occurrit. εὑρεθῆναί τε βοήθημα παρ' αὐτοῖς. Sic mssti. Tranſpoſitis verbis editi, εὑρεθῆναί τε παρ' αὐτοῖς βοήθημα.

Ἀριστοτέλης δέ φησι &c. Quaeſivi, nec inveni, in Problematum ſect. III. ubi multae quidem iactantur quaeſtiones ad Vini potum & ad Temulentiam pertinentes. Quare ſicubi bellam iſtam obſervationem propoſuit Philoſophus, fecerit id ſingulari libello περὶ Μέθης, quem ſubinde Noſter citavit.

AD CAP. LXII.

c τὸ παρὰ μόνοις αὐτοῖς, ὡς νόμιμον, ἐν τοῖς δείπνοις πρὸ πάντων ἑδέσμάτων κράμβας ἕσθειν ἑφθὰς, καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο παρασκευάζεσθαι. »Malim ἓν νόμιμον:« ait CASAUB. hac adiecta verborum iſtorum interpretatione: *mos quem ſoli ſervant, comedendi ante omnes alios cibos braſſicas coctas, quae etiam hodie parari ſolent.* Minus recte illa reddidiſſe ait interpretes. Scilicet Dalech. ſic reddiderat: *quod apud eos tantum in coenis ſtatutum eſt, ante omnem cibum braſſicam elixam comeſſe, & ad compotationem ita ſeſe praeparare.* Equidem profiteor, non ſatis mihi perſpicua graeca verba eſſe; eaque ne ſatis quidem integra eſſe ſuſpicor. Si dixiſſet καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο οὕτω παρασκευάζεσθαι, intelligerem, *& illud inſtitutum ad hunc diem tenere.*

εἰς τὰς κατασκευαζομένας ἀμεθύστους. »Intellige συνθέσεις, ut ſaepe apud Galenum. Vulgo ἀμέθυστα voca»bant. Baſilius, μέθης φάρμακα. *Braſſicam* in *amethyſtorum* »compoſitione locum habere, non mirum eſt; cum ipſa »per ſe ſit pro ebrietatis remedio. Cato de Re Ruſtica, »cap. 156. *Si voles in convivio multum bibere, coenareque li»benter; ante coenam eſto* [*braſſicam*] *crudam quantum voles* »*ex aceto: & item ubi coenaveris, comeſto aliqua* [*alia* eſt in »edit. quâ utor] *quinque folia: reddent te quaſi nihil ederis* »*biberiſque: bibeſque quantum voles.* Eadem Varro ex Cato»ne. Cauſſam quaerit Philoſophus iſtius occultae facultatis, Problematum tmemate III. quaeſt. 18. Etiam in Geo»ponicorum libro ſeptimo, caput extat de iſtis *amethyſtis*, »ubi non eſt praetermiſſa *braſſica*. Ex his licet intelligere »quid appellet auctor τὰς κατασκευαζομένας ἀμεθύστους.«

CASAUB. — Ad τὰς ἀμεθύστους possis etiam cum Henr. Stephano (in Indice Thesauri) φαρμακείας aut πόσεις subintelligere. ἀμεθύστους (vel, quod perinde est, ἀμεθύσους) κατασκευὰς dixit Eustathius, hunc ipsum Athenaei locum respiciens. Εἴπερ ἐμετροῦμεν, inquit, ἑαυτοὺς οἱ ἄνθρωποι, σωφρόνως πίνοντες, οὐκ ἂν αἱ ἀμέθυσοι περιενοήθησαν κατασκεὰ τοῖς παλαιοῖς· ἐν οἷς καὶ σπέρμα κράμβης προσελαμβάνετο. Caeterum non sperno emendationem e nescio cuius viri docti ingenio a Gallico interprete h. l. commendatam, καὶ πολλοὶ ἑαυτοὺς κατασκευάσόμενοι ἀμεθύστους προλαμβάνουσι &c. sed quid eâ magnopere hic opus fuerit non magis video equidem, quam quid in Casauboni adnotatione insit, quod atram movere bilem potuerit, quam eodem loco in Virum de humanioribus omnibus literis meritissimum idem homo indigno prorsus modo effundere non erubuit. De re, quae hic agitur, conf. Bodaeum a Stapel ad Theophr. p. 774.

ἐν ᾧ δ' ἂν ἀμπελῶνι κράμβαι φύωνται. Perperam ἀμπέλῳ cod. *a*. Recte vero uterque codex φύωνται dedit, pro φύονται, quod antea edebatur.

In ALEXIDIS *vers.* 2. παύσῃ γάρ, intellige τοῦ κακοῦ, scilicet τῆς κραιπάλης, *liberaberis malo*, nempe *crapulâ*. Paulo post (in Anaxandridis vs. 2 sq. est παύσετε (sive παύσεται) τὸ βάρος.

EUBULI *versiculos* Excerptis suis inseruit Grotius p. 653. In *vers.* 2. pro ῥάφανόν γε κομίσασ', quod habent editi, in msstis est ῥάφανόν με νομίσασ'.

τὴν κράμβην ῥάφανον ἐκάλουν οἱ παλαιοί. Conf. infra IX. p. 369. f. & 370. f. Adde Polluc. IX. 54.

In APOLLODORI *vs.* 1. ὑμεῖς scripsi cum Dalech.

In ANAXANDRIDIS *vs.* 2. pro vulgato ἐντρώγητε, & metrum & sermonis usus aoristum ἐντράγητε flagitabat. Monuit etiam Hermannus de Metris p. 165.

In NICOCHARIS *vers.* 1. post Εἰσαύριον metri caussa δ' particulam inserendam putavi. *Vers.* 2. βαλανεῖον, quod erat editum, tenuit Grotius, vertitque ut verba sonabant, *balneum elixabimus.* Perspecte vero, ut mihi quidem visum erat, CASAUBONUS: »ἑψεῖν βαλανεῖον non con» coquo. [inquit.] Noli dubitare librariorum imperitiam » monstrum illud lectionis edidisse. Scribendum, adstipu» lantibus libris manualibus, ἑψήσομεν βαλάνιον. Quam

e » vim habeant adverſus crapulam *glandes*, non facile di-» xerim: habere aliquam exiſtimavit, qui iſta loqueba-» tur. Sed ridiculi ſumus, ſi omnium, quae apud Comi-» cos dicuntur, ſperamus cauſſam poſſe reddere. « — Amygdalam ἀμέθυσον eſſe docet Dioſcor. I. 144. & Plin. XXIII. 8, 75. conf. Plutarch. apud Noſtrum II. 52. d. Eamdem virtutem alii ταῖς βαλάνοις potuerunt tribuere, ſive illi glandes quernas dixerint, ſive fagineas, ſive caſtaneas. *Ibid.* Pro ἵνα νῷν, perperam olim ἵν' οὖν erat editum, quod tacite correxit Caſaub. ſuffragantibus noſtris msstis.

Amphidis *duo poſtremi verſus* ſic erant editi:

λύτην τιν' οὕτως. ἐξελαύνει γὰρ σφόδρα
λήρους, ὥστε τὰς ῥαφάνους οὕτω δοκεῖν.

Ubi Casaubonus monuit, & verſum & ſententiam claudicare. Et, de importuna quidem poſt οὕτως diſtinctione nil monens: » Lego [inquit] & diſtinguo:

» — — ἐξελαύνει γὰρ σφόδρα·
» ὡς λῆρον εἶναι τὰς ῥαφάνους οὕτως (vel ὄντως) δοκεῖν.

» Graecorum proverbium eſt, cum duorum alterum alteri » longe anteponunt, παιδιὰ φαίνοιτο ἂν εἶναι, vel λῆρος. » Sic accipiendum eſt hoc loco. *Tantum*, ait, *iuvat triſtis » caſus aliquis ad arcendam ebrietatem, ut prae eo braſſicae vi-» deri queant nugae merae.* « — Utrumque verſum ita, ut nos edidimus, diſtinxit ediditque Grotius in Excerptis p. 523. niſi quod ex editis λήρους tenuit, pro quo nos λῆρον poſuimus, codicum noſtrorum auctoritate. Grotius praeeuntem ſe habuiſſe Scaligerum profeſſus eſt in Notis. Particulas ὄντως & οὕτω vel οὕτως permutatas a librariis nemo mirabitur: nec id aliâs raro factum. vide IV. 137. d. 161. f. Grotii latinam verſionem Graecis verſibus ſubiecimus.

ἱστορεῖ καὶ Θεόφραστος. Theophr. Hiſtor. Plant. IV. 20 extr.

Supplenda nonnulla, aut Corrigenda in Animadverſionibus ad Epitomen libri I.

In Animadv. ad Cap. XXI. pag. 110. *med.* (ad p. 12. d. ed. Caſ.) *poſt verba illa*, de quo vide Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 272 ſq. *adiici haec debebant*: & praeſertim Fr. Aug. Wolf. in doctis ad Homerum Prolegom. Vol. I. p. 199 ſq.

Pag. 118. *lin.* 10. *a fine. Non*, Suſpicor τὸ, *volueram*; τ

ſed πο: *in quo, licet iterato monitus, non paruit typotheta.*

Pag. 122. *med. Poſt verba*, Oportebat haud dubie, παιδιά. *Adde*: Typis vix expreſſa haec erant, quum apud Ammonium in Lexico Homerico, voc. Μέλπεσθαι, non modo eamdem obſervationem de vocabulo μολπὴ apud Homerum pro παιδιὰ uſurpato propoſitam, eodemque exemplo ex Odyſſ. ζ'. 101. petito confirmatam, verum eamdem etiam emendationem (παιδιὰ apud Heſychium pro παιδεία ſcribendum) ibidem in Nota a Villoiſono noſtro occupatam animadverti.

Pag. 130. *lin.* 12. *a fine. Poſt verba ex Etymologico M. prolata, haec debebant adiici*: Quae loca Grammaticorum, Pollucis, Etymologi, Euſtathii, in eo conſentientia, ut nomen illud, de cuius vi & origine quaeritur, ἀπὸ τοῦ φεναικίζειν derivent, monere nos debebant, ut intelligeremus, falſam eſſe ſcripturam illam φαινίνδα, quae Athenaei libros ubique inſedit; veram hanc, φενίνδα, quae apud Etymologum obtinet: quâ poſitâ ſcripturâ, non tam utique abſurda fuerit, quam Caſaubono viſa erat, illa derivatio. Quo accedit, quod eamdem ſcripturam apud Pollucem tuentur hactenus codices mssti omnes, quod φενν. non φαιν. praeferant; tum quod eam in Antiphanis verſu, quem citat Athenaeus, metri ratio, tam in vocabulo φενίνδα, quam in nomine Φενεστίου (quod & ipſum ſic apud Etymologum ſcribitur) percommode admittit. Porro ne id ipſum quidem, quod apud Athenaeum noſtrum legimus, *ludum iſtum nomen* φενίνδα *inveniſſe* ἀπὸ τῆς ἀφέσεως, tam abſurdum, quam prima ſpecie videri pot-

erat, reperietur, ſi cum MEURSIO (de Ludis Graecorum, voc. Ἐφετίνδα : Tom. VII. Theſauri Antiq. Gronov.) ſtatuamus, non hoc voluiſſe Athenaeum, *a voce ἀφέσεως derivatum eſſe nomen φενίνδα*, ſed *a re*, *ab ἀφέσει ipſa*; nempe *a modo τῆς ἀφέσεως*, ſcilicet *a fallaci proiiciendae pilae modo*, quod alii eam mitterent, cum alii miſſuri viderentur. Sic, correcto nomine φενίνδα, nil aliud porro cum aliqua ſpecie poterit vitio verti ſcripturae apud Athenaeum vulgatae, niſi hoc fortaſſe, quod nimis conciſa eſſe videatur : quod per Epitomatoris culpam accidiſſe conſentaneum eſt. Sed ne apud Etymologum quidem ſatis perſpicue id, quod cauſſam continet, expreſſum videtur, cum ait, ἀπὸ τῆς ἀφέσεως τῶν σφαιριζόντων· ἢ ἀπὸ τοῦ φενακίζειν ἐν τῷ ῥίπτειν &c. ubi per particulam ἢ diſtinguitur τὸ φενακίζειν a τῇ ἀφέσει, quae per illud exponi declararique debebat. Itaque vide, ne ibi ἤγουν (i. e. *ſcilicet*, *videlicet*) pro ἢ ſcriptum oportuerit, hac ſententia : φενίνδα *dictum eſt per ſyncopen pro* φεναχίνδα, *a modo quo pilam mittunt ludentes*, *ſcilicet a decipiendo in pila mittenda* &c.

ANIMADVERSIONES IN ATHENAEUM

IN EPITOMEN LIBRI SECUNDI.

Ed. Caſ. p. 35.

AD CAP. I.

QUEMADMODUM & aliâs, cum initio, tum in fine ſingulorum fere Librorum, per quos diſtributum totum hoc opus eſt, colloquentem ſe cum ſuo Timocrate facit Athenaeus: ſic in ſecundi libri initio inducebatur in opere olim integro idem Timocrates ad Athenaeum verba illa dirigens, Τὸ πολὺ τῆς ἡμέρας &c. quae adponere hoc loco placuit Epitomatori. Quibus in verbis Τὸ articulus non ad πολὺ referendus; quo prodiret abſurda ſatis ſententia huiuſmodi, *Maiorem* (vel, *Plurimam*) *diei partem* &c. ſed naturalis ſtructura orationis haec intelligenda, Τὸ ἐπιμετρεῖν πολὺ τῆς ἡμέρας τῷ ὕπνῳ, *Magnam diei partem inſuper* (ſcil. iuxta cum nocte) *tribuere ſomno.* Immo vero, ſubtilius etiam ſi ſpectaveris, intelliges, non ad ſolum verbum ἐπιμετρεῖν pertinere articulum: (quandoquidem infinitivus abſque articulo recte pendebat a verbo finito οὐκ εἰων με·) ſed eſſe illum ad totam dictionem Πολὺ - - - ὕπνῳ referendum: quae dictio eum plane habet colorem, ut e ſcriptore neſcio quo, ſive gnomico, ſive alio, ad verbum ducta debeat videri. Itaque haud incommode tali quodam modo excudi diſtinguique exordium hoc ſecundi libri po-

a tuiſſet: TIM. Τὸ »πολὺ τῆς ἡμέρας προσεπιμετρεῖν τῷ ὕπνῳ« οὐκ εἰων με &c. Quo etiam ſpectant ſequentia verba, ὕπνῳ διδόναι σχολήν. quae ſive ab ipſo Athenaeo adpoſita fuiſſe ſtatuas, quod facile equidem crediderim, ſive ab Epitomatore de ſuo interſerta, (quae fuit Caſauboni ſententia, provocantis ad locum paulo inferius occurrentem, p. 47. a.) adiecta haud dubie ſunt interpretationis cauſſa eorum quae praecedunt, προσεπιμετρεῖν τῷ ὕπνῳ. Quare conſulto parentheſeos ſignis iſta intercepi. Caeterum ſilentio non debeo praeterire, ipſum verbum προσεπιμετρεῖν tacite a Caſaubono eſſe correctum: nam προσεπιμετρεῖ habent noſtri mssti cum ed. Ven. & Baſ. quod poſſis quidem coniectare ita ſcriptum fuiſſe ab eo auctore, e quo verba iſta mutuatus eſt Athenaeus; ſed facile mihi perſuaſi, librariorum culpa decurtatum eſſe verbum.

Quae ſequuntur de *Vino* & de *vini vitiſque inventione*, reſpectum habent ad eam diſputationem quae ſub finem primi Libri inſtitui coepta eſt, ac praeſertim ad ea quae proxime p. 34. a. dicta ſunt.

In NICANDRI fragmento, quod e *Georgicis* excerptum videtur, notabit Lector analogiarum grammaticarum ſtudioſus verbum ἔκλησεν, a themate minus uſitato κλέω, unde & praeteritum κέκληκα aliaque tempora, & nomen κλῆσις & alia ſimilia derivantur, quae ad verbum καλέω referri vulgo ſolent: de quo monuit Everard. Scheidius ad Lennepii Etymologicum Linguae Graecae, T. I. p. 383. Pro κοίλοισιν in priori verſu perperam κοίλοις habent noſtri codices, ac fortaſſe etiam alii; cuiuſmodi manifeſtos errores, e librariorum negligentia prognatos, merito correxit vir doctus Muſurus, qui Venetam editionem curavit: ipſam autem veram lectionem ſervavit Suidas in Οἶνος, ubi & haec & alia plura ex Athenaeo noſtro excerpta exhibet. De *Oeneo* Apollodorus Biblioth. I. 8. Οἰνεὺς, ait, βασιλεύων Καλυδῶνος, παρὰ Διονύσου φυτὸν ἀμπέλου πρῶτος ἔλαβε. quem ad locum vide quae ab Heynio adnotata ſunt. Eiuſmodi aliquid haud dubie hoc loco, in opere olim integro, ſcripſerat etiam Athenaeus, quod adponere neglexit Epitomator.

Μελανιππίδης ὁ Μήλιος) De duobus poëtis, quibus MELANIPPIDES nomen fuit, nil opus eſt ut hoc loco repetam quae vel Suidas & Eudocia tradiderunt, vel ad

Suidam a Küſtero, aut in Bibliotheca Graeca a Fabricio a (T. I. p. 585.) docte congeſta ſunt: unum locum indicaturus eram, quem ab his praetermiſſum obſervaveram, ubi dithyrambicae poëſeos nomine Melanippides laudatur, ſcilicet apud Xenoph. in Mem. Socr. I. 4, 3. ſed & hunc locum ab Harleſii diligentia (ad Fabric. l. c.) occupatum video. Superior-ne vero, an poſterior *Melanippides* fuerit, e quo ductus ſit verſus ab Athenaeo hic prolatus, nemo facile definiverit: niſi, quoniam poſterior nonniſi lyrica ac dithyrambica carmina reliquiſſe commemoratur, ſuperior vero & dithyrambica, & epica, & epigrammata, & elegias, *& alia plurima*, conjecturam inde facere licet, verſum noſtrum, quem e dramatica aliqua fabula ductum eſſe adparet, auctorem habere ſuperiorem Melanippidem. conf. quae de eodem poëta idem Fabricius in Tragicorum deperditorum Notitia (Bibl. Graec. T. I. p. 683.) adnotavit. Quidquid ſit, ſuperiorem *Melanippidem* Μήλιον, id eſt e *Melo* inſula oriundum, diſerte tradunt Suidas & Eudocia: poſterioris patria non exſerte quidem nominatur, at ex eo, quod hic non modo nepos fuit maioris illius, ſed quod patri etiam utriuſque idem nomen fuit Critonis, intelligi par eſt, eamdem patriam utrumque habuiſſe. Quare Fabricius (loco paulo ſuperius citato, T. I. p. 585.) non modo ſuſpicionem movit, verum etiam liquido pronunciavit, mendoſam eſſe apud Athenaeum ſcripturam cum hoc loco, quem prae manibus habemus, tum lib. XIV. p. 651. e. ubi Μιλήσιος *Melanippides* perhibetur. Cui ego non temere eram ſuffragaturus, quandoquidem ambigi poterat, eſſetne apud Suidam peccatum, cuius ſcrinia dein compilaſſe Eudociam conſtat, an apud Athenaeum. Sed quoniam altero illo loco (XIV. 651. e.) vetuſtae noſtrae membranae, in quibus deeſſe duos priores Athenaei libros dolemus, non Μιλήσιος habent, ut ad hunc diem e corruptis codicibus editum erat, ſed in Μήλιος amice cum Suida concordant; hoc pariter loco iſtud Μιλήσιος, quod libros omnes vulgo invaſit, halucinationi deberi librariorum mihi perſuaſi; quum praeſertim & multo notius iſtis hominibus nomen Μιλήσιος quam Μήλιος fuerit, & hoc ipſo loco inſuper facile etiam aberrare potuerit librarii oculus in lineam proxime ſequentem, ubi Hecataei nomini recte adiecta vox Μιλήσιος legebatur.

a In ipso MELANIPPIDIS *versu*, consulto-ne an casu factum sit nescio, ut in Casaubonianis editionibus Ἐπώνυμος scriberetur: certe nil causae erat, cur a scriptura Ἐπώνυμον, in quam cum editt. vett. consentiunt mssti libri, discederetur. Pervulgatus iste usus est graece loquentium, ut simillima ratione adiectivum in neutro genere ponant, quod ad substantivum masculini vel foeminini generis referatur: quale ad adiectivum quemadmodum in aliis exemplis plerumque substantivum πρᾶγμα subintelligendum monent grammatici, sic nunc hoc loco in promtu erat ῥῆμα vel ὄνομα intelligere. Articulum ᾧ, quem ignorant libri scripti, commode adiecit primus Athenaei editor, ad fulciendum labans metrum. At ne sic quidem omnibus numeris absolutus versus est, nisi ultimam vocis ἐπώνυμον brevem excusari ex pausae alicuius ratione posse statuamus. Alioquin inserta particula δ' vel γ' opus erat: cuiusmodi quidem versuum fulcimenta persaepe in Athenaei libris, sive ex librariorum culpa, sive quod ipse auctor parum curarit, neglecta videmus.

Quae ex HECATAEO *Milesio* profert noster, e libris Γενεαλογιῶν ducta videntur, qui citantur in opere integro
b lib. IV. p. 145. f. *Oresthеum* Pausanias lib. VIII. 3. pag. 601. & Stephanus Byzant. (voc. Ὀρεσθάσιον) filium faciunt *Lycaonis*; quod Casaubonum commovit, ut suspicaretur, pro Δευκαλίωνος hoc loco Λυκάωνος scriptum oportuisse. At in salvo est vulgata lectio, in quam libri consentiunt. Orestheum Lycaonis filium, qui Arcadiam habitavit, non confundendum esse cum *Orestheo Deucalionis filio*, apud Locros Ozolas Aetoliae finitimos regnante, docet idem ipse Pausanias in Phocicis, X. 28. pag. 895. ubi eamdem de hoc fabulam narrat, cuius mentionem Athenaeus facit. Pro ἐπὶ βασιλείᾳ, quod recte cum ed. Ven. habent scripti libri, temere ex ed. Bas. in Casaubonianum exemplum ἐπὶ βασιλέα irrepsit, quod etiam Dalechampius in versione expresserat: sed veram scripturam Casaubonus in Animadv. restituit. Mox, quod ἐκέλευσεν αὐτὸν (i. e. τὸν κύνα) κατορυχθῆναι &c. vulgo scribebant omnes, id nec per se probabile erat, (nec enim ex *cane*, sed ex *caudice* enatam *vitem* consentaneum est;) &, ad τὸ στέλεχος referendum fuisse pronomen, perspicue ex Pausania intelligitur: quare αὐτὸ corrigere non dubitavi.

Quod ait, οἱ γὰρ παλαιοὶ, φησὶν, — deest verbum

φησὶν in noſtro cod. *a.* ſed agnoſcit alter cum edd. Nec b vero ſatis perſpicuum videtur, ad Athenaeum-ne referatur hoc verbum, ut dicat Epitomator, *monuiſſe hoc loco Athenaeum de uſu illo vocabuli* οἶνη *apud veteres;* an ad Hecataeum, ut Athenaeus dicat, *eſſe illud ab Hecataeo monitum.* Superſunt autem hodieque eiuſdem uſus exempla apud Heſiod. Ἔργ. 568. & 570. & in Scuto Herc. 292. Eodem vocabulo Meleager (in Brunckii Analect. T. I. p. 4. num. VI.) tropice pro ipſo *vino* uſus eſt.

Platonis locus, *in Cratylo*, legitur p. 276 ſq. T. III. ed. c Bip. his verbis: Οἶνος δ', ὅτι οἴεσθαι νοῦν ἔχειν ποιεῖ τῶν πινόντων τοὺς πολλούς, οὐκ ἔχοντας, οἰόνους δικαιότατ' ἂν καλούμενος. In Homeri verſu, qui ex Iliad. ζ'. 260. ductus eſt, pro δέ κ' αὐτὸς, quod Baſileenſi editori debetur, δὲ καὶ αὐτὸς ſcribunt noſtri libri cum ed. Ven. & Euſtath. ad Il. ζ'. p. 500, 21. adponentes integras illas vocales, quae ob vocalem in proxima voce ſequentem eliduntur in pronunciando: quem morem vetuſtae noſtrae membranae Veneto-Pariſienſes, quae reliquos Athenaei libros integros continent, fere conſtanter ſervant. Sed ex eadem ratione, quoniam κ' illud ex καὶ eſt, non ex enclitica κε, debebat δ' ἐ κ' αὐτὸς ſcribi, non δέ κ' αὐτὸς, quemadmodum & apud Athenaeum & apud Homerum vulgo editur. Ex hoc Athenaei loco nonnulla citavit Euſtathius ad Il. ζ'. p. 500.

AD CAP. II.

Ὁ δὲ τῶν Κυπρίων φησὶ ποιητὴς, ὅστις ἂν εἴη. Poſt verba ὀνίσκειν ἡμᾶς, ex abrupto ſtatim ſequebantur vulgo duo illi verſus, Οἶνόν τοι Μενέλαε &c. Apud Suidam vero (qui ſive uberiores e duobus prioribus Athenaei libris eclogas habuerat, ſive prorſus etiam integro opere uſus erat, nec tamen, ubi ex hoc auctore aliquid profert, ſingula ſemper verba adnumerare ſolet) poſt eadem illa verba, ſub vocab. Οἶνος prolata, ſequuntur haec: Ὁ δὲ Κύπριος ποιητὴς φησίν· Οἶνόν τοι &c. Ac potuit quidem percommode ita ſcribere Athenaeus, quemadmodum ὁ Κυρηναῖος ποιητὴς ait I. 2. b. & II. 36. e. aut ὁ Συρακούσιος ποιητὴς, I. 5. a. ſive quae ſunt eius generis alia. Sed quoniam in ora vetuſtorum Codicum (teſtibus H. Stephano & Levino apud Caſaub.) pluribus nonnullis ver-

bis, eiſque paulo magis cum aliis locis, ubi eadem *Cypria carmina* a Noſtro citantur, concordantibus, ſic ſcriptum h. l. legebatur: Ὁ τῶν Κυπρίων τοῦτό φησι ποιητὴς, ὅστις ἂν εἴη· conciliatâ inter ſe utrâque ſcripturâ illud dedi, quod aut ab ipſa Athenaei manu profectum, aut ad eius ſcripturam proxime accedere viſum erat. Vide VIII. 334. b. & XV. 682. d. e. Conf. Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 282 ſq.

d In Diphili *vſ.* 1. perperam προσφιλέστατος ſcribitur in cod. *a.* *Verſus tertius* vulgo, conſentientibus (quod ſciam) libris, ſic legebatur:

ὅταν ταπεινὸν μέγα φρονεῖν ποιῇς μόνος.

Quod hactenus quidem ferri utcumque poterat, ut eſſet ille verſus protaſis periodi, cuius apodoſis duobus inſequentibus verſibus contineretur. Nec tamen per ſe ſatis commoda erat ea ratio, & ad accuſativum ταπεινὸν neceſſario articulus requirebatur: quare non dubitavi emendationem eam adoptare, quam a Brunckio noſtro in ora libri, quo ille uſus eſt, adnotatam reperi. Sic & grammatica ratio in ſalvo eſt, & omnia fluunt facilius. Pari modo ὁ τὸν in ὅταν a Simplicii librariis mutatum nuper notavimus, T. II. noſtrae ed. p. 321. Vocales vero η & ει ſexcenties atque etiam millies permiſcuerunt hi, qui Athenaei codices deſcripſere. In Grotii Excerptis, ubi Diphili verſus pag. 797. exhibentur, ſervata vulgata ſcriptura ὅταν, ποιεῖς pro ποιῇς editum eſt, quod operarum culpa admiſſum puto. Quod in extremo *vſ.* 5. vulgo ſcribunt, τὸν δειλὸν, θρασύν. id ferendum non putavi. Deſiderabatur verbum in infinitivo poſitum, quod, quemadmodum γελᾶν & τολμᾶν τι, a verbo finito συμπείθεις penderet. Itaque θρασεῖν probavi, quod perſpecte Grotius hoc loco poſuit. Ad ſententiam iſtorum verſuum, & nonnullorum ex iis qui ſequuntur, apta ſunt quae apud Ovidium legimus, Art. Am. I. 237 ſqq. *Vina parant animos; - - tunc veniunt riſus; tunc pauper cornua ſumit;* &c. & apud Horat. Epiſt. I. 5, 19 ſqq. *Quid non ebrietas deſignat? - - in praelia trudit inermem* &c.

Ad Philoxeni fragmentum haec adnotavit Caſaubonus. » Vinum magna copia admiſſum in corpus, εὐρείτην » vocavit Philoxenus Cytherius. εὐῤῥείτας οἶνος πάμφωνος, » *vinum large fluens omnis generis voces ciet.* Sic ſaepe τὸ » ῥεῖν non *fluere* ſimpliciter, ſed *ferri cum impetu* ſignificat. » Demoſthenes [pro Coron. T. I. p. 272. ed. Reisk.] τῷ

» Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ λαμπρῷ [πολλῷ habent libri] d
» ῥέοντι καθ' ἡμῶν. Et εὐῤῥείτας ἄνεμος apud poëtas, *ven-*
» *tus vehemens &* λαμπρός. «

CHAEREMONIS verba vulgo, veluti prorſus ſoluta oratio eſſet, continuo tenore ſcribebantur. E quibus Grotius in Excerpt. p. 849. duos ſenarios confecit huiuſmodi:

Τοῖς χρωμένοις οἶνος παρασκευάζεται
γέλωτα, σοφίαν, εὐμαθίαν, εὐβουλίαν.

Quorum prior utique non erat Athenaeo a me obtrudendus; poſteriorem haud cunctanter adoptare debui, εὐμαθίαν ſcribendo pro vulgato εὐμάθειαν, quod ipſum quidem ferri aliàs potuiſſet, (quemadmodum & πολυμάθεια paſſim tenui ex librorum conſenſu,) ſed nec verſui aptum, & alioquin analogiae minus erat conſentaneum; quippe non a verbo εὐμαθεύω, quod nullum eſt, ſed ab adiectivo εὐμαθὴς proxime derivatum. Sicut librariorum ſive ignorantia ſive levitas vocales ει & ι frequentiſſime confudit, (quod noſtri librarii in eam potiſſimum partem facere conſueverunt, ut ει pro ι ſoleant ponere;) ſic liberum eſſe debet editori, huiuſmodi praeſertim minutias pro ſuo iudicio, ut res & locus & uſus poſtulare videtur, invitis etiam libris omnibus, fidenter refingere.

» ION Chius [ſic CASAUB.] videtur licentia poëtarum
» *vino* tribuere perſonam. Vocat παῖδα ἄδαμνον, *puc-* e
» *rum indomitum.* Perſius: [III. 3.] *indomitum deſpumare*
» *Falernum.* Sic ſcribendum, vel ἀδάματον: nam ἄδαμον
» vix Graecum eſt. *Puerum* dicit, quia Bacchi ſimulacra
» puerili aut iuvenili facie fingebantur. ταυρωπὸν, propter
» vini robur, aut ebriorum truculentiam: eam enim ob
» cauſſam Bacchum tauro fingebant ſimilem, ut dicitur
» non multo poſt. « — Vide infra, II. 38. e. f. Ἄδαμνον (cum accentu in ultima, ut ſcribitur apud Heſychium) nil cunctatus adoptavit Toup Epiſt. Critic. p. 85. ed. Lipſ. ac videtur illud utique rectius eſſe vulgato, a quo quidem non receſſit Grotius in Excerpt. pag. 449. Tenuit idem Grotius in *tertio Ionis verſu* vulgatum ἀερσίπνουν, pro quo tamen cum Caſaub. ἀερσίνοον malles, quod ipſum etiam velut exploratum Toupius accepit. Contulit cum hoc vocabulo Caſaubonus illud Panyſiadis verbum, quod paulo inferius in ſupplemento ad p. 36. d. legitur, μή σ' ὕβρις ἐνὶ φρεσὶ θυμὸν ἀέρσῃ: monuitque, emendationi ſuae

quodammodo favere ſcriptam lectionem ἀερσίτνοον. At e noſtris codicibus nullus a vulgata ſcriptura diſſenſus enotatus eſt.

a Ad MNESITHEI *vſ.* 8. καὶ τοῖσιν ἑλκωθεῖσιν &c. laudavit Caſaubonus in eamdem ſententiam Dioſcoridis verba, quae leguntur lib. V. cap. 6. ſect. ϕπε'. ubi περὶ Δυνάμεως τῶν οἴνων agitur. Totum illud Mneſithei fragmentum ſatis emendatum ad nos pervenit: nonniſi levia quaedam erant corrigenda, quorum pars non tam librariorum culpa, b quam editorum, minus recte fuerat curata. *Verſ.* 11. Sic edebatur,

εὐθυμίαν φέρει γ'· ἐὰν δ' ὑπερβάλῃς ὕβριν.

ubi integro pede redundabat ſenarius. At γ' particulam recte ignorant noſtri mssti: quâ particulâ ejectâ, & voculâ ἐὰν in ἂν mutatâ, (quorum utrumque iam a Grotio ex mera coniect. factum video) iuſtam nunc menſuram verſus habet; cum e duobus iambicis pedibus, φέρει γ' ἐὰν δ', factus ſit unus anapaeſticus φέρει ἂν δ'.

Verſ. 12. Quum ſic eſſet excuſum, ἐὰν δ' ἴσον ἴσῳ &c. rurſus claudicabat verſus: cui incommodo ita poteramus mederi, ut iterum ἂν pro ἐὰν ſcriberemus, quod Iacobs fecit in Animadv. ad Anthol. Vol. I. P. I. pag. 327. At, quoniam non poteſt ſolum, ſed & ſolet a poëtis, in hac ipſa potiſſimum phraſi, penultima brevi uſurpari vocabulum ἴσος; (conf. I. 30. f. X. 430. f. & 431. a.) praetuli eam rationem, quam Grotio etiam probatam vidi, ut nonniſi accentum mutarem, ἴσον pro ἶσον ſcribens. Minus commode vero idem Grotius προσφέρῃς ſcripſit pro προσφέρῃ, quod rectiſſime dabant libri omnes, ſcilicet in medio genere, cui hic erat locus ex conſtanti ſermonis graeci uſu. Et in eiuſdem Grotii Notas ad h. l. error irrepſit, cum ait, προσφέρει olim fuiſſe excuſum, quod in nulla editione legitur.

Verſus 13. ſic vulgo efferebatur:

ἂν δ' ἄκρατον, παράλυσιν τῶν γε σωμάτων.

nec diſcrepantiae quidquam enotatum e noſtris codicibus. Ubi peſſumdatum prorſus metrum effugiſſe ſubtiliſſimum Grotii ſenſum mireris; ne dicam de γε particula, quae iſto loco poſita nullam omnino vim habet, &, ad ſententiam quidem, importune prorſus inſerta eſt. Perſpecte Brunckius noſter, in ora ſui libri, delendam eam particu-

lam, & initio verſus ἐὰν pro ἂν ſcribendum, monuit: cui b morem haud dubie gerere debui.

Verſ. 15. Ut εἴρηκεν cum Grotio pro vulgato εἴρηκε ſcriberem, clamabat metrum. Ad rem quod ſpectat, *Athenienſes* fuiſſe illos, quos *a Pythia iuſſos eſſe* ait Mneſitheus *Bacchum* venerari *Medicum*, ſupra docuit Athenaeus I. 22. e. Latinos verſus, quos Graecis Mneſithei ſubiecimus, Grotii eſſe, facile intellexerit is cui notum eſt divinum viri ingenium. Ab eodem Grotio mutuatus ſum Latinam interpretationem verſuum Eubuli proxime ſequentium.

AD CAP. III.

Εὔβουλος δὲ ποιεῖ τὸν Διόνυσον λέγοντα. Quum exſtiterit EUBULI fabula, cui titulus Διόνυσος ἢ Σεμέλη erat, praeter Clementem Alex. & Zenobium ipſi etiam Athenaeo memorata; (XI. 460. f.) conſentaneum eſt, ut, ex illa ductos eſſe verſus hîc prolatos, cum Grotio Excerpt. p. 649. ſtatuamus. Quare, cum titulos fabularum ab Athenaeo conſtanter adiectos fuiſſe conſtet, & ab Epitomatore ſolum reſectos, haud valde erat verendum, ne ab auctoris manu multum aberrarem, ſi in ipſo contextu Εὔβουλος δ' ἐν Διονύσῳ poſuiſſem. Verſus Eubuli leguntur etiam apud Suidam, ſub voce Οἶνος. Eoſdem ſuae editioni Graecorum Gnomicorum inſeruit Brunck p. 197 ſq. *Vſ.* 1. mendoſe prorſus in cod. *a.* γίνεται pro γὰρ ſcriptum; quod eo ſolum adnotatum volui, quoniam & alibi fortaſſe, ubi non ita plana res fuerit, eadem permutatio occurrere poterit, e male accepto ſcripturae compendio orta.

Verſ. 3. Pro vulgato ὑγείας, quod & Suidae libri habent, cum Grotio & Brunckio ὑγιείας ſcripſi, flagitante metro ob primam huius vocabuli brevem.

Verſ. 5. Potuit ferri εἰσπιόντες, quod cum editis agnoſcit noſtrorum codicum alter: itaque tenui cum Grot. & Br. Nec enim, quod nuſquam alibi occurrit (quod ſciam) hoc verbum, ſatis id cauſſae, cur ſperneretur, fuit; cum praeſertim ſimillimae compoſitionis verbo ἐμπίνειν (nempe τὸν οἶνον) non modo poëtae, ſed etiam proſaici ſcriptores uſi ſint, veluti Plutarch. Sympoſ. III. 3. Nec vero improbaverim, ſi quis, haud ſatis commode *calicem imbibere*, pro *ebibere*, dici exiſtimans, al-

b teram praetulerit ſcripturam ἐκπιόντες, in quam cum Suidae libris conſentit noſter cod. *a.* qui, inter multos quidem errores, magnum numerum probatiſſimarum lectionum, ab aliis librariis corruptarum, integras ſervavit. (Apud Suidam quidem in vetuſtis editionibus non ἐκπιόντες, ſed ἐκπίνοντες legitur, quod neminem turbaverit.) Caeterum minime me fugit Criticorum ille canon, quo perſpecte praecipiunt, *lectionem difficiliorem*, caeteris paribus, *praeferendam eſſe faciliori*. Sed qui obſervaverit, quam miris modis, quamque temere & inconſtanter & fortuito ſaepe a planiſſima apertiſſimaque auctoris ſcriptura in neſcio quae monſtra aberrarint librarii; nae is intelliget, quanta cautione ſit opus, ne iſta regula abutamur, & meros carbones pro ſolido auro interdum arripiamus.

c *Verſ.* 6. In βαδίζουσ' conſentiunt codd. noſtri & ed. Ven. cum Suida. βαδίσουσ' erratum erat, ex ed. Baſ. in tres Caſaubonianas propagatum. τέτρατος, pro τέταρτος, ex ed. Ven. in alias omnes tranſierat, invitis nisstis. Utrumque tamen errorem correxit Caſaub. in Animadv. In voce τέτρατος finem ſexti verſus fecerant editores, cui alium mirae longitudinis ſubiecere, huiuſmodi:

οὐκ ἔθ' ἁμέτερος ἔστ', ἀλλ' ὕβρεως· ὁ δὲ πέμπτος βοῦς.

quibus quidem in verbis nihil quidquam mutant Athenaei codices. At apud Suidam οὐκ ἔτι abſque apoſtropho ſcribitur, ac dein:

ἡμέτερός ἐστιν, ἀλλ' ὕβρεως· ὁ δὲ πέμπτος βοῦς.

Quae ob oculos habens, ut videtur, CASAUBONUS *in Animadv.* (nullam licet Suidae mentionem faciens) recte οὐκέτι ſexto verſui adiiciendum monuit, & *Verſ.* 7. pro dorico ἁμέτερος, cui non erat hic locus, ἡμέτερος poſuit: tum vero cum eodem Suida ἐστὶν duabus ſyllabis ſcribens, cum longiorem iuſto etiam tum videret eſſe verſum, duas voculas ὁ δὲ eiecit. Sic prodibat iuſtus ſenarius huiuſmodi:

ἡμέτερός ἐστιν, ἀλλ' ὕβρεως· πέμπτος, βοῦς.

qui percommode fluens, illud unum incommodi habebat, quod duas voces, quas communi conſenſu libri omnes Athenaei Suidaeque adpoſuerant, expuliſſet. Eas voces tenens Grotius, itemque ἔστ' ex Athenaei libris ſervans, unius literae levi mutatione (ὕβρεος pro ὕβρεως ſcribens) metro conſuluit. Cuius rationem mihi ſequendam putavi, praeeunte etiam Brunckio.

Verſ. 9. ὁ δ' ὄγδοος, κλήτορος. Cum verſui, ab ὄγδοος c vulgo & in Athenaei libris & apud Suidam incipienti, non conſtaret metrum; Caſaub. in Animadv. praemittere duas voces ὁ δ' iuſſit, quod probavit Küſterus, & ego, cur improbarem, cauſſam nullam vidi. Nam quod Grotius, ὄγδοος ἀνακλήτορος corrigens, *non bono ſenſu* κλήτορος vulgo ſcriptum ait, id quale ſit fateor me non perſpicere. Eſt apud Heſych. Κλήτωρ· κήρυξ, ἄγγελος, ὑπηρέτης: & Κλητήρ· (paulo quidem diverſâ nominis formâ, ſed per ipſam formam haud abſimili ſignificatu) ὁ εἰς δίκην καλῶν: & apud Suidam, Κλητήρ· ὁ καλῶν εἰς τὸ δικαστήριον, &c. Perapte igitur κλήτορες hic dicuntur *adparitores*, qui *in ius vocant* hos, qui per ebrietatem tumultuantes vulnera aliis infixerunt: quam in eamdem ſententiam in latina verſione, cum alioquin Grotium ſecutus ſim, hoc loco *octavus eſt lictoris* ſcripſi. Nam, quod *Octavus revocatoris* dedit Grotius, parum commodum id viſum erat: ac ſane, ſi ἀνακλήτορος libri dediſſent, non alium ſignificatum huic vocabulo (quod ipſum quidem e nullo vetere ſcriptore adnotatum uſquam reperi) atque ſimplici κλήτορος tributurus eram, nitens uſu verbi ἀνακαλεῖν, de quo conſuli Lexicon noſtrum Polybianum poteſt. Minus vero etiam morari me debuit, quod ἀνακλητόρων in plurali Brunckius, levi de coniectura, ſcripſit.

Vſ. 10. ὥστε καὶ βάλλειν ποιεῖ. ποιεῖν ſcripſere Grot. & Br. quod ſicut lubens accepiſſem, ſi codex aliquis dediſſet, ſic non neceſſarium hoc loco putavi invitis libris obtrudere. At totam iſtam phraſin frigidam iudicavit vir doctus Iacobs, (in Emendationib. in Anthol. Graec. p. 14. & in Animadv. in Anthol. Vol. I. P. II. pag. 97.) & cum ſubſequentibus minus apte cohaerentem; quam ſic reſingendam acute ſuſpicatus eſt, ὃς γε καὶ σφάλλει πόδας, hac ſententia, *decimus furorem excitat, & bibentem evertit.* Brunckius quidem cum vulgata ſcriptura percommode contulit Ariſtophanis verſus in Veſp. 1253 ſqq. At non diſſimulandum eſt, quod βάλλειν hic vulgo legitur, id ipſum, rem & ſententiam ſi ſpectes, iam ſupra in illis verbis ἕβδομος δ' ὑποπίων, & quidem fortius etiam, expreſſum fuiſſe. *Vſ.* 11. μικρὸν ἀγγεῖον, *alvum hominis* dici adparet. Pariter ἀγγεῖον totum corpus humanum dixit M. Antonin. III. 3. diverſa quidem ratione; ſcilicet quatenus quaſi vas eſt aut animi receptaculum, ut ait Cic. Tuſc.

c I. 22. De verbo ὑποσκελίζειν *verſ.* 12. conferri poteſt Anthol. T. I. pag. 230. num. 38. & quae ad eum locum notavit Iacobs.

Ἐπίχαρμος δ' ἔφη dedere ambo noſtri codices pro δὲ φησὶ, quod erat editum. EPICHARMI verba habet etiam Suidas in Οἶνος, paucis vel omiſſis, vel mutatis. Ea quum tam apud Suidam, quam apud Athenaeum, veluti ſoluta oratione ſcripta eſſent, minima mutatione ac fere nulla in iambicos verſus tetrametros catalecticos, quales ſunt fere qui ſuperſunt Epicharmi, digeſſit Grotius in Excerpt. p. 481. quem in graecis maxime ſecutus ſum, non item
d hoc loco in latinis. *Verſ.* 2. Deſunt apud Suidam verba χαρίεν ὥς γε μοι. Apud Athenaeum χάριεν antepenacute editum erat, contra grammaticorum legem. *Verſ.* 3. ἐκ πόσιος Suid. ἐκ πόσιος δὲ Grot. Equidem vulgatum tenui ἐκ δὲ πόσιος, quod aeque aptum erat verſui. Pro Ζυανία, Ζυανεία eſt apud Suid. & *vſ. ſq.* Ζυανείας, quod neminem debet turbare. Ipſum vocabulum, quod nuſquam aliàs occurrit, poteſt a verbo Ζύω eſſe derivatum, quatenus *cum impetu veluti furibundus feror* ſignificat. Sed Heſychius, ut Caſ. monuit, συανία legiſſe videtur, quod vocabulum ab illo, ſua in ſerie locatum, exponitur λοιδορία, καὶ ἡ διὰ χειρὸς μάχη, quae notio perapte huic loco convenit: apud eumdemque Heſ. rurſus hanc gloſſam habemus: Ὑανία· τύρβη, μάχη, ὕβρις, ἀγερωχία. Et συανία hoc loco veram eſſe ſcripturam cenſuere Bochart. Hieroz. P. I. lib. II. c. 34. & Ruhnken. ad Timaeum, voce Ὑπνεῖς.

Pro his quae *Verſ.* 4. & 5. poſuimus, apud Suidam ſic legitur, ἐκ δὲ Ζυανείας δίκη· ἐκ δὲ δίκης, πέδαι τε &c. in Athenaei libris vero ἐκ δὲ Ζυανίας, δίκη· ἐκ δὲ καταδίκης πέδαι τε &c. unde ſatis adparebat, quod & alioquin ſuſpicari licuerat, intercidiſſe integrum gradationis membrum, ἐκ δίκης δὲ καταδίκη: quae verba hoc loco adiicienda eſſe, poſt Henr. Stephanum (Theſ. Graec. Ling. III. 1165. g.) Caſaubonus monuit; eademque Grotius adoptavit, & in latina verſione iam expreſſerat Dalechamp. Verbum 'γένετ' idem Grotius, quo verſui conſtaret menſura, voci δίκη ſubiecit; nec dubitare ſe ait, quin ita, ut ab ipſo factum, ſcripſerit Epicharmus. *Verſ.* 5. Quid ſit quod σφάκελος (*gangraena, ſphacelus*) medius inter *vincula* & *mulctam* hic nominetur, non magis mihi adſequi datum eſt, quam cur σφάκελοι in plurali numero

(nisi id ab operis peccatum) posuerit Grotius. Scio, pas- d sim apud alios auctores perperam a librariis σφάκελος pro φάκελος scriptum reperiri; qua de confusione Valckenarius monuit ad Ammon. p. 220 sq. Est autem φάκελος, *fascis*, sive *fasciculus* quicumque, *lignorum* praesertim aut *sarmentorum:* conf. Suidam, & Thucydidis Interpretes ad II. 77. & Valcken. l. c. Quo vocabulo si constaret usos esse Graecos, ubi de *virgis* sive *baculis* agebatur *in fustigationis supplicio* adhibitis, posset ei percommodus videri hic esse locus. Sed quoniam nullum usquam vestigium illius usus occurrit, probabilior mihi visa est Bocharti coniectura, σφαλὸς legentis, (sive σφαλὸς malueris, ut est apud Poll.) quod *cippus* latine reddere possis, estque *compedis ligneae* genus aliquod gravius & adstrictius, ut videtur, cuius meminere Hesychius h. v. & Pollux VIII. 72. ita tamen, ut quale fuerit, haud satis adpareat.

Grotii versus, quibus Epicharmi graecos latine reddidit, hi sunt:

A. *Ex sacro convivium,*
ex convivio potatio nata est. B. *Factum gaudeo.*
A. *Ex potatione lusus, ex lusu bacchatio,*
ex bacchatione lis, ex lite condemnatio,
e damnatione multa, vincla, sideratio.

Panyasis duos solum calices citra noxam bibendos concedit. Cum quo conferre iuvabit dictum haud inelegans, quod in Epicteti Fragmentis num. 115. nostrae edit. legitur his verbis: Ἡ ἄμπελος τρεῖς βότρυας φέρει· τὸν μὲν πρῶτον ἡδονῆς, τὸν δεύτερον μέθης, τὸν τρίτον ὕβρεως. *Tres uvas fert vitis: primam voluptatis, alteram ebrietatis, tertiam contumeliae.* Panyasidis versus, qui in Athenaei opere integro olim hoc loco legebantur, cum ab Epitomatore hic praetermissi essent, servati sunt cum aliis quibusdam Fragmentis in codicibus nonnullis mssris Epitomes, ubi extremo libro XIII subiecti leguntur. Ibi eos suo in codice, quem deinde ad Casaubonum misit, repererat Dav. Hoeschelius, edideratque in libello, qui Augustae Vindel. 1588. prodiit, cui titulus *S. Ioannis Damasceni Oratio Graeco-Latina* &c. p. 95. Eosdem lectoribus Athenaei promisit Casaubonus se exhibiturum in *Fragmentis Athenaei a se collectis;* quae quidem, quod sciam, lucem numquam viderunt. Nostrum in usum eosdem versus e Codice Parisiensi *a.* idem iuvenis descripsit, cuius diligentiae uni-

d verſum adparatum lectionum e Pariſienſibus Athenaei Libris excerptarum debemus: quos ego ſuo loco inſerens, cum ſuperioribus verbis ope formulae φησὶ γοῦν, qua ſimilibus in locis uti ſolet Athenaeus, connectendos putavi.

Verſ. 1. Planius utique nonnihil fuerat, ſi Πρώτην dixiſſet poëta, quod Hoeſchelio placebat: ſed videtur eâdem notione Πρῶται poſſe teneri, ut, qui *primi* obtinuiſſe *locum* dicuntur, his *primus locus* obveniſſe intelligatur. Quod vero *Verſ.* 2. idem Hoeſch. ἵνπερ ἔτευξαν, pro οἵπερ, maluit; id quidem minime probavi. Videtur is ἔτευξαν ad thema τυγχάνω retuliſſe, ut *obtinuerunt, nacti ſunt*, ſignificaret: quod nec ad ſententiam aptum erat, quoniam, poſtquam ἔλαχον μοῖραν dixit poëta, frigidiſſime atque otioſe prorſus iſta duo verba adiecta fuiſſent: nec vero ſignificatum illum ferebat graeci ſermonis uſus, ſecundum quem primus ille aoriſtus activae vocis nonniſi activam habere notionem poteſt. Quare οἵπερ ἔτευξαν intellexi *qui* (vel *quippe qui*) *pararunt*, ſcil. *vinum*. Nempe *Gratias*, *Horas & Bacchum vinum hominibus paraſſe* ait Poëta. De *Horis* conf. II. 38. c. *Gratiis* communem cum *Baccho* aram conſecratam memorat Pauſan. V. 14 extr.

Verſ. 5. εἴ τις μὲν πίνοι. Neutram ſcripturam, quam codices dabant, ferendam fuiſſe adparet, ſive ſenſum ſpectes, ſive metrum. In με, quod habet Pariſienſis codex, perſpicua erant voculae μὲν veſtigia, quam recepi. Particulae γε non erat hic locus. Deinde in proxima voce prior ſyllaba eſſe longa debebat, quae in πίοι brevis erat; quare πίνοι correxi. *Verſ.* 6. κύρσας ſcribendum fuiſſe pro κύρσαι, nemo facile dubitaverit. *Verſ.* 7. ἑλαύνοι, an ἑλαύνει ſcribas, perinde fere eſt. ὅτε τις, ſequente optativo, *quoties quis* ſonat; cum indicativo, *ſi quis*. *Verſ.* 9. pro κακὰ, quod recte dedit codex noſter, καλὰ erat in Hoeſcheliano; frequentiſſimo librariorum errore, voces iſtas quamvis contrarium prorſus ſignificatum habentes inter ſe permutantium. κακὰ vero Hoeſchelius in ora notaverat pro ſua emendatione. *Verſ.* 14. ἑσθλοῖς τε ξείνοισι &c. Rurſus nec ad ſenſum, nec ad metrum, ullo modo apta erat librorum ſcriptura. Pro ſimplici verbo θήσεις, compoſitum ἐπιθήσεις ex interpretamento irrepſerat: praepoſitio vero ἐν, quam non ferebat ſyntaxeos ratio, haud dubie in particulam τε, quae eo ipſo loco deſiderabatur, fuit mutanda.

Proxime *sequentem* eiusdem PANYASIDIS *versum*, Ἐκ γάρ d οἱ &c. (pag. 139. lin. 6. nostrae edit.) cum praecedentibus verbis καὶ ἑξῆς περὶ ἀμέτρου οἴνου, iidem codices dedere. Corrige in nostro exemplo accentum: Ἐκ γὰρ οἱ oportebat, non Ἐκ γὰρ οἱ. Referenda autem ἐκ praepositio ad verbum ὀπηδεῖ in fine versus, ut sit verbum ἐξοπηδεῖν eadem ratione compositum, eademque notione, qua ἐξακολουθεῖν, Polybio frequentatum.

EURIPIDIS *versiculus*, Πλησγὰς ὁ κῶμος &c. quanam sit e fabula ductus, non habeo compertum: in Fragmentis quidem ex Incertis Fabulis apud Musgrav. & Barnes. frustra quaesivi.

AD CAP. IV.

ALEXIDIS *versus* e fabula ductos esse, cui *Demetrius* titulus erat, adnotatur in ora Stobaei Serm. CXIV. de Senectutis Laude, ubi iidem versus (perperam quidem omissis sexto & septimo, cum posteriori hemistychio quinti, & priori octavi) exhibentur; unde eos, tam foede licet truncatos, in suum Florilegium recepit Grotius p. 475. Rursus vero eosdem integros ex Athenaeo idem Grotius Excerptis ex Tragoediis & Comoed. Graec. p. 565. inseruit; cuius latinam versionem, ibidem ex adverso positam, lectoribus Athenaei nostri adposui. Eosdem repetiit Brunck in Gnomicis Graecis p. 183.

Vers. 1. Ὁμοιότατον scripsere Grotius & Brunck cum e Stobaeo; percommode id quidem: sed quoniam, nec male, potuit Athenaeus Ὁμοιότατος scribere, in quod consentiunt libri, tenendum hoc putavi. *Vers.* 2. pro τὸν γὰρ, quod etiam apud Stob. editum est, καὶ γὰρ e cod. msto Stobaei recepit Grot. tenuitque Brunck. *Vers.* 3. recte apud Athen. ut apud Stob. editur πολλή γ' ἀναγκ. Nostri quidem codices πολλή τ' ἀναγκ. habent.

Versus 4. in ed. Ven. & Bas. consentientibus nostris codicibus sic erat scriptus:

πρώτιστον ἀφυβρίσαι τε ἀπανθῆσαι· πάλιν

In Casaubonianis vero editt. hunc in modum:

πρώτιστον ἀφυβρίσαι κ' ἀπανθῆσαι· πάλιν,

In Animadv. vero sic corrigendum censuit Casaub.

πρώτιστον, ἀφρίσαι τε, κ' ἀνθῆσαι, πάλιν

Apud Stobaeum tali modo legebatur:

e πρώτιστον, ἀφυβρίσαντ', ἀποινήσαντα δὲ
Grotius in Florileg. ſic edidit:
πρώτιστον, ἀπαφρίσαντ' ἀποινίσαντά τε
In Excerptis vero:
πρώτιστον ἀπαφρίσαντα τ' ἀποινίσαντά τε
Brunckius denique, partim ex Athenaei libris, partim ex Stobaeo, ea quae utrimque res & ratio ſuadebat adſciſcens, talem conſtituit verſum:
πρώτιστον, ἀφυβρίσαι τ' ἀπανθήσαντα δὲ
Quam ego veriſſimam rationem iudicavi. Verbum ἀφυβρίσαι certe nil opus erat mutare; quod, de *ferociente iuvene* dictum, reſpondet verbo ἀποζέσαι ad vinum proprie pertinente: nec vero intelligi debet ἀφυβρίσαι, ut in Lexicis traditur, *deſiſtere a petulantia; ſed ad ſatietatem indulgere petulantiae, deſaevire;* quod teutonica lingua aiunt, *die Iugend muſs austoben.* ἀποινεῖν verbum, vel ἀποινίζειν, ignorat graecus ſermo. ἀπανθήσαντα δὲ σκληρὸν γενέσθαι apte in iuvenem convenire videtur, qui, poſtquam primae *pueritiae flos & gratia*, quae ipſam etiam petulantiam comitabatur, *deceſſit, durus fit & acerbus;* quemadmodum & in uva aliiſque arborum fructibus, poſtquam decidit flos, inſequens fructus durus ſtatim & acerbus eſt: ſive ad recentis vini flores referre malueris, quibus peractâ efferveſcentiâ in fundum deiectis, limpidum quidem incipit fieri vinum, ſed *durum* ſtatim eſt *acerbumque*, donec ſuccedente tempore miteſcat.

CYRENAEUM, quem dicit, POETAM, non (ut hoc loco Dalechampius putavit, utque lib. I. p. 2. b. omnes vulgo exiſtimant) *Callimachum* eſſe, ſed ERATOSTHENEM, docuit Caſaubonus ex Heſychio, qui in v. Ναρθηκοπλήρωτον initium primi verſus citans, diſerte Eratoſtheni tribuit. Accedit Stobaei auctoritas, qui integra duo diſtycha habet, Serm. XVIII. περὶ Ἀκρασίας. Tres priores verſus, tacito quidem auctoris nomine, leguntur etiam apud Clement. Alex. in Paedag. lib. II. c. 2. p. m. 115. E recentioribus edidere eoſdem Grotius in Florileg. pag. 97. tum Gnomicorum poëtarum editores, in his Brunck pag. 134. idemque in Analect. T. I. p. 477.

Apud Athenaeum in ed. Caſaub. locus hic ſic erat digeſtus: Κατὰ δὲ τὸν Κυρηναῖον ποιητὴν,
f Οἶνός τοι πυρὶ ἶσον &c.
ubi τοι particula *Vſ.* 1. e Caſauboni ingenio erat adiecta:

nam in ed. Ven. & Baſ. nude οἶνος πυρὶ legitur, quae verba ibi non ut initium verſus ſcribuntur, ſed continuo tenore cum ſuperioribus Κυρηναῖον ποιητὴν, commate ſolum interpoſito, iunguntur. Nec mssti libri τοι agnoſcunt, ſed ὁ οἶνος (praemiſſo articulo) habent: quo ſatis declarant, verſus hos ita ab Athenaeo fuiſſe adductos, ut ſuis verbis ſoluta oratione ſententiam exorſus, mox poëtae verbis loqui pergeret; quod & aliâs ſaepe ab eo factum videmus. Caſaubonus initium primi verſus, quale apud ipſum poëtam olim ſcriptum videbatur, exprimere voluit: itaque omiſſo articulo, quem Athenaei codices dabant, inſertâ voculâ τοι labans metrum ſuffulſit: quam particulam dein Sylburgius aliique Gnomicorum poëtarum editores tenuere, cum apud Stobaeum, e quo verſus hi in Gnomarum collectionem recepti ſunt, perperam Οἶνός τε πυρὶ refragante metro editum eſſet. Potuerant Οἶνος τῷ πυρὶ corrigere, quod ex Heſychio Grotius adoptavit, haud ſane incommode. Sed, ecce, eamdem illam τοι particulam, quam contra librorum fidem Athenaeo obtruſerat Caſaubonus, e quinque codicibus Stobaeo nuper reſtitutam vidimus a viro docto Nic. Schow, in nova utiliſſimi libri editione; quam non eſſe ad finem perductam, cum feliciſſimis auſpiciis inchoata eſſet, etiam atque etiam dolendum eſt. Denique vero apud Clementem Οἶνός θ', ὃς πυρὶ ſcribitur; quod & ipſum, pro eorum ratione, quae apud poëtam fortaſſe praeceſſerant, percommode dictum eſſe potuit. In fine *verſ.* 1. pro ἄνδρας, quod apud Athen. & Clementem eſt, ἄνδρα e Stobaeo receperunt Gnomicorum editores & Grot. *Verſ.* 3. pro βορρῆς, in quod apud Ath. & Stob. conſentiunt libri, βορρᾶς ſcriptum video apud Grot. & Br. Ionicam tamen formam etiam Clemens tenuit, apud quem mendoſe quidem βορέης legitur in ed. qua utor. Dein pro τὰ δέ τοι, *eodem vſ.* 3. commode cum Stobaeo τὰ δὲ καὶ legunt Grot. & Gnomicorum editores; eamdemque partic. καὶ apud Clementem, cum nude τὰ δὲ ſcriptum fuiſſet, adiecit editor Sylburg.

Cum Alexidis verſibus, qui ſequuntur, contuliſſe iuvabit illos Eubuli, qui ſupra I. 25. f. leguntur. *Vſ.* 1. Οὐδέν γ' ἔοικ'. Deeſt in libris noſtris particula poſt οὐδὲν, quae videtur ex ingenio adiecta a primo editore, recte id quidem. *Verſ.* 2. Sic vulgo dabant omnes ὁ μὲν γὰρ ἀπογνοὺς. quod & in Grotii Excerpt. p. 595. ſervatum. At

in Notis idem Grotius perſpecte monuit, metri cauſſa voculam γὰρ poſt ἀπογηρ. fuiſſe ponendam. *Vſ.* 4. δάκνει, *mordet:* intellige, *ſua aſperitate & moroſitate offendit.*

a PANYASIDIS verſus ſeptem, Οἶνος γὰρ πυρὶ &c. praemiſſis undecim aliis leguntur etiam apud Stob. tit. XVIII. περὶ Ἀκρασίας, unde eoſdem repraeſentavit Grot. in Floril. p. 101. & Brunck in Analect. T. III. pag. 328. & in Gnom. p. 130. *Vſ.* 1. Deeſt particula γὰρ noſtris msstis.

Verſ. 2. Cum per ſe parum commodum videri debebat illud πάσῃ συνοπηδὸν ἀνίῃ, tum ob nexum cum verſu ſeq. ἐν μὲν γὰρ θαλίης &c. Sed recepturum me peraptam Stobaei ſcripturam, πάσης συνοπηδὸν ἀοιδῆς, retraxit Suidas, qui ſub voc. Οἶνος priores duos Panyaſidis verſiculos ex Athenaeo citans, nihil a conſtanti librorum noſtrorum ſcriptura recedit; unde probabile fiebat, ex ipſius Deipnoſophiſtae ſtylo lectionem noſtram manaſſe, ſive is memoria lapſus ita ſcripſit, ſive in codice ſuo ita ſcriptum invenerat. Neque deeſſe videbatur ratio, qua haec ipſa lectio defendi utcumque poſſet: quamquam Stobaei ſcripturam firmat etiam alius eiuſdem poëtae verſus, (paulo poſt, lit. b.) ubi ait, ᾧ (ſcil. οἴνῳ) πάσαι ἐφαρμόζουσιν ἀοιδαί. *Vſ.* 3. ἐν μὲν. Intellige ἐν τῷ οἴνῳ ἔνεστι μέρος &c. *Eod.* ἱερὸν μέρος, pro ἐρατὸν, habet Stob.

Vſ. 4. χοροιτυπίης. Homericum vocab. Il. ω'. 261. χοροτυπίης mss. noſtri, invito metro. *Vſ.* 5. δεδεμένον perperam mssti noſtri, neſcio an & alii. Perapte vero δεδευμένον edd. id eſt, *rigati:* qua ratione adfine verbum βρέχειν uſurpatum vidimus, I. 23. a. & ὑποβρέχειν, I. 28. e. Minus commode δεδεγμένον eſt apud Stob. quod tenuere Grot. & Brunck. Quare verſiculum hunc latine ſic Grotius reddidit:

Mente igitur grata Bacchi complectere munus.

Vſ. 6. βορῆς κεκορημένον. βορῇ κεκακωμένον Stob. *Ibid.* ἤϋτε παῖδα ex codicum msstorum cum vetuſtis editionibus conſenſu reſtitui, pro ἤϋτε γῦπα, quod ex Stobaeo praeter neceſſitatem invexerat Caſaub.

Quinque alios *verſiculos*, qui ſequuntur, eiuſdem PANYASIDIS, Οἶνος δὲ ξυνοῖσι &c. ex Athenaeo recepit Brunck in Analect. T. III. p. 329. itemque in Gnom. p. 130. praeeunte puto Wintertono, cuius editione Minorum Poëtarum aegre careo. *Verſ.* 1. Sicut ſupra coniunctio γὰρ, ſic hoc loco δὲ, poſt οἶνος, abeſt a noſtris

codicibus. Eiusmodi coniunctivas particulas initio versuum persaepe ex ingenio adiecisse videtur primus editor, ubi metri ratio fulcrum tale desiderabat. *Vs.* 3. ὀρχησ- b
μοὶ. ὀρχηθμοὶ Br. *Vs.* 4. ἀνίας ἀνδρῶν ἀλαπάζει. Transpositis verbis, ἀνδρῶν ἀλαπάζει ἀνίας scripsit Brunck, cacophoniam inesse censens vulgatae scripturae, librario imputandam.

AD CAP. V.

Ἐκθερμανθέντας ἀπὸ τῆς μέθης. ὑπὸ malebam; sed & vulgatum ferendum putavi. Vide quae notavimus ad Simplicii Comment. in Epicteti Enchirid. ad p. 41. c. Ἐγ- d
κλινθέντες. A verbo ἐγκλίνω, ἐγκλιθέντες oportebat, apud prosaicum quidem scriptorem. Tamen & alibi subinde formâ istâ minus legitimâ aoristi primi pass. verbi κλίνω, aut eius compositorum, usos memini nostros librarios. At h. l. ipsum verbum parum commode stare videtur, cuius nullus mihi significatus innotuit qui apte huc quadret. Commodum vero fuerit ἐγκληθέντες, *accusati, ad iudicem delati;* quam ad scripturam accedunt etiam nonnihil codices nostri, in quibus ἐγκλινθέντες scriptum. Is cuius erat illa domus, illaque supellectilia forâs eiecta, & partim fracta, partim a plebe direpta, nihil prius habuerat, quam ut rem ad magistratus deferret; qui etiam mox ipsi in rem praesentem veniunt, quid istuc rei esset cognituri. Itaque coram his caussam suam agunt iuvenes, unus culpae participationem a se amoliens, alii necessitatem caussantes. Verbum ἐπιτιμήσαντες h. l. ex eorum genere est, quae *praegnantia* a Grammaticis nonnullis vocantur, id est, quae alterius cuiusdam verbi notionem includunt: scilicet intelligendum, *cum increpatione monentes.* Verbum ἔφη in ista connexione non erat fe- e
rendum; neque dubitare quemquam puto, quin recte in ἔφησαν mutaverim.

AD CAP. VI.

Οἶνος καὶ ἀλήθεια. *Vinum & veritas;* intellige, *una habitant, & in una sede morantur;* ut monuit Casaub. qui & illud Theocriti adposuit, quo respexit Deipnosophista: (ex Idyll. XXIX. 1.)

Οἶνος, ὦ φίλε παῖ, λέγεται καὶ ἀλάθεα.

f Sequentia verba, *Theognidis* sunt; e distycho illo: (vs. 491 sq. ed. Br.)

Ἐν πυρὶ μὲν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἴδριες ἄνδρες
γιγνώσκουσ'. ἀνδρὸς δ' οἶνος ἔδειξε νόον.

De proverbio, *Ex tripode loqui*, magis pervulgata sententia eorum est, qui ad Delphicum tripodem illud referunt. Utramque interpretationem Erasmus in Adagiis explicavit. Alteram etiam Athenaeus noster tangit in his, quae paulo post sequuntur.

Ἦν γὰρ τὸ ἀρχαῖον. Haec cum nonnullis, quae partim sequuntur, partim praecesserunt, ex Athenaeo repetiit Eustath. ad Iliad. ι'. p. 635. l. 42 sq. ἐμπυριβίπτης. Vide Iliad. ψ'. 702. λοετροχόος. Il. σ'. 346. Od. θ'. 435.

Aeschyli versiculi fortasse ex fabula *Athamante* ducti sunt, quam nominat Noster VII. 316. b. ubi quidem diserte ait, τρίπουν λέβητα in accusativo casu scriptum in illa fabula reperiri; quae verba vel paulo ante vel post hoc fragmentum posita esse potuerunt. In priori vers. recte οἰκεῖος editum: perperam οἶκος mssti.

a ὁ δ' ἕτερος, ὁ κρατὴρ καλουμ. Articulum ante κρατὴρ delendum notavit Brunck suo in libro; Eustathium, puto, secutus, apud quem ad Il. ι'. p. 635. l. 44. verba ista sic, ut ille voluit, leguntur. Mihi tamen ferendum, adeoque tenendum, vulgatum videbatur. Homeri verba ἑπτ' ἀπ. τριπ. habes Il. ι'. 122. ubi ἀπύρους bene Scholiastes interpretatur τοὺς μὴ εἰς πῦρ χρησίμους.

ὁ τῆς ἀληθείας οἰκεῖος τρίπους. Deletam h. l. vocem οἰκεῖος Brunckius volebat; puto, quod sine vi ac sine gratia e proxime sequentibus verbis huc irrepsisse iudicaret. Cuius iudicio libenter ego subscribens, eiicere tamen vocabulum, quod ferri poterat, contra librorum fidem non sum ausus.

Semus, *Delius*, notus Grammaticus, saepe laudatus Nostro; perperam Eleus, pro Delius, dictus apud Suidam. Proprium nomen mendose Σίμος pro Σῆμος h. l. scripsere librarii.

De vocabulo τρίπους alia rursus inter Deipnosophistas incidit disputatio paulo inferius, p. 49. a. sqq. ubi is refertur illius usus, quo *mensam* denotat. Ad hanc vero disputationem, de *tripode* pro *cratere* dicto, videtur pertinuisse illud Antiphanis fragmentum, quod e cod. Paris. in calce

huius ſecundi libri exhibui, in quo diminutivum τριπόδιον occurrit.

Ephippi verſiculos repetiit Grot. in Excerpt. pag. 679. b
Antiphanis idem ibid. p. 635. Utriſque ſubieci Grotii verſionem. In ANTIPHANIS fragmento ſententia plana; in verbis nonnihil difficultatis ineſt. *Verſ.* 2. ἅπαντα bene edd. πάντα mss. Quod *verſ.* 5. editum erat καὶ τῶν λό- c
γων τ' αὖ, percommodum id quidem videri poterat: ſed ταῦθ' (ſcil. ἀμφότερα ταῦτα) dederunt mssti libri, tam noſtri, quam ii quibus Caſaubonus uſus eſt, e quibus ille eamdem ſcripturam in Animadv. protulit probavitque. Tum vero *ſeq. verſu* pro ταῦτα, quod erat in editis, τούτους dabant noſtri codices, & vocabulum πολλοῖς prorſus ignorabant, quod e primi editoris coniectura fulciendi metri cauſſa adiectum fuiſſe mihi perſuaſi. Itaque τούτους auctori reſtituens, lacunam, qua laborabat verſus, multo aptius inſerta voce αὐτοὺς (idem valente ac ἑαυτοὺς) expleri poſſe putavi; quam tamen, ut ſignificarem nonniſi e coniectura adpoſitam, uncis incluſi. Denique, licet ὥστε etiam cum *indicativo* modo conſtrui poſſe non ignorarem, (cf. not. p. 36. c. vſ. 10.) in hac tamen connexione non ferendum fuit verbum finitum ποιεῖ, ſed in ποιεῖν mutari haud dubie debuit.

AD CAP. VII.

Quae ex PHILOCHORO hic adferuntur, ducta eſſe ex Ἀτθίδος (id eſt, *Rerum Atticarum*) *libro ſecundo*, docet Deipnoſophiſta XV. 693. d. ubi pars horum repetitur. De *Amphictyone*, vini temperandi rationem a Baccho accipiente, conferendus idem IV. 179. e. & praeſertim XV. 675. a. b. Alibi quidem Melampodi adſcribitur illud inventum. II. 45. d. De *Horis* conf. quae ad p. 36. d. notavimus. Propriorum ſacrorum, Horis fieri ſolitorum ab Athenienſibus, ex eodem Philochoro meminit Noſter XIV. 656. a. Bene αὗται γὰρ edd. οὗτοι γὰρ cod. *a.* αὐταὶ γὰρ cod. *b.*

Διονύσου τροφοὶ αἱ Νύμφαι. Quod vulgo omnes hic d
dabant Μοῦσαι, id non modo conſtanti veterum traditioni repugnabat, *Nymphas* Bacchi nutrices perhibenti; (conf. Caſaub. de Satyr. Poëſ. lib. I. c. 1. p. 35. & Plutarch. Sympoſ. III. 9 extr. & noſtrum Athen. XI. 465.

d a. b. & V. 200. c. d.) ſed & hoc ipſo loco adverſabatur connexioni cum his, quae proxime praecedunt. Sed quod de menda, quae locum hunc obſederat, dubitationem omnem eximebat: in gemino huic loco, XV. 693. e. ubi ex eodem Philochoro eamdem rem repetiit Noſter, veram ſcripturam Νύμφας, quam hic reſtitui, omnes libri tenuere.

Bonum Deum, τὸν Ἀγαθὸν Θεὸν, quem mox dicit, ipſum eſſe Bacchum, diſerte monetur XV. 675. b. τὸ τοῦ Διὸς Σωτῆρος ὄνομα. Hinc *Iovis Servatoris* poculum, cum ſaepe aliâs memoratum Noſtro, tum eo ipſo loco quem modo citavi. διδαχῆς καὶ μνήμης. In ed. Ven. & Baſ. ſic erat expreſſum διὰ καὶ . . . μνήμης &c. cum lacuna inter καὶ & μνήμης. In ed. Caſ. διὰ . . . . καὶ μνήμης. Eodemque fere modo in libris manu ſcriptis. Caſaubonus in Animadv. maiori mole ſarturus damnum erat, διά τε τὸν οἰωνὸν καὶ μν. ἓν. ſcribendo; probavit vero dein Ioh. Levinii coniecturam διδαχῆς καὶ μν. ἓν. quae mihi & per ſe nulli prorſus dubitationi obnoxia viſa eſt, & eo etiam certior, quod illius haud obſcurum veſtigium in noſtro cod. *a.* ſupereſt; in quo exiguo admodum ſpatio inter διὰ & καὶ relicto, vox διὰ accentu caret, ſuperne autem litera χ adſcripta eſt.

Platonis locus ſub finem eſt libri II. de Legib. p. 100. Tom. VIII. ed. Bip.

e Ἀπὸ τοῦ κατὰ μέθην δὲ καταστήματος καὶ ταύρῳ παρεικάζει. Hinc ταυρωπὸν, id eſt, *taurino vultu inſtructum* Bacchum vocavit Ion poëta apud Noſtrum II. 35. e. Eſt enim κατάστημα, *habitus, vultus*. Vide Simplic. in Enchir. p. 415. & 444. noſtrae edit. collatis Epicteti Diſſertt. I. 25, 31. & III. 4, 16.

Inſequentibus verbis Alcaeus varios effectus vini, (ut ait Caſaub.) nunc potorem exhilarantis, nunc ad iram provocantis, indicat. Quorum verborum extremum ἀῤῥῃντουμένους (ſic) efferebatur in ed. Ven. & Baſ. Ex quo Casaub. ſua in ed. ἀῤῥήτου μένος fecit, nihil utique proficiens. Idem dein in Animadv. cum dixiſſet, ſcriptos codices ἀρητυμένοι dare, veram lectionem eſſe ἀρητυμένου pronunciavit, hac ſententia: *hauſto vino, aliâs dulci mellis inſtar, aliâs acutiore tribulis & aſperiore.* Statuiſſe igitur videtur verbum ἀρητύω, eiuſdem ſignificationis cum ἀρύω & ἀρύτω: quae quidem verbi forma quod alibi nuſ-

quam occurrit, recte (si quid video) iudicavit vir do- e
ctus, non satis id causſae esſe cur a vetustis libris oblatam repudiemus. At, hoc posito, nihilo magis necessarium erat, ut primus casus pluralis numeri cum secundo singularis commutaretur: nam si ἀρπτύω est *haurio*, si porro ἀρπτυμένου sc. οἴνου est *hausto vino;* erit ἀρπτύμενοι (sic enim, non ἀρπτυμένοι dant nostri codices) in verbo medio, ad normam verborum in μι flexo, *haurientes sibi*, *bibentes:* quod percommode hic stare poterat, subintellecto genitivo partitivo οἴνου, pro οἶνον vel οἴνου μέρος. Nec vero dissimulo, vereri me, ne nimiae sint hae ambages; ac prope absum ut rectâ probem Levinii emendationem ἀρυτόμενοι, a Casaubono iuxta cum sua laudatam. ἀρυτομένου ad sui libri oram adnotavit Brunck, medium tenens inter Levinum & Casaub. Henricus vero Stephanus quid spectarit, cum ἀῤῥηκτούμενος ederet, (in Addendis ad suam Lyricorum editionem) nulla ratione adsequor. Denique, se suspicatum olim esse, significavit Casaubonus, pertinere ad hunc Alcaei locum illam Hesychii glossam, Ἀρπυγμένου, ἀπηντλημένου. Gallicus interpres ἄῤῥητον μένος legit, *mirificam vini virtutem* intelligens: *la vertu incompréhensible, ou inexprimable du vin.*

Euripidis versus est ex Bacch. 742. ubi non neglexere interpretes adnotare Virgilianum illud, e Graeci poëtae dictione expressum, *irasci in cornua discit.* Georgic. III. 232. Ipsam graecam formulam εἰς κέρας ξυμωθεὶς suam fecit Aelian. Nat. Anim. IV. 35. Quod vero apud Athen. in ed. Ven. & Bas. καὶ ἐκ κέρως pro κ' εἰς κέρας legitur, ex errore factum est, quem tacite correxit Casaub. consentientibus (ut videtur) in veram lectionem scriptis libris: e nostris certe nulla discessio enotata est.

AD CAP. VIII.

Ἀρίστων ὁ Κῖος. Quod Χῖος hic legebatur, quo signi- f
ficabatur Chius Aristo, Stoicus philosophus, id nonnisi latinorum interpretum, Natalis & Dalechampii, ac dein editoris Casauboni arbitrio factum. Scripti libri cum ed. Ven. & Bas. in Κῖος consentiunt; quo nomine designatur Aristo Ceus, sive Ceius, Peripateticus, cuius Ἐρωτικὰ Ὅμοια passim ab Athenaeo citantur: de quo consuli possunt quae collegit Bruckerus in Hist. Philos. T. I. p.

f 852. Ac rectius quidem fortaſſe fuerat, ſi ὁ Κεῖος fuiſſet ſcriptum, quemadmodum apud Noſtrum lib. XIII. 563. f. & I. 3. e. (ubi de Simonide agitur) editum eſt: ſed priore quidem loco (XIII. 563. f.) vetuſtae noſtrae membranae ὁ Κῖος tenent, in quod XV. 674. b. conſentiunt libri; ſive ea ſcriptura vetuſto librariorum errori debetur, ει & ι confundentium, ſive & ipſa per ſe legitima fuit. Certe & apud Ptolemaeum *Ceos* ſive *Cea* inſula, in qua natus hic Ariſto erat, Κία nominatur, ut monuit Cellar. Geogr. Antiq. T. I. p. 1284.

In ARISTONIS *verbis* uno quidem conſenſu, quod ſciam, libri omnes εὐδίας tenebant, quod *tranquillitatem* vertunt latini Athenaei interpretes. Ac non me fugit quidem, quamquam de *aëris ſerenitate* aut *maris tranquillitate*, proprie uſurpatur hoc vocabulum, poſſe tamen etiam per tropum orationis ad *tranquillum reipublicae ſtatum*, atque etiam ad *animi tranquillitatem perturbationibus vacui* referri. At ſic quidem dici potuerit *animo* vel *vitae* εὐδία ineſſe; *vino* vero, vel omnino *potui*, ineſſe εὐδίαν, (ποτὸν ἅμα μὲν γλυκύτητος, ἅμα δ' εὐδίας κοινωνοῦντα) ſine abſurditate, ſi quid video, a ſcriptore certe, qui ſoluta oratione uteretur, dici non poterat. Quo minus dubitavi εὐωδίας cum Gallico interprete corrigere, cum ea etiam, quae mox ſequuntur, (οἶνον καὶ κηρία συγκιρνάντας εἰς ταὐτὸ, καὶ τὰ τῶν ἀνθῶν εὐώδη) levem iſtam mutationem evidenter deſiderare viderentur. Conf. quae de ἀνθοσμία *vino* ſupra notavimus ad I. 31. f. Ad vocem κηρία Euſtathius, locum hunc citans, (ad Odyſſ. ι. pag. 360 extr. & ſq.) adnotavit μέλιτος δηλαδή.

a ANAXANDRIDIS verſus, cum nonnullis ſequentibus, repetiit ex parte Euſtath. loc. c. p. 360. l. 38 ſq. Illos, disiectos olim nonnihil, & veluti ſoluta oratione ſcriptos, ita digeſſi, ut in Animadv. praeivit Caſaubonus: nec tamen negabo, potuiſſe Athenaeum ſuo arbitratu etiam illa verborum ſerie uti, quam libri exhibent, Τὸ νέκταρ πάνυ μάττων ἐσθίω. *Verſ.* 3. ἑκάστοθ' quidem per apoſtrophum editum erat, ſed exſerte ἑκάστοτε dabant codices noſtri.

SAPPHUS verſum poſteriorem, in quo mendoſe ἔρπεν & οἰνοχοήσων editum erat, ex Euſtathio (loc. cit.) & vetuſtis libris corrigendum eſſe monuit Caſaub. Noſtri quidem codd. etiam recte ἔρπιν dabant. Significabat autem ἔρπις *vinum*, Aegyptiorum ſermone, ut docet Euſtathius:

eodem vero vocabulo, praeter Lesbiam poëtriam, etiam a Lycophron usus est in Cassand. 579. & Hipponax apud Tzetzem ad Lycophr. l. c. Apud Deipnosophistam quidem X. 425. d. ubi iidem Sapphûs versiculi proferuntur, ὄλτιν pro ἔρτιν legitur. Ex eodem vero Athenaei loco intelligitur, priorem versiculum non integrum h. l. esse adductum, scilicet initio vocem καδδ' esse praetermissam. Pro οἰνοχοήσων, quod h. l. libri omnes habent, est οἰνοχοῆσαι X. 425. d. Utrobique οἰνοχόησε vel οἰνοχόησεν oportebat, ut est apud Eustath. l. c.

Ὁ δ' Ὅμηρος. Recte Ὁ δ' ed. Bas. & Cas. pro Οὐ δ', b quod erat in ed. Ven. & msstis. Sic statim Iliad. α'. 598. omnibus Diis Deabusque Vulcanus

ᾠνοχόει γλυκὺ νέκταρ, ἀπὸ κρητῆρος ἀφύσσων.

Quae ex IBICO adferuntur verba, sunt disiecta membra poëtae. Eadem ex Athen. citans Eustath. ad Od. ι. pag. 361. ἐννεαπλασίονα scripsit pro ἐννεαπλασίαν.

AD CAP. IX.

In ALEXIDIS versu primo, posterius hemistychium sic erat scriptum, ἄνθρωπός ἐστι κακός. Ubi ita, ut fecimus, transponenda esse verba recte monuit Casaub. quem etiam Grotius secutus est in Excerpt. p. 595. *Vers.* 2. pro συνὼν, ξυνὼν scripsit Grotius, atticâ formâ. *Ibid.* δὶμάτωρ Βρόμιος. Sic Βάκχε δὶμάτωρ, Orph. Hym. XLIX. 1. Et Ovid. Metam. IV. 11 sq. *Bacchumque vocant, Bromiumque, - - fatumque iterum, solumque bimatrem.* Scilicet ex fabula, secundum quam,

Imperfectus adhuc infans genitricis ab alvo
eripitur, patrioque tener (si credere dignum est)
insuitur femori, maternaque tempora complet:

ut est apud eumdem Ovid. Met. III. 310. conf. Lucian. Dial. Deor. IX extr. Cuius fabulae qui physicam reddere tentarunt rationem, Diodor. Sicul. III. 62. & Phurnut. de Nat. Deor. c. 30. p. 215. his vereor ne non satis feliciter res cesserit.

Ὁ δὲ ποιήσας τὸ εἰς Κρατῖνον ἐπιγρ. »Ad oram c »vetustissimi codicis« (ait CASAUB.) erat adscriptum, τοῦ »το δὲ Δημητρίου τοῦ Ἁλικαρνασσέως φασὶν εἶναι.« Eidem *Demetrio* Halic. tribuitur a Zenobio, Proverb. Cent. VI. 22. e quo fortasse ductum est illud scholion, a Ca-

c ſaubono memoratum. Ad *Nicaenetum* auctorem refertur in Anthol. ubi exhibetur T. I. p. 417. ed. Brunck. Alii (Planudes in Anthol. p. 83. ed. H. Steph. Suidas in Ὕδωρ δὲ πίνων, & Mich. Apoſtolius, Prov. Cent. XIX. 77.) aliis tribuunt auctoribus, de quibus monuit Brunck T. III. in Lect. & Emend. p. 96. Confer Iacobs ad Anthol. Vol. I. P. II. p. 230 ſqq. qui & lectionis varietatem & alia huc facientia adnotavit. Idem Epigramma illuſtravit Toup in Addendis ad Theocr. p. 407. & ante hunc Bentlei ad illa Horatii verba, Epiſt. I. 19.

Priſco ſi credis, Mecaenas docte, Cratino;
nulla placere diu, nec vivere carmina poſſunt,
quae ſcribuntur aquae potoribus.

Cratini poëtae bibacitatem paſſim traduxit Ariſtophanes praeſertim in Pace vſ. 700 ſqq. *Verſ.* 1. mendoſe in noſtris codd. ſcribitur Οἶνός τι χαρίεν πέλει. *Eod.* Pro μέγας eſt ταχὺς apud Zenobium & in cod. Var. Anthol. quod adoptarunt Bentl. & Br. μέγας tenuit Toup cum Athen. & Anthol. Planud. nec id male, ut mihi quidem viſum erat. *Verſ.* 2. χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις. Sic cum Athen. habet Zenob. & Apoſt. (niſi quod apud Zenob. τέκῃς ſcribitur:) idque tenuere Bentlei & Toup. καλὸν οὐ τέκοις ἔπος Suid. & Anthol. Plan. οὐδὲν ἂν τέκοι σοφὸν Br. cum Vaticano puto codice. *Verſ.* 3. Ταῦτ' ἔλεγεν. Τοῦτ' ἔλεγεν cod. Var. Anthol.

Verſ. 5. Perbene τοι γάρ τοι habent edd. apud Athen. quod inde & Bentl. & Toup & Br. accepere. Videtur illud tamen non niſi coniecturae deberi primi editoris. Noſtri quidem codices ambo τοιγαροῦν habent: male id utique, & refragante metro; ſed poteſt οὖν ex ὑπὸ eſſe ortum, quod habet Antholog. tam Planudea, quam Vaticana: at in his quidem dein στεφάνοις ſcribitur, non στεφάνων, ut apud Athen. Caeterum ferat-ne, an minus, graeci ſermonis uſus illam verbi conſtructionem, βρύειν ὑπό τινος aut ὑπό τινι, viderint doctiores: illud interim meminerimus, in omnibus exemplis quae de uſu verbi βρύω adferri vulgo ſolent, conſtanter fere cum dativo caſu illud conſtructum reperiri, perraro cum accuſativo; cum genitivo nuſquam, quod ſciam, niſi hoc loco. Pro vocab. δόμος, quod *medio verſ.* 5. ſequitur apud Noſtrum, quodque hinc Bentl. & Toup & Br. acceperunt, μέγας ſcribitur in Anthol. Planudea & Vatica-

na, quod ex μέγαρα ortum acute ſuſpicatus eſt Iacobs. c In fine *eiuſd. verſ.* κιττῶν, quod prius edebatur, nonniſi operarum errore in primam editionem irrepſiſſe videtur, in qua ſic expreſſum κιττῷν, cum iota ſubſcripto. Certe κιττῷ, de quo Caſaub. monuit, dant ambo codices noſtri: ſed proxime poſt eam vocem neſcio quas alias turbas cient iidem, ante μέτωπον alter τὰ ſcribens, alter παρ. De *hederacea corona* vide quae infra dicuntur XV. 675. c. d.

Verſ. 6. οἷα ex Athen. cum Bentl. & Toupio recepit Brunck, pro ὥσπερ, quod erat in Anthol. Planud. & Vat. Recte vero monitum eſt a viris doctis, nihil fuiſſe cauſſae, cur κεκροκωμένον, quod uno conſenſu dant omnes libri, in κεκρικωμένον mutatum Caſaubonus voluerit, quod ille interpretatus erat *cinctum hederae corona tanquam κρίκω* ſive *anulo.* Nam & *croceam* cognominatam *hederam* apud Theocr. legimus, Epigr. III. & Idyll. I. 31. & diſerte Plinius Hiſt. Nat. XVI. 34, 62. docet, eſſe genus *hederae, cui ſemen crocatum;* (id eſt, corymbi crocei;) *cuius coronis*, inquit, *poëtae utuntur, foliis minus nigris;* (χλωροῖς πετάλοις καὶ κορύμβοις eſt apud Athen. XV. 675. d.) *quam quidam Nyſiam, alii Bacchicam vocant.* Cui gemina fere Dioſcorides habet lib. II. cap. 210. (κεφ. τξή. meae ed. & CLXXI: latinae verſ.) Eodemque ſpectat, quod Graeci nonnulli apud Plin. l. c. hederae genus quoddam *Chryſocarpon* vocabant. Quare εἶχε κιττῷ μέτωπον κεκροκωμένον idem valet ac κιττῷ κροκόεντι ἐστεμμένον, *habebat frontem crocea hedera redimitam*, qualem ipſe Bacchus geſtaverat.

Μάττωνα καὶ Κεράωνα ἥρωας ὑπό τινων μαγείρων ἱδρύσθαι. Eorumdem numinum, Spartae a coquis dedicatorum, rurſus meminit Noſter IV. 173. f. & ſq. ubi pro ὑπό τινων μαγείρων, quod hic legitur, eſt ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς φειδιτίοις ποιούντων τε τὰς μάζας καὶ κεραννύντων τὸν οἶνον διακόνων. quibus verbis ſimul ratio ſignificatur nominum numinibus illis impoſitorum. Nempe, ἀπὸ τοῦ μάζαν μάττειν, alterum Μάττωνα vocarunt; pro quo nomine, opportune hic poſito, minus commode Δαίτωνα eſt IV. 173. f. Contra ibi recte ἀπὸ τοῦ κεραννύειν vel κεράν τὸν οἶνον, alterius nomen Κεράωνα ſcriptum exhibent libri omnes & Euſtath. ad Od. α'. p. 50. l. 34 & 36. quod ipſum hic pro vulgato Κέρδωνα (monente etiam Meurſio in Miſcell. Lacon. lib. I. c. 6.) eo minus dubitavi reponere, quo proclivior librariis erat ex litera Α in Δ aberratio; cum prae-

sertim notationem nullam haberet vox Κέρδων huic loco admodum opportunam.

d Quae paulo post sequuntur verba, Ἐκ τροφῆς ξηρᾶς &c. e Poëta aliquo ducta esse existimavit interpres Dalechampius; quod equidem nec negare ausim, nec adfirmare. HOMERI verba illa Πῇ ἔβαν &c. ducta sunt ex Il. θ'. 229-232. ita quidem, ut plura omissa sint, & nonnulla etiam leviter immutata: quod & aliâs haud ita raro, non modo in Epitome, sed & in pleniore opere factum a Deipnosophista videmus. Exhibui autem ista verba, qualia dedere nostri codices; cum quibus consentiunt editiones veteres, nisi quod in his extrema verba sic scripta, κρητῆρας οἴνου ἐπιστεφέας, pro quibus *in msstis* est οἴνου κρατῆρας ἐπιστεφέας: quae postrema verba quum & ipsa sic in contextu nostro posita voluissem, per errorem factum est, ut altera scriptura irreperet. Casaubonus sua auctoritate priores duos, qui apud Homerum leguntur, versus integros edidit:

Πῇ ἔβαν εὐχολαὶ, ὅτε δὴ φάμεν εἶναι ἄριστοι,
ἂς ὅποτ' ἐν Λήμνῳ κενεαυχέες ἠγοράασθε,

tum vero duos posteriores Homericos in hunc sesquiversum parum ἀρτίποδα (ut ipse in Animadv. fatetur) redactos subiecit,

ἔσθοντες κρέα πολλὰ, καὶ πίνοντες κρητῆρας
οἴνου ἐπιστεφέας.

De ARISTARCHI censura in istum Homeri locum vide quae Wolfius monuit in Prolegom. in Homer. pag. 281. Ad verba quod spectat, ὑπὲρ κρεωφαγίας tenent libri omnes, perincommode utique; quasi *de carnis usu gloriantes Graecos faceret ille versus.* Nam ὑπὲρ, ut recte CASAUB. monuit, in ista locutione rem notat, quam ostentator sibi tribuit. Atqui non gloriantur apud Homerum Graeci de carnium esu, sed de sua virtute, qua unusquisque ipsorum adversus centenos ducenosque Troianorum staturum se in pugna praedicabat. Neque vero ipsa Aristarchi ratiocinatio, quae e verbis proxime sequentibus satis perspicua est, patitur, ut illum statuamus Homerico versui sensum eum tribuere, quem verba ὑπὲρ κρεωφαγίας indicabant. Nam hoc plane dicit Criticus ille, iactantiam, ludum & iocum non tam ex carnium largo usu solere nasci, quam e vino & compotatione. (conf. Clark & Ernest. ad Homer. l. c.) Quare pro ὑπὲρ perspecte

Caſaubonus ὑπὸ ſcribendum cenſuit, quo cauſſa notare- d
tur, e qua ortam eſſe iactantiam, ex Ariſtarchi interpretatione, dixiſſet Homerus. Eâdem ſententiâ praepoſitione ἐκ uſus eſt, de eadem re loquens, atque eamdem haud dubie Ariſtarchi cenſuram reſpiciens, Scholiaſtes codicis Veneti a Villoiſonio editus, cum ad illum verſ. ἔσθοντες κρέα πολλὰ &c. haec adnotavit: Περιττὸς ὁ στίχος· ἐκ γὰρ τοῦ πίνειν, οὐκ ἐκ τοῦ ἐσθίειν τὸ καυχᾶσθαι συμβαίνει. Eamdem autem vim cum praepoſitione ἐκ in iſta conſtructione ſermonis habet ὑπὸ, quam cum ὑπὲρ confuderunt librarii. Niſi forſan pro ὑπὲρ apud Noſtrum παρὰ κρεωφαγίαν malueris, quod eadem ratione dici poterat, qua παρὰ δεῖπνον dicunt Graeci, aut παρὰ τὴν δίαιταν, *in coena*, *inter epulas*. Caeterum ad alia, quae hic ſcripſit Caſaubonus, quae nunc non moror, conſuli poſſunt (ſi tanti videtur) quae reſpondit Palmerius in Exerc. in Auctores Graec. p. m. 483.

AD CAP. X.

Bacchylidis carmen ex Athenaeo exhibuit H. Ste- e
phanus aliique in Lyricorum Fragmentis, tum Brunck in Analect. Tom. I. pag. 151. nuperque Car. Dav. Ilgen, animadverſionibus illuſtratum, in Scoliis, ſ. Carminibus Convival. Graecor. num. XLVI. p. 237 ſqq.

Verſ. 1. ἀνάγκα recte dedere mssti noſtri, ut edidit Brunck, pro ἀνάγκη quod apud Athen. editum erat. Dein γευομένα habebat ed. Venet. & poſteriores omnes, niſi quod temere γεύμενα antepenacute ſcriptum eſt in ed. Baſ. indeque in prima Caſauboniana. Monuit vero ad h. l. Casaub. »σευομένα κυλίκων habent membranae anti- »quitatis venerandae: non poſſum interpretari, niſi prae- »poſitionem ἐκ vel ἀπὸ adiicias: *O dulcis neceſſitas quae* »*venis & oreris e poculis;* nam σευομένη nihil aliud quam »πορευομένη & ὁρμῶσα. Accedam lubens ad libros alios, »ubi γευομένα: ſed eligant doctiores.« — Iſti *libri alii*, quos dicit, fortaſſe non ſunt alii niſi ipſae vetuſtae, quas dixi, editiones: ſuſpicatuſque ſum, lectionem iſtam γευομένα ingenio deberi primi editoris. Certe σευομένα cum Caſauboni membranis dant etiam ambo noſtri codices: idque merito cum Scaligero ad Tibull. III. 6. & H. Stephano, tenuere Brunck aliique. Iungenda autem

e intelligit Iacobs ad Anthol. Vol. I. Part. I. pag. 284 ſeq. duo verba ἀνάγκη κυλίκων, totumque verſum primum ſic interpretatur, *Blanda illa potandi neceſſitas, ubi exoritur.* Eumdem verſum Ilgen, ἀνάγκην *tormentum* intelligens, in hunc modum vertit, *Lene tormentum, quod admovent calices;* contulitque cum his illa Horatii verba, Od. III. 21, 12.

Tu lene tormentum ingenio admoves
plerumque duro;

quae tamen in longe aliam ſententiam ſolent accipere interpretes. Mihi media via incedendum viſum erat, vocabulum ἀνάγκη uſitatiori notione accipiendo, genitivum vero κυλίκων (ſubintellecta ἐκ vel ἀπὸ praepoſitione) ad verbum σευομένα referendo; ut, *ſuavis neceſſitas ingruens e calicibus,* intelligeretur *vis illa, qua pleni calices hominem vini amantem non invitant modo, ſed paene attrahunt ad ſe;* cui vi nec reſiſtere ille poteſt, nec vellet, ſi poſſet; ſive *ipſam vim vini* intelligere malueris, *quae potantem abripit non invitum.*

Verſ. 2. Θάλπησι θυμὸν Κύπριδος, *incaleſcere facit animum Venere.* Θάλπησι pro Θάλπει, inſolentiori forma, a verbo Θάλπημι ex Θαλπέω facto, cuius veſtigium ſervavit Etymologus in Ὀκνείω pag. 620. ubi confert inter ſe ὀκνείω, ῥιγείω, Θαλπείω. Quorum verborum ſicut priora duo ex ὀκνέω & ῥιγέω orta ſunt, ſic Θαλπείω ex Θαλπέω natum intelligi debet; quamquam paulo aliter haec tradit Grammaticus ille, doctrina quidem abundans, ſed in explicandis analogiis ſaepe parum feliciter verſari ſolitus. Ante Κύπριδος interpunxit orationem Brunckius, ut cohaererent iſta verba, Κύπριδος ἐλπὶς δ' αἰθύσσει φρένας. Quae ratio, ut recte monuit Ilgen, minus apte convenit cum ſequentibus, quae non ad *Veneris ſpem,* ſed ad *ſpem in univerſum,* inter pocula excitatam inflammatamque, pertinent. Aliam rationem Iacobs iniit, ſic ſcribendum proponens:

Θάλπησι θυμὸν Κύπριδος
ἐλπὶ δ' αἰθύσσει δὲ φρένας
χαρὰ μιγνυμένα Διονύσοισι δώροις.

Sed iſtos motus neutiquam deſiderare hic locus videtur, ſatis apte commodeque ſe habens qualis in conſentientibus Athenaei libris legitur.

Ad *Verſ.* 3 & *ſeqq.* opportune adnotarunt viri docti ſi-

milia latinorum poëtarum dicta de *Spe inter pocula mentem hominis ad quaeque sibi promittenda erigente, curasque omnes pellente;* qualia sunt Horat. Od. III. 21, 17 sqq. IV. 12, 19 sq. Epist. I. 5, 19 sqq. Ovid. Art. Am. I. 237 sqq. quorum partem iam ad Diphili carmen p. 35. d. citavimus.

Ad *Vers.* 5 *sq.* adnotavit vir doctus apud Ilgen illud f Anacreontis, ἐμῶν φρενῶν μὲν αὔραις φέρειν ἔδωκα λύπας, quod exstat vs. 1035 sq. in ed. Barn. cum quo iungi possunt quae ibid. vs. 606 sqq. leguntur. *Vers.* 7. Αὐτὸς est *solus;* nempe ὁ πίνων, ex vs. ult. vel is cui spes inter pocula animum incendit, ex vs. 3 sq. *Vers.* 10. Pro μοναρχήσειν commodius & ad sensum & ad metrum iudicavit Ilgen, si μοναρχέειν scriberetur; quod ipsum & in contextum recipere non dubitavit.

Vers. 13. Ad αἰγλήεντα intell. πόντον. Eâdem notione μαρμαρέην ἄλα Homerus dixit. Ista vero ellipsis si cui durior videtur, videat possit-ne αἰγλήεντα ad μέγιστον πλοῦτον referri: quod quidem si nullum incommodum haberet, percommode κατ' ad verbum ἄγουσι referretur, ut intelligeretur κατάγουσι, *domum advehunt, in portum advehunt.* *Vers.* 14. pro ἀπ' Αἰγύπτου mendose ἐπ' Αἰγ. habent nostri codices. *Ibidem* cum in ed. Cas. ἄγουσι expressum esset, Brunckius elisâ ultimâ vocali ἄγουσ' edidit: quod sine caussa idonea factum Ilgen censuit; versum esse monens dactylicum trimetrum hypercatalecticum, vel, si media vocis Αἰγύπτου corripiatur, logaoedicum. Ego, qui in doctrina de Lyricorum metro prorsus me hospitem debeo profiteri, quaestionem illam iudicare non praesumens, cum vidissem illud ἄγουσι temere ex ed. Bas. in editionem Casaub. irrepsisse, satis habui ἄγουσιν e Veneta restituere.

Vers. ult. Vulgo sic scribebatur, ὡς πίνοντος &c. pro quo ᾧς edidit Brunck, pronomine ad πλοῦτον relato; parum quidem commode. Vulgatam scripturam tenendam Iacobs censuit, eâdem sententiâ quam in latina versione cum Ilgenio expressi: sed in hanc sententiam cum eodem Ilgenio ὡς particula accentu fuit notanda, quo idem atque οὕτως valeret.

Sophoclis versus iustam iambi mensuram habet, cui a primus pes demtus. Eum inter Fragm. ex incertis Fabulis retulit Brunck p. 39. num. XXXIX.

a Quod ait, *alios poëtas* (quos videtur ab Homero, rege poëtarum, quem mox nominat, distinguere) *vinum dixisse* εὐφρονα καρπὸν ἀρούρης, monuit CASAUBONUS, oblitum videri Athenaeum, verba ista in Iliade legi, (nempe γ'. 246.) Hesiodum vero (vs. 720. ed. Br.) *fruges*, non *vinum*, εὔφρονα καρπὸν adpellare. Fortasse vero alii sequiores poëtae illam ipsam dictionem ab Homero mutuati sunt.

In *principis Poëtae* verbis quae sequuntur, ista duo, quae uncis inclusi, nec veteres Athenaei editiones, nec nostri codices mssti agnoscunt: videturque illa rursus Casaubonus (quemadmodum ea, de quibus ad p. 39. d. dixi) sua auctoritate adiecisse. Potuerat ea consulto praetermittere ipse Athenaeus; potuit etiam Epitomator, ab Athenaeo adiecta, brevitatis studio resecare.

AD CAP. XI.

Mira videri poterat dictio illa ἡ κωμῳδίας εὕρεσις - - εὑρέθη: quae tamen, verum si quaeris, talis est, ut ab optimorum auctorum usu neutiquam abhorreat.

b ἐν Ἰκαρίῳ τῆς Ἀττικῆς. »Locus Atticae, ubi dicitur »inventa esse tragoedia, *Icaria* dicebatur. Itaque scribe ἐν »Ἰκαρίᾳ, non Ἰκαρίῳ. Stephanus: Ἰκαρία, δῆμος Αἰ»γηΐδος φυλῆς, ἀπὸ Ἰκαρίου τοῦ πατρὸς Ἠριγόνης.« Sic CASAUB. cui ne obtemperarem, Suidas vetuit; apud quem in voc. Θέσπις haec leguntur: Θέσπις, Ἰκαρίου, πόλεως Ἀττικῆς. Quae verba, quamquam nec ipsa suspicione mendi carent, (de qua vide Reines. Variar. Lect. lib. III. p. 364.) tamen eodem modo repetuntur apud Eudociam p. 232. Accedebatque Plinius, qui in Attica *Icarium* montem commemorat, IV. 7, 11. nulla *Icariae* facta mentione.

τρυγῳδία τὸ πρῶτον ἐκλήθη ἡ κωμῳδία. Hinc Hesych. τρυγῳδεῖν, κωμῳδεῖν. ubi vide loca ab Interpretibus laudata. Praesertim vero consulendus Bentlei in Differt. *upon the Epistles of Phalaris* p. 298 sqq. ubi τρυγωδῶν pro vulgato τραγῳδῶν restituendum Athenaeo XII. 551. c. docuit. Casaubonus de Satyrica Poësi I. 1. p. 22. post ἐκλήθη censuerat καὶ ἡ τραγῳδία καὶ ἡ κωμῳδία scriptum oportuisse: quod nullo modo necesse esse videtur.

Euripidis versiculi in Bacchis leguntur num. 771 sqq.

ANTIPHANIS fragmentum in duos hos senarios redegit Grotius Excerpt. p. 635.

Συνεχῶς γὰρ ἐμπιπλάμενος ἄνθρωπος, ἀμελής
τις γίνετ', ὑποπίνων δὲ πάνυ φροντιστικός. c

Ibi ἐμπιπλάμενος intelligunt interpretes *vino se explens*: quod si verum est, recte etiam (vi oppositionis) ὑποπίνων *parcius bibens, paulum adbibens*, fuerint interpretati. Attamen aliàs ὑποπίνειν, *largiter, gnaviter bibere* significat, aut certe, generatim, *potare, potui indulgere*; & ὑποπιὼν, *bene potus*. Itaque videndum, ne, eadem notione accipiendo h. l. verbum ὑποπίνων, (*sedulo bibens, largiter se proluens*,) superius illud ἐμπιπλάμενος non de *bibente* sit accipiendum, sed de eo *qui cibo ventrem implet*; qui & vulgatissimus est illius verbi usus, & huic loco perapte conveniens. *Qui cibis continue ventrem implet, fit piger & negligens; qui vino se probe proluit, admodum fit industrius.*

Difficultate non carent ALEXIDIS *versus*, Οὐ μεθύω τὴν φρόνησιν, &c. quos qui apud poëtam pronunciabat, is hoc voluit: (ut ait CASAUB.) »*se vini potui tantisper in-*» *dulgere, donec adhuc lingua non titubet, sed articulate voces* »*possit proferre; nedum ut ad dementiam usque se ingurgitet.*« Trochaicos esse versus, recte idem monuit Casaubonus: at statim initio, quod ille non observasse videtur, claudicat prior versiculus, ob brevem syllabam θυ in μεθύω. Cui incommodo in promtu foret remedium, si pro μεθύω posset μεθύσκω scribi, hac notione, *non inebrio mentem & intelligentiam meam*: sive μεθύσκω non modo activum & transitivum, (ut aiunt grammatici) sed etiam neutralem & intransitivum habere significatum potest, ut μεθύσκω τὴν φρόνησιν idem valeat, ac μεθύω κατὰ τὴν φρόνησιν. Quorum si neutrum placeat, coniectare licebit, fuisse apud poëtam versum interiectâ post μεθύω particulâ δὲ vel γε suffultum; eamque particulam sive librariorum aut Epitomatoris culpa, sive etiam ab ipso Athenaeo, ut saepe aliàs factum videmus, fuisse praetermissam. Aliam viam Grotius iniit, Οὐ μεθίω τὴν φρ. scribens: qua ratione versui quidem bene consultum video, non item sententiae. Nam quod ille verba ista sic interpretatus est, *Doctus esse non laboro*; prorsus contrarium dicunt graeca ab ipso posita: quandoquidem μεθίω per se, absque negatione, *non laboro, non curo*, significat; quam in partem & Suidas & Hesychius μεθίει, ἀμελεῖ interpretantur. Praeterea, sententiam istam si sequaris a Grotio expressam, nulla prorsus supereſt ratio, cur versus isti hoc lo-

c co, cum quo nihil commune habent, fuerint ab Athenaeo adducti. *Eodem* priori *verſu* pro τοιοῦτον, Caſ. τοσοῦτον maluerat: at id quidem nec neceſſarium admodum erat, & metro adverſabatur. *Poſteriore verſu*, cum ait,

τὸ διορίζεσθαι βεβαίως τῷ στόματι τὰ γράμματα,

illud τὸ διορίζεσθαι, quod ad orationis ſtructuram adtinet, percommode ſe haberet, ſi in priori verſu valeret Grotii ratio: *Doctrinam non curo, - - hoc unum curo.* Ex aliorum vero interpretum ratione, quam & nos (cum certius nihil haberemus) ſecuti ſumus, impedita utique eſt orationis ſtructura, nec commodus ipſe ſenſus admodum expedituſque. Plana, puto, forent omnia, ſi, pro τὸ διορίζεσθαι, οὐ διορίζεσθαι legeretur; unde haec prodiret ſententia:

Non ebrius ita ſum, ut mentis non ſim compos; ſed eatenus ſolum,
ut non poſſim diſtincte literas omnes pronunciare.

διορίζεσθαι βεβαίως τῷ στόματι τὰ γράμματα dicit, quod in eadem re διορθοῦν τὴν λέξιν Ariſtoteles dixit, Problem. ſect. III. quaeſt. 31. Pro τὰ γράμματα malles quidem τὰ ῥήματα, quod ipſum etiam peraptum metro foret: ſed agebatur fortaſſe in Alexidis fabula, de *ſcripto* quodam, quod clara voce praelegere debuerat is qui hîc loquitur; quam in ſententiam, cum Grotio, vocabulum hoc interpretatus ſum. Caeterum ſatis etiam conſtat, labantem ebrii hominis linguam in aliis magis *literis*, quam in aliis, pronunciandis ſolere offendere. Dalechampius vero, eodem vocabulo γράμματα, ut videtur, commotus, τῷ στόματι in τῷ ὄμματι mutavit, ſic vertens:

Literas ut oculis certo queam diſcernere.

Quod Grotius, in Notis ad iſtos Antiphanis verſus, ait, *male apud Athenaeum βέβαιος ſcribi*, id nonniſi Baſileenſem editionem ferit, in qua mendoſe βεβαῖος expreſſum.

In *Etymologia vocabuli* Θαλία, monuit Caſaubonus, perperam Dalechampium ἠθλίζοντο legiſſe, pro ἠλίζοντο, quod eſt ab ἀλίζομαι, *congregor*; cui cognatum etiam nomen ἀλία, *congregatio, coetus*, ionice ἀλίη, Herodoto frequentatum eſt. Et ἠλίζοντο recte quidem iam in ed. Ven. erat expreſſum: caeterum non diſſimulandum, vocalem υ in mſstis noſtris eſſe adiectam, ſed ita tamen, ut aſper ſpiritus adpoſitus (ἠυλίζοντο) mendam prodat. Ipſum no-

men, quod *comeſſationes* ſignificat, perinde eſt, θαλίας ſcribas cum editis, an θαλείας cum noſtris codicibus: tenui priorem formam, ut frequentiorem, & magis (ut videtur) legitimam; in quam & alibi libri noſtri conſentiunt, velut XII. 532. f. De perpetua confuſione vocalium ει & ι, quae in eiſdem libris noſtris obtinet, iam ſaepe monui. Homericum δαῖτα θάλειαν ſupra etiam I. 3. d. citaverat Noſter.

In *Ariſtotelis* verbis, niſi aliud quid turbatum aut imperite omiſſum eſt, ad τὸ δὲ μεθύειν φησὶν intelligendum e ſuperioribus fuerit verbum ὠνομάσθαι: tum vero, pro τὸ μετὰ τὸ θύειν, oportebat διὰ τὸ μετὰ τὸ θύειν, aut aliquid in eamdem ſententiam. Sic demum deinde pronomen αὐτῷ, quod aliâs nil habet quo referatur, ad ipſum τὸ μεθύειν commode referetur; ut χρῆσθαι αὐτῷ (ſcil. τῷ μεθύειν) ſit *vino indulgere*. d

AD CAP. XII.

Si cui ſubit mirari, ex abrupto huc adduci illos EURIPIDIS *verſus* Θεοῖσι μικρὰ &c. is cogitet, (quod per totum Librum primum ſecundumque numquam obliviſcendum) non ipſum Athenaei opus, ſed *Epitomen* hanc eſſe, in qua reſecta ſunt multa, quae univerſae diſputationis greſſum connexionemque erant illuſtratura. Ipſum *Euripidis* fragmentum quinque verſibus ab initio auctum exhibet Stobaeus Serm. XCV. in Συγκρίσει Πενίας καὶ Πλούτου, ubi ſimul docet, ex fabula deſumtum cui *Danaë* titulus fuit. Inde in Florilegium ſuum recepit Grotius pag. 391. & in Euripidis Fragmentis poſuit Barneſ. p. 443. & Muſgrav. p. 559. In *priori verſ.* poſt μικρὰ apud Stob. recte inſerta eſt vox χειρὶ, ad verſum neceſſaria, quae, nullo ſententiae incommodo praetermitti ab Athenaeo potuit. Ex vulgata quidem apud Stobaeum ſcriptura, iuncta intelligebantur verba μικρᾷ χειρὶ, quaſi *parca manu* dixiſſet poëta: ſed, μικρὰ ex Athenaeo tenendum, & ad τέλη referendum, monuit Muſgravius; χειρὶ θύοντας, illos intelligens, qui tribus digitis (ut eſt apud Ariſtophan. Veſp. 95.) aris thura iniiciunt. Et eadem quidem ratione in Stobaei optimo codice msto Pariſienſi, e quo olim omnia poëtarum loca cum Florilegio Grotiano diligenter contulit Brunckius noſter, non μικρᾷ ſcriptum eſt, ſed μικρὰ,

d prorsus ut apud Athenaeum, & ex hoc apud Eustath. ad Iliad. μ'. 847, 48.

Ad eadem EURIPIDIS verba, tum ad id quod *de vocabuli τέλος significatione* mox traditur apud Nostrum, non praeterire hoc loco debeo quae sunt a CASAUBONO adnotata. » Τέλη μικρὰ (inquit) in Euripidis versu, *minores* » *sunt hostiae*, & *minoris impensae*: haec nominis ratio. » Alioqui τέλος pro *hostia* non dicitur: etsi scio, prodi» tum esse contrarium ab antiquis grammaticis, qui omnes » secuti sunt auctoritatem Athenaei, aut illius unde ipse » habet. Mihi vero & absurdum videtur & ridiculum quod » scribitur hic ab auctore, τέλος significare θυσίαν in eo » quem profert Homeri loco ex principio noni libri Odys» seae. [Od. ι'. 5 sq.] Atque ego mirari satis nequeo, « tam φορτικὴν interpretationem tam erudito viro probari » potuisse. Melius illi, qui τέλος in illo versu accipiunt ut » apud philosophos, cum in morali disciplina de *finibus* » disputatur. Etenim dubitari non potest, illud ultimum, » quo omnia consilia & vota nostra referuntur, ea vo» ce hic a poëta intelligi. Est sane familiaris ionice scri» bentibus dictio τέλος, quae saepe nihil sonat aliud, » quam χρῆμα, *res*. τέλος θανάτου, *res mortis*, pro *morte*, » saepe apud Homerum & Hippocratem: ut *res voluptа*» *tum* Plauto, pro *voluptates*. Hoc etiam modo exponas » recte οὐδὲν τέλος χαριέστερον, *res nulla gratior*. « — Haec ille. Alia exempla similis usus vocabuli τέλος collegit Perizon. ad Aelian. Var. Hist. III. 43. laudatus ab Ernest. ad Homer. l. c. Quibus tamen in exemplis vocabulum illud plerumque non exuit vulgatissimam eam notionem, qua *finem*, *exitum*, *eventum* denotat: & apud Homerum quidem l. c. commodissime *eventum* interpretabimur. Apud Euripidem vero videndum, ne recte τέλος pro *sacrificio* vel *munere Diis oblato* ea ratione accipi possit, quod sit veluti *tributum* quod Deo ab homine solvitur. Caeterum, quod iam saepe monui, haud satis observatum Casaubono, recordentur velim Athenaei lectores, ne, si quid etiam oppido absurde dictum in his libris repererint, statim in ipsum Athenaeum absurditatis illius conferant culpam. Plurima quippe nonnisi historice, ut sic dicam, ab hoc scriptore proferuntur, id est, ut aliorum sententias exponat, suo non interposito iudicio: multa item sic proponuntur, ut inducatur deinde alia persona, quae con-

tra disputat, superioremque confutat sententiam: sed haec ipsa praesertim operis oeconomia minus conspicua est in duobus prioribus libris, quorum Epitomator personarum partes plerumque non distinxit, magnamque partem eorum, quae a diversis personis dicta Athenaeus retulerat, praetermisit.

In ALEXIDIS *vers.* 1. adiiciendam in fine vocem ἀεὶ e monuerat Casaub. eamque recepit Grotius in Excerpt. p. 597. Quae ratio explendi mutilatum versum adeo certa olim mihi visa erat, ut praeeuntes illos viros sequi non dubitaverim. Voculam istam ΑΕΙ a praecedente verbo ΔΕΙ, simillimis fere ductibus scripto, expulsam fuisse, mihi persuaseram. In *Vers.* 2. nihil mutandum Casaubonus adnotavit, nisi quod ποεῖν pro ποιεῖν scriberet; quod non erat necessarium: nam sicut vs. 4. syllaba ποι in πεποίηκεν brevis est ob sequentem vocalem, sic & hoc loco in ποιεῖν. Nec tamen legitime fluit versus, ob spondaeum, τὴν τοῦ, in quarta iambi sede. Quare qui iustum habere versum cupit, accipiat Grotii emendationem; ni minori molimine sic maluerit legere:

φανεράν τε τὴν δόσιν ποιεῖν τὴν τοῦ θεοῦ.

Sed ecce, nullâ prorsus mutatione verbis illatâ posse & primum & secundum versum in ordinem cogi, docuit Hermannus in libro de Metris Poëtar. Graec. & Roman. p. 165. sic scribendo:

– – – – Τοὺς εὐτυχοῦντας ἐπιφανῶς
δεῖ ζῆν, φανεράν τε τὴν δόσιν τὴν τοῦ θεοῦ
ποιεῖν. —

Cuius rationem lubens secutus essem, si ea, quae sequuntur, (de quibus mox) pariter nobis probasset vir doctus.

Versus 3. & 4. sic editi legebantur:

Ὁ γὰρ δεδωκὼς τ' ἀγαθὰ, τὸν μὲν ὧν
πεποίηκεν, οἴεται χάριν τινὰ
ἔχειν ἑαυτῷ.

Quos Casaub. in hunc modum refictos voluit:

Ὁ γὰρ δεδωκὼς τ' ἀγαθὰ δαίμων, τὸν μὲν ὧν
πεποίηκεν αὐτὸς οἴεται χάριν τινὰ &c.

Grotii emendationem ipsi contextui subiectam dedi, cuius sententiam ille latinis versibus sic expressit:

Nam qui beneficii est auctor, hunc, qui sic agit utique novit [sc. qui *novit uti* beneficio] *gratiae nonnil sibi habere credit.*

e Quod vero idem Grotius ait, *in aliis libris* apud Athenaeum πεποίηκεν αὐτὸς οἴεται *legi*, id si de scriptis libris intellexit, deceptus est eo quod in ora ed. Cas. anni 1612. (sicut & in postrema, quae anno 1657. prodiit) γρ. αὐτὸς οἴεται notatum est. Quâ notâ saepe deceptos doctissimos viros video, ut illas marginales lectiones e scriptis libris aut certe e vetustis editionibus ductas esse existiment; quarum longe plurima pars, sicut & ea ipsa lectio, de qua hic agitur, nonnisi ingenio debetur Casauboni, & coniecturae in Animadversionibus ab illo propositae. In *quarto* quidem *versu* nihil variant editi libri; nec ab editis quidquam dissentiunt manuscripti. Sed in *tertio*, nostri codices ambo non τὸν μὲν, sed τῶν μὲν dabant: quod ego accipiens, utrumque versum ita constitui, ut a poëta scriptum fuisse suspicatus eram; adhibita quidem ea cautione, ut verba ex ingenio adiecta uncis includerem, cum praesertim eadem verba, si vel maxime eis usum esse poëtam constaret, tamen consulto ab Athenaeo praetermissa videri possent, quoniam absque his etiam sententia reliquis verbis constabat. Illud quoque, leviusculum quidem, observabit lector meri studiosus, quod *versu tertio* pro τ' ἀγαθὰ, quod erat in editis, τἀγαθὰ cum Grotio scripsi, ut prima syllaba, quae in altera scriptura brevis erat, per crasin longa fieret. Naturalem orationis structuram talem conceperam: Ὁ γὰρ δεδωκὼς τἀγαθὰ, οἴεται, τούτους (scil. οἷς ἔδωκεν αὐτὰ) ἔχειν ἑαυτῷ χάριν τινὰ τῶν (i. e. τούτων) ὧν (attice pro ἃ) πεποίηκεν αὐτούς. ubi ἀγαθὰ ποιεῖν τινα eodem modo dictum putavi, atque vulgo εὖ ποιεῖν τινα dicere graeci consueverunt. Hermannus l. c. eosdem versus ita digessit:

ποιεῖν· ὁ γὰρ δαίμων δεδωκὼς τἀγαθὰ
αὐτὸν μὲν ὧν πεποίηκεν οἴεται χάριν
τιν' ἔχειν ἑαυτῷ &c.

Ubi, ne de vocabulo δαίμων dicam ex mera Casauboni coniectura adscito, videtur Vir doctus dictionem χάριν ἔχειν ad Deum referre; quasi sonaret, *gratiam reportare*; quod vereor ne non ferat graeci sermonis usus, iuxta quem χάριν ἔχειν dicitur is, qui (quemadmodum etiam latine dicimus) *gratiam habet alteri.*

Vers. 6. In transpositione illorum verborum, πράττειν μετρίως, quam iambici versus leges desiderabant, praeeuntes habui Casaubonum, Grotium, Hermannumque.

AD CAP. XIII.

Οὐ χαίρει τῷ πόματι &c. Recte monuit CASAUB. alium f hic convivam induci loquentem, qui sequentem longam *de Aquis* disputationem erat habiturus. Mox idem conviva adlatis HESIODI *versibus* monet, in epulis quamvis lautis prudentes viros non tam vino aut cibis delectari, quam iucundis utilibusque sermonibus. In *priori* illorum versuum, Ἡδὺ γάρ ἐστ' &c. particula γ ἀρ metri causſa adiecta est a primo editore, cum sive ab Epitomatore sive ab ipso Athenaeo esset praetermissa. Certe eam non solum h. l. ignorant nostri codices: verum etiam in illo supplemento locorum nonnullorum e Secundo Libro olim integro excerptorum, quod in codicibus Epitomes exhibetur post Epitomen libri XIII, (de quo Supplemento iam supra diximus) ubi hi versus Hesiodi repetuntur, pariter deest eadem particula. Ibidem vero recte in fine versus τεθαλυίη scribitur, pro quo hîc mendose τεθαλείη habent nostri codices.

Οὔ τινι ὑμῶν ἐπῆλθε. Contra editionis Ven. & mss̄torum fidem ἡμῶν excusum est in ed. Bas. quod temere inde a Casaub. & in contextum receptum, & in Commentario repetitum est. περὶ ὑδάτων εἰπεῖν τι. ὕδατος habent ambo nostri codices; sed quoniam iidem mox deinde in ἀφ' ὧν consentiunt cum editis, tenere hic cum eisdem editis *pluralem* malui, quam ibi ὧν in οὗ mutare, quamquam per se paulo commodius hoc videri poterat. καὶ ὁ οἶνος φύεται. Recte φύεται correxit editor Basileensis. Perperam ἀφύεται ed. Ven. cum nostris mss̄tis, eisque quibus Casaub. usus est. In aliis quidem ἀρύεται scribi ait idem Casaub. sed id nonnisi in ora alicuius libri ex docti cuiusdam viri coniectura adnotatum fuisse suspicor.

Pervulgatus est PINDARI *versiculus* e primae odae Olympicae principio. HOMERI locus de *populis arboribus aqua* a *enutritis* legitur Od. ρ'. 208. Alter locus, de *limpida aqua*, Od. ε'. 70. quo in versu perperam πίσσυρες scribunt nostri codd. Quod de *Titaresio* amne dicit, ὃς τῷ Πηνειῷ συμμίσγεται, id ex Homer. Il. β'. 753 sq. corrigendum monuit CASAUB. ubi poëta, de Titaresio loquens, diserte ait:

Οὐδ' ὅγε Πηνειῷ συμμίσγεται ἀργυροδίνῃ,
ἀλλά τέ μιν καθύπερθεν ἐπιῤῥέει, ἠΰτ' ἔλαιον.

a Ac potuit utique negativa particula per librariorum negligentiam intercidere. Poterat vero eamdem ipse etiam Athenaeus, & quidem citra gravem magnopere culpam, omittere, superiores solummodo poëtae versiculos nunc respiciens:

Οἵ τ' ἀμφ' Ἰμερτὸν Τιταρήσιον ἔργ' ἐνέμοντο,
ὅς ῥ' ἐς Πηνειὸν προΐει καλλίῤῥοον ὕδωρ.

Nam τῷ Πηνειῷ συμμίσγεται potest idem valere, & ex usu graeci sermonis idem valere solet, ac εἰς Πηνειὸν προΐει τὸ ὕδωρ, *in Peneum influit.*

Quod mox sequitur de PRAXAGORA *Coo*, medico, turbatum nonnihil Epitomatoris culpâ videtur: nam nec per se bene cohaeret oratio, & versus, qui adducitur, non Praxagorae est, (ut orationis connexio indicare videbatur,) sed Homeri ex Od. ζ'. 87.

b διαστέλλει δὲ καὶ γλυκὺ ὕδωρ ἀπὸ πλατέος. Ita prórsus hoc dictum est, quasi πλατὺ ὕδωρ, utpote τῷ γλυκεῖ oppositum, *falsam aquam* denotaret; quam in partem etiam apud Hesychium glossa est, Πλατὺ ὕδωρ, τὸ ἁλμυρόν. Eademque ratione τὸν πλατὺν Ἑλλήσποντον (apud Homer. Il. ν'. 26. & ρ'. 432.) *falsum* interpretatur non quidem ipse Athenaeus, (quod Casaubonus ait,) sed tamen grammaticus ille, ex cuius sententia haec dicentem unum e Deipnosophistis Athenaeus induxit. Quae quidem sententia & per se satis absurda videri poterat, quoniam nihil commune τὸ πλατὺ cum τῷ ἁλμυρῷ (*latum* cum *falso*) habet; nec suffragantes habet alios Grammaticos, Scholiorum minorum auctorem, (ad Il. ν'. 26.) Scholiasten Venetum Villoisoni, (ibid.) Eustathium, (ad Il. ν'. p. 535. l. 32.) & Apollonium in Lexic. Homerico; qui omnes eam Hellespónti partem intelligunt, quae Troiam spectat, ubi, quod aliàs flumen esse videbatur, nunc latum mare esse incipit; cum quibus etiam ipse Hesychius consentit in Πλατὺν Ἑλλήσποντον. (conf. Rich. Wood on the original Genius of Homer, p. 320 sqq. laudatum ab Alex. Tollio ad Apollonii Lexic. p. 554.) Nec desunt tamen illustres auctores, qui priorem illam vocabuli acceptionem (πλατὺς pro ἁλμυρὸς) non modo apud Homerum probent, sed etiam ipsi in scriptis suis imitentur. Sic certe Aristotelem locutum esse, meminisse se ait Casaubonus, Meteorolog. lib. II. (cap. 3. T. I. p. 556. ed. Duval.) Ὅθεν μὲν οὖν ἡ γένεσις ἔνεστι τοῦ ἁλμυροῦ ἐν τῷ ὕδατι, εἴρηται. καὶ

διὰ τοῦτο τά τε νότια ὕδατα πλατύτερα, (h. e. *falsiora*) b
καὶ τὰ πρῶτα τῶν μετοπωρινῶν. Et paulo post: Ἀνάγεται δὲ ἀεί τι μέρος αὐτῆς μετὰ τοῦ γλυκέος· ἀλλὰ ἔλαττον τοσούτῳ, ὅσον καὶ ἐν τῷ ὑομένῳ τὸ ἁλμυρὸν καὶ πλατὺ τοῦ γλυκέος ἔλαττον. Ibidemque rursus: Ἐν τῇ Χαονίᾳ κρήνη τίς ἐστιν ὕδατος πλατυτέρου· ἀποῤῥεῖ δ' αὕτη εἰς ποταμὸν πλησίον γλυκύν.

Mox quod ex *Homero* citatur, cum vulgo sic scriberetur, Στῆσαν μὲν νῆας &c. e librariorum errore natum mihi visum erat: nec enim ulla causa erat cur a στήσαμεν, quod est apud poëtam, (Od. μ'. 305.) discederet Deipnosophista: quare hoc reponendum putavi. Videtur vulgata scriptura ab homine fuisse invecta, qui istis verbis unum Homeri versum comprehendi putaret, cum sint duorum versuum priora hemistychia inter se iuncta.

AD CAP. XIV.

Οἵδε δὲ καὶ τὴν χλιαροῦ φύσιν &c. Vide Homer. Il. λ'. 821. 829. & 845. Commodum utique foret τὴν τοῦ χλιαροῦ φύσιν, adiecto articulo, quem in ora sui libri adscripsit Brunck: sed ferre vulgatum debui, quod tenent (quoad quidem sciam) mssti cum edd. Cum eodem Brunckio mox deinde καταιονᾷ & ἐπαιονᾷ malles, pro καταιονεῖ & ἐπαιονεῖ: sed & haec in librorum consensu erant ferenda, cum praesertim eamdem verbi terminationem & Suidas agnoscat in Καταιονοῦσι, & Hesychius in Καταιονεῖ, ubi vide quae a docto editore adnotata sunt. Conf. H. Steph. Thes. Gr. Ling. T. I. col. 180. a.

Verba ista, καί τοι εἰ ἐπισχεῖν ἔδει τὴν αἱμορῥαγίαν &c. respectum habere ad Hippocratis Aphorism. sect. V. num. 23. commode monuit Villebrune.

Poëtae versus *de Scamandri fontibus* leguntur Il. χ'. 149 c sqq. Eorum versuum primum Casaubonus in Animadv. ad h. l. ita citavit, quasi apud Homerum Ἡ μέν τοι ὕδατι esset scriptum. Inde factum, ut pro Ἡ μὲν γὰρ (quod cum Homeri exemplis tenebant & Athenaei codices mssti & superiores editiones, atque etiam ipsius Casauboni editio) dein in duobus posterioribus editionibus, quae Casauboni nomen praeferunt, Ἡ μέν τοι ederetur. Eosdem Homeri versus citans Strabo, (lib. XIII. p. 602. ed. Casaub.) vocabulum λιαρῷ pariter per θερμῷ interpretatus est, ut hic

a Deipnoſophiſta factum videmus. Quod ſequitur ἆρά γε, in eo convenit cum editis cod. *b*. Commode vero ἆρα δὲ cod. *a*. Mox ubi de altero Scamandri fonte agitur, pro more ſuo ſenſim ſenſimque a ſuis verbis ad ipſa poëtae verba progreditur Athenaeus: nam apud Homerum quidem primus verſus integer ſic ſonabat:

Ἡ δ' ἑτέρη θέρεϊ προρέει, εἰκυῖα χαλάζῃ.

d De *Agamemnone ſaucio* verſiculus exſtat Il. λ'. 266. De *cervo*, ibid. vſ. 477. cuius in verſiculi fine temere apud Athenaeum ὁρώρει erat editum, ubi noſtri mssti cum Homeri libris in ὁρώρῃ conſentiebant.

Tepidam aquam ab Athenienſibus μετάκερας dictam fuiſſe, iterum monet Athen. III. 123. e. & pluribus adlatis exemplis ibi probat. Videtur autem iſta vox a vocabulo μετακέρασμα (*mixtio*, *temperamentum*) decurtata; ſignificans quippe ψυχροῦ καὶ θερμοῦ μετακέρασμα καὶ κοινώνημα, ut loquitur Plutarchus, citatus ab H. Steph. in Theſ. II. 139 extr. Conf. Foeſii Oeconom. Hippocr. in Μετακέρασμα.

ERATOSTHENIS verba, quae hic proferuntur, ſane non carent difficultate. Dalechampius quidem, vulgatam tenens ſcripturam, diſſimulato tamen altero φησὶ, latine ſic vertit: *Sic Eratoſthenes dixit*, *Aquoſum & μετάκερας*, id eſt, *tepidum*. CASAUBONUS vero ſatis habuit, dubitationem ſuam ſignificare his verbis: »Cum de aqua tantum dici »vox μετάκερας videatur, quid vocat Eratoſthenes ὑδατρές? Non enim, ſi vinum quoddam dici ſolet οἰνῶδες, »ullam ideo aquam (quae quidem pura aqua ſit, nec me»dicamentoſa) ὑδαρῆ recte dixeris.« Poſt hunc SAM. PETITUS, locum hunc tractans Miſcellaneor. libro V. c. 1. p. 7 ſq. graeca verba ſic citavit, quaſi ſemel tantum φησὶ hic legeretur, tum reliqua ſic corrigenda cenſuit, ὕδωρ ῥέει καὶ μετάκερας, ut adnotaverit geographus Eratoſthenes, *alicubi aquam e fonte tepidam fluere*. Quae emendatio mihi eo magis probabilis viſa eſt, quod non ὑδαρὲς, ſed ὑδαρῆ habent ambo noſtri codices; quod (pro illorum more vocales ει & ι & η perpetuo inter ſe permutandi) perfacile ex ὕδωρ ῥεῖ oriri potuit. Sed quaenam deinde vis inſit particulae καὶ, non video: quae adeo aut delenda fuerit, aut ſtatuendum, aliud quid proxime ante eam intercidiſſe. Quod vero repetitum verbum φησὶ adtinet, ſi utroque loco recte ſtat, referendum fuerit al-

terum ad auctorem eum, e quo hanc partem disputationis *de Aquis* sumsit Deipnosophista, alterum ad ipsum Eratosthenem, cuius verba idem auctor citaverat. Sin importunam atque vitiosam iudicamus istam repetitionem, quidni posteriori loco ex φύσει corruptam potius statuamus, (e quo proclivis erat librariis in φησὶ transitus) quam prorsus abiiciendam?

AD CAP. XV.

Ἀνοφερὰ καλεῖ, ὡς ἀχρεῖα. Il. ι'. 15. & π'. 4.
— — — ὥστε κρήνη μελάνυδρος,
ἥ τε κατ' αἰγίλιπος πέτρης ἀνοφερὸν χέει ὕδωρ.
»Ἀνοφερὰ ὕδατα (ait CASAUB.) interpretatur Athenaeus »ἀχρεῖα: sicut Latinis *atrum* in cuiusque rei vituperatione.« Sed aliter vulgo explicant Interpretes poëtae, ad quos cum Casaubono remittimus lectorem. Quod dein de *fontana aqua* ait, *longos fertilium terrarum tractus perfluente*, id pertinet ad Odyss. ε'. 70 sqq.

Hesiodi versus est ex Ἔργ. 593. (vs. 556. ed. Brunck.) In eo ἀεννάου duplici ν scribunt nostri libri, reclamante metro. PINDARI *versiculi* in Odis non supersunt: in Fragmentis eos retulit Schneider num. XCVIII. Eosdem ex Athenaeo repetiit Eustath. ad Od. κ'. pag. 410. sub fin. adiectâ etiam de *obitu Tiresiae* historiolâ; cuius auctor *Aristophanes*, ab Athenaeo citatus, Grammaticus est Byzantius, saepe & aliâs a Nostro laudatus.

In his quae *de Nili aquis* traduntur, turbavit interpretes quod ait διὸ καὶ λύειν τὰς κοιλίας, quasi dicat, *eam ob caussam alvum mollire Nili aquas, quod dulces sint:* quod absurdum illis videtur. »Nam si ideo alvum solvit »aqua Nili, (inquit CASAUB.) quia dulcis est, cur non »omnia dulcia eamdem vim habent?« — Itaque verba ista ita reddiderat Dalechamp. quasi ἀ λ λ ὰ λύειν scriptum esset, atque etiam sic legendum contenderat. Casaubonus vero καὶ ὅτι λύει legi voluit, quemadmodum est apud Eustath. ad Od. δ'. p. 173. 20. At (ut ab hoc incipiam) licet ibi Eustathius hunc Athenaei locum ob oculos habuerit, tamen istae coniungendi particulae καὶ ὅτι ab eo sic ponuntur, ut praecedens ipsius oratio desiderabat, non ut inde colligi possit, sic eum apud Athen. scriptum reperisse. Et perraro omnino Eustathius suo in codice Epito-

fmes (nam Epitome ſola uſum eſſe conſtat) bonam aliquam reperit lectionem, quae non, ſi minus in omnibus, certe in uno aut altero eorum codicum, qui ad noſtram aetatem pervenerunt, reperiretur. Hoc vero loco libri omnes in vulgatam ſcripturam conſentiunt: quae, verum ſi quaeris, ne debebat quidem ſolicitari. Nam ſi vel maxime ſic nude ac citra reſtrictionem Theophraſtus (e quo haec adfert Athenaeus) ſcripſiſſet, *Nili aquam alvum ſolvere eo, quod dulciſſima ſit;* ferendum hoc erat, cum & errare potuerit Theophraſtus, (nobis autem nunc non tam de re, quam de ſcriptura quaeſtio eſt;) & non magnopere erraturus fuiſſet, quoniam plurima dulcia illam vim habere conſtat. Atqui non nude id dixit, ſed adiectis verbis μίξιν ἔχον (vel ἔχοντα) λιτρώδη ſignificavit, cauſſam cur illam vim ineſſe *Nili aquae* exiſtimaret, hanc eſſe, *quod ſimul dulciſſima eſſet, ſimulque nonnihil nitroſa.* Illud commode habet Euſtath. quod ἔχον ſcribit, ad ὕδωρ relatum, quod etiam ex ed. Baſ. in ſuam editionem recepit Caſaub. Sed quoniam in ἔχοντα, quod ad ipſum *Nilum* referri poteſt, cum editione Ven. non modo noſtri codices mssti conſentiunt, ſed etiam ii quibus Caſaub. uſus eſt, tenendum hoc putavi. Eorumdem codicum, tam noſtrorum, quam Caſaubonianorum, auctoritate λιτρώδη recepi, pro νιτρώδη, quod dabant edd. cum Euſtath. Eadem attica vocis forma cum alibi apud Noſtrum recurrit, tum mox p. 43. a.

Quem locum mox ex THEOPHRASTI libris περὶ Φυτῶν citat, is in Hiſtor. Plantarum lib. IX. cap. 20. his verbis conceptus vulgo legitur: Ἐνιαχοῦ μὲν γάρ φασι τὸ ὕδωρ παιδογόνον εἶναι γυναιξὶν, ὥσπερ καὶ ἐν Θεσπιαῖς. ἐνιαχοῦ δὲ ἄγονον, ὡς ἐν Πύρᾳ. Quo ex loco, pro παιδογόνιον, quod apud Athen. edebatur, παιδογόνον ſcribendum monuit Caſaub. Atque hoc ipſum, ni fallor, indicatur compendioſa ſcribendi ratione, qua in fine vocis utitur noſter codex *b.* Et παιδογόνον recte iam ediderat H. Stephanus, qui hanc Athenaei diſputationem de Aquis & Fontibus (inde ab illis verbis, Κρήνη δὲ ἐν Βοιωτίᾳ, pag. 41. e. uſque ad iſta τὴν τοῦ οἴνου ὀδμὴν, p. 43. f.) inſeruit libello anno MDLVII edito, cui titulus ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου &c. pag. 147 ſqq. In noſtro cod. *a.* quidem παιδογονίας diſtincte ſcriptum; cui ſi adiectum αἴτιον eſſet, nihil utique deſiderares. Vocabulum παιδογό-

νιος (ut taceam, nuſquam alibi reperiri) per ipſam ſuam f formam non poterat *activam* illam notionem habere, quae huius loci erat, quaeve vocabulo παιδογόνος ineſt, quod idem prorſus valet ac παιδογονίας αἴτιος. Ad παιδογόνον hoc loco e Theophraſto γυναῖ adiectum malles cum Caſaubono; ſed eam quidem vocem, quam ignorant Athenaei libri omnes, nullo incommodo omittere potuit Deipnoſophiſta. Pro Πύρᾳ apud Theophr. & pro Πύῤῥᾳ apud Ath. reſtituendum utrobique Πυραίᾳ vel Πυῤῥαίᾳ cenſuit Bodaeus a Stapel ad Theophr. p. 1167. & p. 1172. ſcilicet ex Plinio, XXXI. 2, 7. ubi, *In Pyrrhaea*, inquit, *flumen, quod Aphrodiſium vocatur, ſteriles facit.* Eumdem Plinii locum cum noſtro etiam contulerat CASAUBONUS; qui quod dein ſubiicit: » Legit Plinius apud Theophraſtum ἐν » Πυραίᾳ, non ἐν Πύῤῥᾳ. « — ex Plinii quidem verbis tuto colligi non poterat, legiſſe eum ἐν Πυῤῥαίᾳ in eodem Theophraſti loco, quem Athenaeus hic reſpexit: quod ſi enim totum Plinii locum inſpexeris, intelliges, aut alium praeter Theophraſtum auctorem ibi ob oculos habuiſſe Plinium, aut certe alium Theophraſti locum. Neque vel ex Strabone vel ex Stephano Byz. (ad quos provocant) efficias, debuiſſe h. l. Πυῤῥαίᾳ ſcribi, quod alter *univerſae Theſſaliae*, alter *partis Theſſaliae*, *vetuſtum nomen* fuiſſe tradit. Gravius aliquanto eſt, quod apud ipſum Theophraſtum de Cauſſis Plant. II. 8. (ubi non modo de eâdem re agitur, ſed & ad id, quod in libris de Hiſt. Plant. dictum eſt, provocatur) περὶ τὴν Πυραίαν vulgo ſcribitur. At potuit uno loco Πυραίαν vel Πυῤῥαίαν ſcribere Theophraſtus, altero Πύῤῥαν: &, non modo Πυῤῥαίαν, ſed & Πύῤῥαν dictam fuiſſe Theſſaliam, ex Rhiano docet Apollonii Rhodii Scholiaſtes ad III. 1089. Et oppidum Magneſiae Theſſalicae, cui *Pyrrha* nomen, memorat Plin. IV. 9, 16. cuius oppidi regio potuit a Theophraſto Πυῤῥαίας nomine deſignari. Quare, quamquam lubens largior, potuiſſe apud Athen. facile a librariis Πυῤῥαίᾳ in Πύῤῥᾳ decurtari, nihil tamen mutandum cenſui, cum praeſertim in Πύῤῥᾳ hoc loco libri omnes, editi ſcriptique, & mox dein rurſus manu exarati omnes conſentiant.

Pergit Deipnoſophiſta: καὶ τῶν γλυκέων δὲ, φησὶν, ὑδάτων ἔνια ἀγονα ἢ οὐ πολύγονα· ὡς τὸ ἐν Φέτᾳ, καὶ τὸ ἐν Πύῤῥᾳ. Quae verba Theophraſti eo conſilio adiecit Athenaeus, quoniam notabile hoc ei viſum erat, quod non

f modo nitroſae aut id genus aquae, verum etiam *dulces nonnullae*, exitioſam illam vim habere tradantur ſterilitatem adferendi, aut certe minuendi fertilitatem. Non eſſe autem haec verba ex eodem Theophraſti loco ducta, unde iſta de quibus modo egimus, ipſa loci inſpectio docet. Nec vero ex alio eiuſdem auctoris libro qui hodie ſuperſit, deſumta ſunt: ſed haud dubie (quod etiam Dalechampius adnotavit) in libro paulo ante citato Περὶ Ὑδάτων illa ſcripſerat Theophraſtus; quo ſcilicet libro ex profeſſo de diverſis Aquarum viribus egerat diſertus ille naturae interpres. In eiſdem autem verbis nihil variant apud Athenaeum libri, niſi quod pro Πύῤῥα, quod hic rurſus communi conſenſu & noſtri codices & Caſauboniani dedere, neſcio quo ſive caſu ſive conſilio Ταῤῥία erat editum. Pro ἄγονα & πολύγονα ſuſpicatus olim eram ἄτροφα & πολύτροφα h. l. ſcriptum oportuiſſe, quemadmodum apud Theophr. de Cauſſ. Plant. II. 8. eſt ἢ ὅλως ἄτροφον, ἢ μὴ (ſic enim ibi pro εἰ μὴ ſcribendum) τελεσφόρον: ut ἄτροφα nunc ad ea pertineret *quae e terra gignuntur*, ſicut ſuperius ἄγονα ad *animantes*. At nihil opus erat ſolicitare vulgatum: nam, & verba hìc citata non eſſe ex illo Theophraſti loco deſumta adparet, & ab eodem Theophraſto τὸ ἄγονον promiſcue ad *animantes* & ad *plantas* refertur: ſic, verbi gratia, de Cauſſ. Plant. II. 7. ἄτροφα, ait, καὶ ἄγονα φυτῶν: ibidemque paulo poſt, καὶ ζώων καὶ φυτῶν ἄγονα. De Πύῤῥα iam paulo ante dictum. De Φέτα, cuius nuſquam alibi mentio occurrit, latus coniecturis locus eſt. Dalechampius, ἐν Οἴτῃ legendum cenſens, nil adtulit quo coniecturam ſuam firmaret. At confectam rem nuperus Gallicus interpres contendit eo, quod apud Theophr. Hiſt. Plant. IX. 11. *cum Pyrrhaea* (ut ait) *Oeta iungatur.* Qui (quum apud hunc auctorem l. c. ubi non de *Aquis*, ſed de *Elleboro* agitur, ſic ſcriptum legatur: ἀλλὰ πρὸς τὴν Πυλαίαν οἱ ἐκ τῆς Οἴτης συλλέγουσι· - - - μοναχοῦ δὲ φύεται τῆς Οἴτης περὶ τὴν Πυράν.) ſi pro Πυλαίαν, Πυραίαν ſcriptum oportuiſſe cenſuit, docere nos debebat, quo fundamento nitens pro certo & confecto id ſumſerit; aut quo pacto id, quod in quaeſtione verſabatur, adhibita ſumtione non minus controverſa extra dubitationem collocari potuerit: ſive pro περὶ τὴν Πυρὰν, περὶ τὴν Πύῤῥαν aut Πυῤῥαίαν legit, Livium adeat XXXVI. 30. aut Hemſterhuſium ad Luciani Timon. c. 6. qui eum do-

ceant, quaenam illa Πυρὰ ſit, quam dixit Theophraſtus. — »Φεραῖς fortean, aut Ἀφέταις, (ait CASAUB.) »ſcripſerat Theophraſtus.« — quorum oppidorum utrumque Theſſaliae fuit, & Ἀφέται quidem eiuſdem Magneſiae Theſſalicae, in qua *Pyrrha* oppidum a Plinio memoratum ſupra diximus. Poteras etiam Φενεῷ conjectare, quod Arcadiae oppidum ſatis notum eſt, cuius etiam Plinius eodem loco, quo de Aquis agitur, mentionem fecit. XXXI. 5, 30.

αὐχμῶν δέ ποτε γενομένων περὶ τὸν Νεῖλον &c. Repetiit a haec ex Noſtro Euſtathius ad Il. λ'. p. 762. 22. Plinius vero, XXXI. 4, 29. eumdem, ut videtur, Theophraſti locum ob oculos habens: *Nili rigua*, inquit, *pluviae amara fecere, magnâ peſtilentiâ Aegypti.* Quem ſi ſequaris, ſtatuendum erit, aut intercidiſſe aliquid in noſtris libris, aut pro αὐχμῶν (quae eſt *ſiccitas ex vehementi aeſtu*) ὄμβρων oportuiſſe.

μεταβάλλειν τέ φησι. *Ait*, nempe *Theophraſtus*, e cuius libro περὶ Ὑδάτων & ſuperiora ducta ſunt, & quae ſequuntur. Pro ἁλυκὸν, mendoſe h. l. ἁλυκὸν habent tres editt. Caſaub. (ſic & paulo poſt bis habet ed. Ven. quae h. l. verum tenuit cum noſtris msstis;) tum κατὰ pro καθὰ ſola poſtrema ed. Caſ. Quibus ſublatis mendis, vereor tamen ne vel ſic nondum ſatis emendata oratio ſit; cum qua conferendus eſt Plinius XXXI. 5, 30. Mox, cum in ed. Ven. & Baſ. conſentientibus msstis in hunc modum legeretur, καθὰ τὸν ἐν Κιθαιρῶνι. παρ' ᾧ Ζηνὸς Ποσειδῶνος ἱερόν ἐστι: editor quidem Venetus, poſt Κιθαιρῶνι *ſtellulam* poſuit, defectus ſignificandi cauſſa; Natalis vero Comes latine ſic vertit, quaſi nihil deeſſet: *Sicut qui in Cithaerone eſt, apud quem Iovis Marini templum eſt erectum.* At lacunam, quae erat in Graecis verbis, diſertior interpres doctiorque Dalechampius perſpecte e Plinio ſic explevit: *ut ad Cithaeronem, ubi Iovis, & in Caria, ubi Neptuni delubrum eſt.* Scilicet Plinius (loco modo citato) praetermiſſa quidem Cithaeronis mentione, & Iovis templi, peropportune eam ipſam partem verborum Theophraſti, quae apud Athenaeum interciderat, conſervavit, cum ait: *Et in Caria, ubi Neptuni templum eſt, amnis, qui fuerat ante dulcis, mutatus in ſalem eſt.* Ex eodem Plinio dein Caſaubonus graeca ea verba effinxit, & in contextum recepit, quae exhibuimus; de quo ſupplemento, aut de lacuna

a quae in Graecis libris erat, mireris eumdem Casaubonum ne uno quidem verbo in Animadversionibus monuisse lectorem: cuius silentii ea, puto, causa fuit, quod eadem graeca verba cum in ora alicuius libri aut in excerptis lectionibus, quibus ille usus est, e docti cuiusdam viri emendatione adnotata inveniret, pro vetusti alicuius codicis scriptura habuerit, eâque tam evidenter verâ, ut non modo absque cunctatione in contextum recipienda, sed ne ulla quidem adnotatione indigere ipsi viderentur.

AD CAP. XVI.

Ἄλλα δέ. Sic recte dedere nostri codices, non Τἆλλα δὲ, ut erat editum. τὸ ἐν Τροιζῆνι. De *aquis in Troezene* illud adnotavit Plinius, quod *earum culpa omnium pedes vitia sentiunt.* XXXI. 2, 8.

b Ad ἐννενήκοντα ἓξ recte Dalech. e graecorum usu vocabulum δραχμὰς intellexit. Mira vero & incredibilis est differentia, cum legimus, cotylam aquae Pangaei montis hieme *nonaginta sex* drachmas pendere, aestate nonnisi *quadraginta sex.* Ea causa eumdem DALECHAMPIUM commovit, ut, merâ quidem ex coniecturâ, (nam nec alium testem invocat, & codice manuscripto nullo se usum esse ipse in Praefatione profitetur; quem etiamsi habuisset, nihil hîc ab editis discedentem reperturus erat:) pro *quadraginta sex, sexaginta sex* poneret, hac adiecta adnotatione: »Cotyla continet cyathos sex: cyathus sescunciam »& scriptula quatuor. Cyathi sex efficiunt drachmas se»ptuaginta octo. Aqua Pangaei hyeme gravior est reli»quis, unciis duabus & totidem drachmis; aestate levior »sescuncia.« Absque animadversione hunc locum praetermisit Casaub. In proxime seqq. verbis συστέλλει δὲ αὐτὸ, ex msstis αὐτὸ restitui; pro quo cum vitiose ed. Ven. & Bas. αὐτὸς haberent, suo arbitratu αὐτὰ ediderat Casaub.

Διὸ καὶ ἐν τοῖς γνώμοσι ῥέον. »Sine exemplo, quod equi»dem meminerim, (ait CASAUB.) γνώμονα pro *horologio»rum eo genere* posuit Athenaeus, *quod horas fluxu aquae »indicat.* Gnomonice, exposita Vitruvio in nono libro, circa umbrarum rationem tota versatur. Sed auctor speciei »nomen γενικῶς usurpavit. Itaque τὸ ἐν τοῖς γνώμοσι ῥέον »ὕδωρ, est *aqua fluens in horologiis*, quae proprie *clepsydrae*

» vocantur. « — At per ipſum veriverbium, vocabulum b γνώμων (nempe τῶν ὡρῶν, id eſt, *horarum index*) perapte de *quovis genere horologiorum* uſurpari potuit. Qua occaſione, cum *Athenaeum* rariore notione illo vocabulo uſum eſſe dicat Caſaubonus, iterum iterumque monitum velim lectorem, ut, ſive de rebus agatur, quae toto hoc Athenaei opere tractantur, ſive de ſtylo ac dicendi formulis, meminerit, vix centeſimam partem *ipſius Athenaei* eſſe; reliqua omnia, cum res, tum verba, iis auctoribus eſſe tribuenda, e quibus excerpta haec omnia congeſtaque nobis adpoſuit Deipnoſophiſta.

ὡς καὶ τὸ θαλάσσιον, θερμοτέραν ἔχον τὴν φύσιν, καὶ μὴ ὅμοιον πάσχον. Ad priora verba ὡς καὶ τὸ θαλάσσιον, intelligi par eſt e proxime praecedentibus, πλείονος δεῖται κατεργασίας, *coctione indiget diligentiore.* Quo ex loco colligi videtur, haud incognitam fuiſſe veteribus rationem, aquam marinam coquendo potabilem aliquatenus reddendi: quam tamen nonniſi fere ad medicatos uſus videntur adhibuiſſe, de quibus conſuli Plinius poteſt XXXI. 6, 33. Poſtrema verba, καὶ μὴ ὅμοιον πάσχον, ad literam ſonant, *nec ſimiliter adficitur;* quod quo referretur cum non viderem, paulo commodius, nec vero minus ex uſu graeci ſermonis ſic converti poſſe putavi, *ſed illam qualitatem non habet;* qualitatem autem intellexi *terrenam*, de qua modo dixerat, τὸ δὲ ἁλυκὸν ὕδωρ, γεωδέστερόν ἐστι. Quod recte-ne, an ſecus, a nobis factum ſit, iudicet peritus lector; aut videat, magis-ne ſatisfaciat Gallicus interpres, felix ingenium, cui nihil obſcurum, nihil abſconditum, omnia aperta, certa omnia. Eius interpretatio totius huius loci haec eſt: *L'eau ſéléniteuſe* (ſic enim intelligendum τὸ ἁλυκὸν ille contendit, quod graecis omnibus idem ac τὸ ἁλμυρὸν valet) *eſt plus terreuſe que les autres, & d'une coction plus difficile: c'eſt ce que prouve l'eau de la mer, qui, quoique naturellement d'une qualité plus chaude, ne s'échauffe pas ſur le feu en même raiſon.*

μόνον δ' ἀτέραμνον τῶν ἁλυκῶν, τὸ τῆς Ἀρεθούσης. *Una* c *vero omnium ſalſarum prorſus indomita eſt Arethuſae aqua.* Cum plures variis in regionibus memorentur *Arethuſae* fontes, quorum celeberrimus ille eſt, qui Syracuſis in Sicilia fluebat, de quo mira etiam multa narrantur; de eo ipſo fonte hic agi ſtatuerunt interpretes Dalech. & Caſaub. Quo ſumto, illud oriebatur incommodum, ut, quo-

c niam potu iucundam nec ſalſam utique fuiſſe Arethuſae illius aquam ſatis conſtat, (quod etiam diſerte Strabo docet lib. VI. p. 271. ed. Caſ. cum quo conf. quae notavit Hemſterh. ad Lucian. Dial. Marin. III. 2.) pro τῶν ἀλυκῶν, τῶν μὴ vel οὐχ ἀλυκῶν corrigere cogerentur: cuius remedii violentia eo magis etiam importuna hoc loco videri debebat, quod totius orationis connexio indicare videbatur, *non* de *dulci aqua*, ſed de *ſalſa*, eodem hoc loco loqui voluiſſe auctorem. Accedebat alterum incommodum, de *inſigni prae caeteris* ἀτεραμνίᾳ, id eſt, *ad coquendum & ad concoquendum difficultate*; (conf. Foeſii Oecon. Hippocr. in voc. Ἀτέραμνος) quae immerito utique tribui illius Arethuſae aquae videri debuit. Quas effugiſſent difficultates, ſi, ut a Gallico interprete prudenter factum video, aliam circumſpexiſſent *Arethuſam*, in quam revera caderent ea, quae hic conſentientibus libris omnibus leguntur. Atqui eam in Armenia maiore erant reperturi, in qua *nitroſum lacum* fuiſſe, cui *Arethuſa* nomen, Plinius memorat, II. 103, 106. quem eumdem lacum *omnia illata pondera ſuſtinere*, & *nitrum nebulis exhalare* ſcribit idem Plin. VI. 27, 31. Alii quidem Arethiſſam vel Artiſam eum lacum, alii aliter vocant, ut monuit Salmaſ. ad Solin. p. 489 ſq. quos nunc non moror; illud unum monere contentus, ſi integrum haberemus hunc Athenaei librum, adiectam fortaſſe viſuros nos fuiſſe notam aliquam, qua caveretur, ne iſtam *Armeniae maioris Arethuſam* cum aliis Arethuſis confunderet lector.

ἐν Κραννῶνι δ' ἐστὶν ὕδωρ ἡσυχῇ θερμὸν, ὃ θερμαῖνον διατηρεῖ κραθέντα τὸν οἶνον ἐπὶ δύο καὶ τρεῖς ἡμέρας. Pro vulgato Κραννῶνι a Brunckio adnotatum Κράνωνι video; neſcio an ex cod. noſtro *b*. quem ille olim tractaverat, e quo tamen in notulis noſtri cauſſa excerptis nihil ad hunc locum adnotatum reperio. Quidquid ſit, utrumque rectum fuerit: nam quamquam in Theſſalici illius oppidi nomine magis vulgata ſcriptura Κράνων eſt, cum apud alios auctores, tum apud Steph. Byz., tamen apud eumdem Stephanum in loco e Strabone citato Κρανὼν dare msstos libros docuit Holſtenius. Sequentibus in verbis iungendam putavi codicum noſtrorum ſcripturam cum edita, alteramque ex altera ſupplendam. Orationis autem ſtructuram talem intellexi, ὕδωρ ἡσυχῇ θερμὸν, ὃ θερμαῖνον τὸν κραθέντα οἶνον, διατηρεῖ (ſcil. αὐτὸν θερμὸν)

ἐπὶ δύο &c. id eſt, *aqua leniter calida, quae calefaciens vi-* c
num cum ea mixtum, conſervat illud calidum &c. Caſaubonus, ſcriptorum librorum nullam faciens mentionem, veluti ſua de coniectura ſic ſcribendum cenſuit: ἥσυχῇ θερμαῖνον, ὃ θερμὸν διατηρεῖ &c. quod ſi cui commodius videtur, cum eo equidem minime pugnabo. Eamdem rem, eumdem cum Athenaeo auctorem (qui etiamnum Theophraſtus eſſe videtur) ſecutus Plinius, his verbis expreſſit: *Cranone eſt fons calidus citra ſummum fervorem, qui in vinum additus triduo calorem potionis cuſtodit in vaſis.*

διὸ καὶ τῶν ὀμβρίων βελτίω, καὶ τὰ ἐκ κρυστάλλου δέ. d
Dalechampius vertit: *Eadem ratione coeleſtis aqua melior eſt, & quae liquatur e glacie;* in eamdemque ſententiam Gallicus interpres. Qui non viderunt, pro iſta ſententia τὰ ὄμβρια oportuiſſe, non τῶν ὀμβρίων. At nihil mutandum, modo recte interpreteris. Dixerat, διὰ τοῦτο καὶ τὰ ἀπὸ τῆς χιόνος (ſcil. ὕδατα) δοκεῖ χρηστὰ εἶναι: ad iſta verba referuntur haec, διὸ καὶ τῶν ὀμβρίων βελτίω, ſcil. εἰσὶ τὰ ἀπὸ τῆς χιόνος, id eſt, *quapropter aquae e nive liquatae, meliores etiam ſunt quam pluviales.* Quam in ſententiam Plinius, eadem graeca verba reſpiciens, ait, *Ideo & nives praeferunt imbribus.* Scilicet, licet leviſſima aliâs cenſeri ſoleat imbrium aqua, tamen ei praeferunt aquam e nive; quia nempe, ut modo dixit Athenaeus, continet nix id *quod maxime potabile eſt,* (vellem addidiſſet *leviſſimum* vel *ſubtiliſſimum*, quod fortaſſe ab Epitomatore omiſſum) *idque ab aëre percuſſum:* quam in partem Plinius XVII. 2, 2. ait, *nives liquorem praebere purum leviſſimumque, quando nix aquarum coeleſtium ſpuma eſt.* Pergit dein Noſter, καὶ τὰ ἐκ κρυστάλλου δὲ, ſcil. βελτίω τῶν ὀμβρίων. id eſt, *atque etiam quae e glacie liquantur aquae, praeſtare cenſentur imbrium aquis.* Verum iſta quidem verba Plinius eodem loco ita reddidit, ac ſi non τὰ ἐκ κρυστ. ſed τῶν ἐκ κρυστάλλου legiſſet; nam cum dixiſſet, *Ideo & nives praeferunt imbribus*, ſubiicit, *nivibusque etiam glaciem:* quod minus commodum videtur.

τὸ γοῦν τῆς ἐν Βαβυλῶνι λίμνης, ἐρυθρὸν γίνεται ἐπί e
τινας ἡμέρας. Plinius XXXI. 5, 30. *Mutantur & colores aquarum: ſicut Babylone lacus aeſtate rubras habet diebus undecim.* Graeca vero verba ex Athenaeo ſic repetiit Euſtath. ad Iliad. λ'. p. 762. l. 21 ſq. ut intelligas, non magis ipſum ſuo in codice, quam nos in noſtris, adiectam

e vocem θέρεος (quae ab Epitomatore praetermiſſa videtur) reperiſſe.

τὸ δὲ τοῦ Βορυσθένους, κατά τινας χρόνους ἰοβαφὲς, καίπερ ὄντος καθ' ὑπερβολὴν λεπτοῦ. Graeca verba uſque ἰοβαφὲς pariter habet Euſtath. eodem loco, quo ſuperiora. Latine omnia Plinius l. c. ſic expreſſit: *Et Boryſthenes aeſtatis temporibus caeruleus fertur, quamquam omnium aquarum tenuiſſimus.* Quae apud Athenaeum ſequuntur verba, cum ſatis emendata dediſſent ſcripti libri, in editis varie alterata ſunt & corrupta, partim negligentia, partim intempeſtiva ſedulitate Editorum. In ed. Ven. erat: σημεῖον δὲ τοῦ ὑπάνιος ἐπάνω γίνεται διὰ κουφότητα τὴν ἐν τοῖς βορείοις. In ed. Baſ. σημεῖον δὲ τοῦ ἐπάνω γίνεται, διὰ κουφότητα τὴν ἐν τοῖς βορείοις. ſcil. perperam omiſſo nomine ὑπάνιος. Eamdem ſcripturam H. Stephanus ſecutus eſt. Denique Caſaub. ſua auctoritate ſic edidit: σημεῖον δὲ τούτου, τὸ ἐπάνω Ὑπάνιος νήχεσθαι, γίνεται διὰ κουφότητα τὴν ἐν τοῖς βορείοις. In Animadverſionibus vero idem Caſaubonus monuit quidem, τὴν ἐν τοῖς βορείοις verti debere *flantibus Aquilonibus*, non (ut a Dalecampio factum) *in locis ſeptentrionalibus*: caeterum nec de mutatione Graecis verbis a ſe illata, nec de ſuperiorum editionum lectione, nec de codicum manu exaratorum ſcriptura, vel uno verbulo monere dignatus eſt lectorem. Atqui codices mssti id ipſum dedere, quod dedit Venetus editor; niſi quod hic, cum, quid eſſet τοῖς βορείοις, parum intelligeret, ſuo ex ingenio duas voces τὴν ἐν adiecit, quas recte ignorant mssti. Et in ipſa illa codicum ſcriptura, quam eamdem verbum de verbo recepi, nihil admodum deſideres; niſi forte particulam ὅτι poſt σημεῖον δὲ poſitam malueris, quemadmodum paulo ante dixit, σημεῖον δ' ὅτι καὶ ὁ κρύσταλλος: ſed poterat etiam abeſſe ea particula, quemadmodum in illis exemplis abeſt, quae e Polybio in Lexico Polybiano (ſub voce Σημεῖον) a nobis indicata ſunt. Ac poſtulare quidem videbatur cultior ſermonis graeci uſus, ut, abſente particula ὅτι, deinde γὰρ poneretur, hoc modo: σημεῖον δὲ· τοῦ γὰρ Ὑπάνιος &c. ſed potuit etiam iſta vocula (ab Epitomatore ſaltem) citra graviorem culpam omitti. Quod ſi pro γίνεται, νήχεται dediſſent ſcripti libri, lubens utique accepiſſem. Sic Plinius loc. cit. de Boryſthene loquens, *ideoque innatans*, ait, *Hypani*: at idem valet

id quod dant apud Athenaeum libri omnes, τοῦ Ὑπά- e
νιος ἐπάνω γίνεται. Quod Casaub. monuit, ἐν τοῖς βορείοις (scil. ἀνέμοις) valere *flantibus aquilonibus*, recte provocavit ad Aristot. Problem. XXIII. 9. At nil opus erat adiecta ἐν praepositione, quae percommode poterat abesse, & plerumque abest in illa dicendi formula. Sic sane in eodem Aristotelis loco paulo post habes τοῖς δὲ βορείοις absque praepositione: &, esse in hoc genere hunc morem loquendi frequentiorem, observaverit quisquis non hospes est in graecorum scriptorum lectione. Sic τοῖς ἑτησίοις vidimus apud Polyb. IV. 44, 6. sic in sing. βορέῃ ἀνέμῳ est apud Herodot. VI. 139. & apud Hippocr. de Aëre, Locis & Aq. T. I. p. m. 284. τοῖσι νοτίοισι, τοίσι βορέοισι. Pro eo, quod apud Athenaeum scribitur, *flantibus aquilonibus Hypani superiorem fieri Borysthenem*, vice versa Plinius, nec absimili tamen sententia, verbis supra adlatis haec subiicit: *In quo illud mirabile, austris flantibus superiorem Hypanim fieri.* De *Hypani* vide mox rursus Nostrum p. 43. d.

AD CAP. XVII.

Πολλαχοῦ δ' εἰσὶ κρῆναι, αἱ μὲν ποτιμώτεραι, καὶ οἰνωδέστεραι· ὡς ἡ περὶ Παφλαγονίαν. Quod hîc οἰνώδες vocat, id ipsum mox dein τὸ ὀξὺ dicit: quo magis adparet, de eis aquis hic agi, quae *aciduiae* vocari solent: de quibus Plinius agens II. 103, 106. eumdem *Paphlagoniae* fontem, de quo Noster loquitur, commemorat: *Lyncestis* (inquit) *aqua, quae vocatur acidula, vini modo temulentos facit: item in Paphlagonia.* Eiusdem fontis Vitruvius, Casaubono citatus, meminit: (VIII. 3. extr.) *Sunt etiam fontes ut vino mixti: quemadmodum est unus Paphlagoniae, ex quo etiam sine vino potantes fiunt temulenti.* Quod autem hic legitur αἱ μὲν ποτιμώτεραι, i. e. *alii* (fontes) *potabiliores*, refertur ad id ipsum quod mox sequitur, ἁλμώδεις δ' ἅμα τῷ ὀξεῖ, quod idem valet ac si dixisset ἄλλαι δ' ἁλμώδεις ἅμα τῷ ὀξεῖ (intell. εἰσὶν) ἐν Σικ. *alii vero simul cum acido sapore salsuginosi*, adeoque minus potabiles. Pro πρὸς ἣν φησι, φασὶ adnotavit Brunck, i. e. *aiunt;* quod percommodum utique foret: sed φησὶ, in quod consentiunt libri, ut persaepe in hac disputatione, sic & hoc loco non minus commode sive ad Athenaeum referri potest,

e quem id *dicere* aiat Epitomator, ſive ad Theophraſtum aliumve auctorem, quem id *tradere* dicat Athenaeus.

Quem ἐν Σικανοῖς τῆς Σικελίας *fontem* memorat, *aciduſam aquam* fundentem, eamque *ſimul ſalſam*; eiuſdem meminit Antigonus Caryſtius Hiſtoriar. Memorab. cap. 154. edit. Becm. auctorem Lycum Rheginum citans: Λύκον δὲ τὸν Ῥηγῖνον λέγειν, τὴν μὲν ἐν τῇ Σικανῶν χώρᾳ (κρήνην) φέρειν ὄξος, ᾧπερ ἐπὶ τῶν ἐδεσμάταν χρῶνται. Quibus fortaſſe verbis nitens Salmaſius ad Solin. p. 89. ubi Athenaei hunc locum citat, ἅμα τῷ ὄξει pro ἅμα τῷ ὀξεῖ ſcripſit: quae novatio non modo parum neceſſaria, ſed ne commoda quidem erat. Nam ſicut apud Caryſtium percommode τὸ ὄξος ſtabat, id eſt *acetum*; ſic apud Noſtrum cum τῷ οἰνώδει & ἁλμώδει, quae praecedunt, aptius conveniebat adiectivum pro ſubſtantivo poſitum, τὸ ὀξύ, quod *acidum ſaporem* ſignificat. De Σικανοῖς, cum ſatis conſtet univerſam Siciliam olim *Sicaniam* fuiſſe dictam, monuit CASAUBONUS: »fuiſſe *Sicaniam* etiam peculiare nomen »cuiuſdam particulae; iſtamque Sicaniam haud procul »Agrigento fuiſſe, e Stephano Byzant. videri conſtare.« Nempe Stephanus: Σικανία· inquit, ἣ περίχωρος Ἀκραγαντίνων. Alii quidem etiam *oppidum* commemorant, cui *Sicania* nomen, in Agrigenti vicinia, ut notavit Scholiaſt. Lycophr. ad vſ. 951. ubi ad ipſius etiam Lycophronis provocat auctoritatem, ſcil. ad ea quae vſ. 870. ſcripſerat ille poëta.

ἐν τῇ Καρχηδονίων ἐπικρατείᾳ &c. Eiſdem verbis Ariſtoteles de Mirabilib. Auſcult. cap. 123. (ed. Becm.) Ἐν τῇ ἐπικρατείᾳ (inquit) τῶν Καρχηδονίων - - - κρήνην ἐλαίου φασὶν εἶναι. Eumdem fontem alii in agro Agrigentino in Sicilia, alii prope Mytiſtratum Siciliae oppidum ponunt: qui omnes amice inter ſe conſentiunt. Quam enim *Carthaginienſium ditionem* Ariſtoteles dixit, ea ditio in Sicilia inſula intelligenda erat: quod non obſervaſſe videtur Caſaubonus, qui poſtquam Ariſtotelis verba modo dicta adpoſuerat, continuo iſta Vitruvii ſubiecit: [VIII. 3.] *Item Carthagini* (ſive *Carthagine*) *fons eſt, in quo natat inſuper oleum*, &c. tum illa Sotionis, [ex libello περὶ Ποταμῶν καὶ Κρηνῶν καὶ Λιμνῶν, p. 141. ed. H. Steph.] Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ, κατὰ Καρχηδόνα κρήνην εἶναι ἐλαίου &c. nulla adiecta animadverſione, qua moneret, falſos eſſe Vitruvium & Sotionem, cum *prope Carthaginem* ponerent,

quod *in Sicilia* erat quaerendum. De quo errore Salmaſius monuit ad Solin. p. 89. & Becmann ad Ariſtot. l. c. & Antigoni Caryſtii interpretes ad cap. 154. Simillimum Stephani Byzantini errorem, aut eius qui opus illius in Epitomen redegit, notavimus olim ad Appiani Hiſt. Hiſp. cap. 33. & ad Polyb. I. 24, 10 & 11.

Quod ait ὃ ἀποσφαιροῦντες, Dalechampius nude *quo ex-* f *cepto* vertit; Salmaſius vero (loc. cit.) iſto verbo indicari modum exiſtimavit, quo oleum illud ab incolis eius regionis colligebatur. Scilicet, quod Plinius XXXV. 15, 51. dicit, ubi de oleo illo loquitur, quod *pingue bitumen liquoris oleacei* vocat: *Incolae id arundinum paniculis colligunt, citiſſime ſic adhaereſcens;* aut, quod paulo pluribus verbis Solinus cap. 5. complexus eſt, *hoc pingue* (*oleum*) *haeret arundinum comis de aſſiduo volutabro, e quarum capillamentis legitur unguentum;* id ipſum Salmaſius exiſtimavit apud Athenaeum ἀποσφαιροῦσθαι dici, id eſt, *volutatis in ſumma aqua harundinum panniculis adhaereſcere illud oleum, ac ſic colligi.* Quorum mihi quidem nihil reperire in verbo ἀποσφαιροῦν licuit, quod & vi originis & per. ipſam ſuam formationem nihil aliud hoc loco ſignificare poſſe videtur, niſi σφαίρας ποιεῖν, id eſt, *globulos* vel *pilulas facere:* quae dictio, σφαίραν ποιεῖν, eiuſque ſynonymum, συστρογγύλλειν, iocoſo quodam ſenſu infra occurrit, IV. 165. e. ubi homo, *qui bona ſua abligurivit*, dicitur σφαῖραν πεποιηκέναι τὴν οὐσίαν, καὶ συνεστρογγυλκέναι, id eſt, *bona ſua veluti in pilulam conglobata devoraſſe*, ut commode reddidit H. Steph. in Theſ. III. 1160. h. Igitur ſilentio praetermittens Athenaeus, aut certe Epitomator, rationem colligendae illius pinguedinis, ait, *globulis ex ea factis uti incolas* πρὸς τὰ πρόβατα καὶ τὰ κτήνη: quod Plinius, *ad ſcabiem iumentorum*, dixit; Solinus vero, *unguentum medicum contra armentarios morbos;* Antigonus Caryſtius, δύνασθαι, ait, φύματα καὶ ψώραν ἰᾶσθαι, *vim habere tubercula ſcabiemque ſanandi.* — Haec ſcripſeram, cum verbum illud ἀποσφαιροῦντας eâdem fere ratione, qua a nobis, a Gallico interprete redditum vidi: *les gens du pays l'enlèvent par globules.*

Ἐν Αἰγαῖς τῆς Κιλικίας. Ex pluribus oppidis, quibus Αἰ- a γαὶ nomen, primo loco *Aegas Ciliciae* nominavit Steph. Byz. Et apud Strabonem quidem, XIV. 676. b. mutatâ pauliſper terminatione Αἰγαῖαι vocatur id oppidum; ſed

a alii auctores (quorum teſtimonia Cellarius in Geogr. Antiq. collegit) in Αἰγαὶ nomen conſentiunt. Quare per ſe nihil habet vulgata apud Noſtrum ſcriptura, quod ſuſpectam eam reddere debeat. Sed *calidarum aquarum* apud *Aegas Ciliciae* nemo alius, quod ſciam, ſcriptor mentionem fecit: at *Segeſtae* vel *Egeſtae in Sicilia* (Graecus ſcriptor diceret ἐν Αἰγέστῃ Σικελίας, vide Plutarch. Mor. p. 315. c. d. & Strab. XIII. 608. b.) haud dubie erant calidae aquae, θερμὰ λουτρὰ Ἐγεσταῖα vel Αἰγεσταῖα. Diodor. Sic. IV. 23. Strab. V. 275. a. Antonini Itiner. p. 91. Et, quemadmodum Athenaeus noſter ait *dulces* eſſe (id eſt, *potui aptas*) eas aquas de quibus hic agitur, ſic Egeſtaeas aquas *potabiles* eſſe diſerte Strabo l. c. obſervavit. Iam, quam facile ex Αἰγέστῃ Σικελίας a librariis effingi Αἰγαῖς τῆς Κιλικίας potuerit, nil adtinet dicere. Accedit, quod Plinius XXXI. 6, 32. ubi eaſdem, quas continuo deinde Athenaeus nominat, aquas commemorat, quae ſunt *in Lariſſa Troade*, *Magneſia*, *Melo*, *Lipara*, ibidem eiſdem praemittit *aquas* quae ſunt *in Segeſta Siciliae*; ut eumdem, e quo ſua Athenaeus hauſit, ob oculos habuiſſe auctorem videatur: nam quod ibi Plinius non, ut hoc loco Athenaeus, aquas iſtas ut *dulces* commemorat, ſed hoc ait, eſſe illas *calidas* quidem, *nec* vero *medicatas*; non adeo multum intereſſe videtur. Sed hoc qualecumque ſit, ſatis ſubeſſe cauſſae mihi viſum erat, cur ὡς τὰ ἐν Αἰγέστῃ (ſic enim in Nota ſub contextu noſtro poſitum volueram, non ὡς τὰ περὶ Αἰγέστην) Σικελίας ſcripſiſſe Athenaeum h. l. ſuſpicarer. Sed quoniam, ut initio dixi, eſt revera etiam *Ciliciae* oppidum, *Aegae* dictum; vix credibile forſan videatur, tam docte peccaſſe librarios, aut fortuito caſu ita factum eſſe, ut hi, cum in utroque & oppidi & regionis nomine (Αἰγέστῃ & Σικελίας) a vero aberraverint, in iſtam potiſſimum ſcripturam per ſe ſpecioſam inciderent. Itaque altera ſimul occurrebat ſuſpicio, utrumque fortaſſe oppidum nominatum hoc loco fuiſſe ab Athenaeo, librarium autem fugitivo oculo ab ὡς τὰ ἐν Αἰγέστῃ ad ὡς τὰ ἐν Αἰγαῖς aberraſſe. Sed de hac altera ſuſpicione utcumque ſtatuas; alia etiam, eaque gravior, dubitatio eodem hoc loco mihi oborta erat, cuius rationem inſequenti adnotatione explicabo.

καὶ περὶ Παγασσάς. Τραγασὰς unde arripuerit

primus editor, nescio: suspicor autem, ex mera coniectura ita posuisse doctum virum Musurum, inductum eo quod continuo in msstis sequebatur τὰς ἐν τῇ Τρωϊκῇ Λαρίσσῃ, cum meminisset loci in *Troade*, cui *Tragasae* nomen. Erat nempe Τράγασαι, sive (ut alii scribunt) Τραγάσαι, palus salsa in Troade, e qua *Tragasaeus* qui dicitur *sal* conficiebatur, cum aliis auctoribus celebratus, Straboni XIII. 605. a. b. Polluci VI. 63. Plinio XXXI. 7, 41. (ubi confer quae ab Harduino num. 6. adnotata sunt:) tum ipsi nostro Athenaeo III. 73. d. At *calidorum fontium Tragasaeorum* nemo fecit mentionem. Nec vero Τραγασὰς habet melior noster codex *a.* sed Παγασσὰς, quod etiam ex aliis codd. msstis enotatum Casaubonus repererat. Erat autem Παγασσαὶ (sive, ut alii scribunt, Παγασαὶ) Thessaliae oppidum maritimum, de quo Strabo consulendus IX. 436. a. & Plinius IV. 8, 15. Et *Pagasaeos calidos fontes* diserte idem Plinius XXXI. 7, 39. commemorat. Iam vero ne hanc quidem librorum scripturam difficultate vacare fatendum est: nam, cum ex *calidorum fontium* numero eos nunc se nominaturum professus sit Athenaeus, qui *dulces* essent; ecce Plinius, eosdem calidos Pagasaeos fontes *salem ferre*, ait. Quid quod, verum si quaeris, etiam qui deinde apud Nostrum nominantur calidi fontes, non in *dulcibus* videntur illi commemorari debuisse. *Magnesiae* certe *salsas* fuisse *aquas calidas*, idem Plinius docet XXXI. 5, 30. *Meli* vero insulae fontes, & *Liparae*, vel sulphuratos fuisse, vel aluminatos, ex eiusdem Plinii lib. XXXV. 15, 50. & 52. coll. cum XXXI. 6, 32. colligi videtur. Itaque apud Nostrum post verba ἐν Αἰγέστῃ Σικελίας intercidisse coniectavi ista, ἄλλα δὲ ἀλυκὰ, id est, *aliae vero salsae;* quae verba superioribus illis, ἔνια γλυκέα ἐστὶν, responderent. Sed & hanc coniecturam nonnisi dubitabundus proposui: cui etiam illud opponi posse intelligo, quod, ad ἔνια si referri ἄλλα δὲ debebat, ἔνια μὲν oportuerit, non ἔνια simpliciter.

a

τά τ' ἐν τῇ Τρωϊκῇ Λαρίσσῃ. τά τ' pro vulgato τὰς corrigendum commendavit Casaub. quod verum putavi, praesertim quum non Τραγασὰς, sed Παγασσὰς, quod Thessaliae oppidum, non Troadis est, dedissent libri msti. Apud Plinium, loco supra dicto, XXXI. 6, 32. ubi eorumdem, de quibus hic agitur, fontium sit mentio, per-

a peram vulgo *Lariſſa*, *Troade*, edunt, interpoſito commate, quod delendum. Nec enim de Lariſſa Macedoniae ibi agitur, ut in Indice Geographico Harduinus ſtatuit; ſed de *Lariſſa Troadis regionis*, quam *Lariſſam Troadem* vocat Plinius, eâdem ratione qua Alexandria Troas dicebatur pro Alexandria Troica.

ἐν δὲ Προύσῃ -- τὰ βασιλικὰ καλούμενα. Quid praedicaverit de *calidis* illis *Pruſienſibus aquis*, quas *Regias* adpellatas fuiſſe ait, aut quodnam ad genus illas retulerit, ad *dulcium*-ne, an ad *ſalſarum*, (pro coniectura noſtra de verbis nonnullis paulo ante omiſſis,) aut quodnam tandem ad aliud genus, haud adparet: nec apud alios auctores mentionem illarum aquarum factam reperi. *Aquae regiae fontem* in Epiro, Plinius commemoravit lib. IV. cap. 1. Quum iam non, ut in proxime praecedentibus, καὶ ἐν Προύσῃ dicat, ſed ἐν δὲ Προύσῃ, indicare haec adverſativa particula videtur, ad *diverſum a ſuperioribus genus calidarum aquarum* fuiſſe hanc Pruſienſem ab auctore relatam: ſed nullum verbum, quo id genus indicetur, comparet; niſi forte in eis quae proxime ſequuntur ἐν δ' Ἀσίᾳ --- ἐστὶ λιπαρὰ, pro ἐν δ' debuit ἐν τ' ſcribi, *coniunctivâ particulâ*; quâ poſitâ, *regia* illa *aqua* cum eis, quas proxime deinde nominat, ad *pinguium* genus fuerit relata. In eiſdem vero verbis τὰ δ' ἐν Ἀσίᾳ περὶ Τράλλεις, ipſum vocabulum Ἀσίᾳ ſuſpectum mihi viſum eſt. Nam cum *Myſiam* modo nominaſſet, cur ab ea *Aſiam* diſtingueret? cum Myſia perinde ac Lydia aut Caria, cuius erat urbs *Tralles*, non modo in Aſia, ſed in ea etiam Aſia fuerit, quae ſub Romanorum imperio ſtrictiori ſenſu *Aſia* nominata eſt. Itaque vide, ne τά τ' ἐν Λυδίᾳ περὶ Τράλλεις ſcriptum oportuerit. Nomen urbis, quod Τράλλις hîc vulgo ſcriptum erat, in ſingulari quidem numero ſic effertur apud Steph. Byz. & alios nonnullos ſcriptores: ſed in plurali (qui hîc obtinet) nonniſi eorum librariorum iſta ſcriptura eſt, qui diſcrimen inter ει & ι ſusque deque habent. Χαρακωμήτην ποταμὸν nuſquam alibi memoratum reperio. Vetuſtum nomen Trallium Χάραξ fuiſſe, ait Steph. Byz. in Χάραξ, quod an huc faciat neſcio. Illud video, a Χάραξ formatum Χαρακηνὸς oportuiſſe: igitur nomen loci unde formatum adiectivum, quod hic legitur, fuiſſe debet Χάραξ κώμη vel Χάρᾶκα κώμη.

Νύσσα, quam alii Νύσα ſcribunt, haud procul Tralli-

bus, Lydiae oppidum, aut Cariae, ut ſtatuunt alii. ἐναπολουομένους tenui ex ed. Caſ. conſentientibus (quod ſciam) msstis. ἐναπολουμένους habent editt. vett. quod & ipſum quidem ferri poterat. Conf. not. ad p. 5. f. Δασκύλου κώμη. Aliis Δασκύλειον, aliis Δάσκυλος, in Bithynia. *Catura*, in confinio Cariae & Phrygiae, ut adnotavit Caſaub. Μηνὸς κώμην. »*Menis pagum* (ait idem CASAUB.) »illum vicum intellige ubi fuit Μηνὸς Κάρου ἱερὸν, de quo »Strabo in deſcriptione Phrygiae lib. XII. [pag. 580. a.] »niſi malis illam intelligere κωμόπολιν, ubi Μηνὸς Φαρνάκου delubrum; de quo Geographus libro eodem.« [p. 557. a.] a

Cum περὶ Δονύλαιον haberent edd. cum msstis, adnotavit CASAUBONUS: »*Donylaeum* nullum equidem ex ve»terum lectione habeo notum. Scribe περὶ τὸ Δορύλαιον. »Sic omnes veteres nominant.« — Cui obtemperandum putavi. Haud rara Phrygii illius oppidi mentio; in cuius nomine ſcribendo variant quidem nonnihil auctores, (quorum teſtimonia collegerunt Stephani Byz. interpretes, & Cellarius in Geogr. Antiq.) ſed nuſquam Δονυλ. pro Δορυλ. ſcriptum reperitur. Nec tamen prorſus abiectam volui ſcripturam quae apud Athenaeum ad hunc diem obtinuerat: ſed extra contextum adnotandam putavi. b

περὶ Βαΐας ἢ Βαΐου λιμένα. Prorſus mendoſe olim περὶ βαΐαος ἢ βαΐῳ λιμένα ed. Ven. & Baſ. Dein περὶ Βαΐας, ἢ Βαΐων λιμένα edidit Caſaub. Denique vero in Animadv. idem CASAUB. monuit: »Lego cum mss. περὶ Βαΐας ἢ »Βαΐου λιμένα. De iſto *Baio* Strabonem conſulere potes »ac Servium.« — Eamdem vero ſcripturam noſtri etiam dedere codices. *Baius* unus ex Ulyſſis ſociis fuiſſe perhibetur, ibi locorum ſepultus.

AD CAP. XVIII.

Τῆς ἐν Κορίνθῳ Πειρήνης. Vide Pauſan. II. 3. & conf. infra IV. 156. e. οὐ γὰρ Ἀντιφάνει τῷ κωμικῷ πεπίστευκα &c. »Atticae aquae libro primo improbatae ſunt, [I. 33. »c.] & σκληραὶ dictae, hoc eſt, *difficilis concoctionis*, ut ex»plicat Galenus. Recte igitur negat hîc Athenaeus ſe aſ»ſentiri poſſe Antiphani, qui etiam huius laudis palmam »tribuit Athenis. Audiamus Vitruvium: [VIII. 3.] *Aquae »ſpecies eſt, quae cum habeat non ſatis perlucidas venas, ſpu-*

b »*ma, uti flos, natat in ſummo, colore ſimilis vitri purpurei.* »*Haec maxime conſiderantur Athenis. Ibi enim ex huiuſmodi* »*locis & fontibus, & in Aſty, & ad portum Piraeeum, du-* »*cti ſunt ſalientes, e quibus bibit nemo propter eam cauſſam:* »*ſed in lavationibus & reliquis rebus utuntur. Bibunt autem ex* »*puteis, & ita vitant eorum vitia.*« CASAUB.

ANTIPHANIS *Verſ.* 1. Οἷα δ' ἡ χώρα φέρει. Sic recte omnes dabant infra, III. 74. e. ubi tres priores horum verſuum, cum initio quarti, repetuntur. Ibi Caſaubonus (cum utroque loco veluti ſoluta oratione ſcripti vulgo eſſent hi verſus) docuit, in trochaicos tetrametros catalecticos eſſe digerendos: quem ſecutus ſum in tribus prioribus, quamvis *verſ.* 2. intelligam vix laturas delicatiores aures
c ſpondaeum πάσης in impari ſede trochaici. In *ſexto verſu* nihil erat difficultatis, nec in eo a Caſauboni ratione diſceſſi: nam quod ille ſic ibi ſcripſit, Σφόδρ', ὥστε καὶ &c. id imprudenti viro docto exciderat, qui haud dubie in fine quinti verſus vocem σφόδρα adiectam voluerat. Pro *quarto* & *quinto verſu*, in libris, cum ſcriptis, tum editis, non niſi novem verba ſupererant; ea ipſa quae exhibui, exceptis duobus quae uncis incluſi. Quos duos verſus ut compleret Caſaubonus, magnis motibus uſus eſt, ſic ſcribens:

διαφέροντα καὶ πάνυ γ' αὕτη φέρει, βοσκήματα;
ἔρια, μύρτα, θύματα, τυρεῖς, ὕδωρ διαφέρον σφόδρα.

Mihi primum diſtinguendae viſae erant perſonarum partes, quas ille non diſtinxit: tum lacunam indicare, ubi verba nonnulla praetermiſſa videbantur, malui, quam ex ingenio pro lubitu ſupplere. Duas tamen voculas μύρα τε, uncis quidem ab aliis ſeclusas, inſerere tentavi: quae ab inſequente ſimillima voce μύρτα extruſa fuiſſe ſuſpicatus eram. Ac ſane μύρον ἐξ Ἀθηνῶν apud eumdem Antiphanem diſerte laudatum vidimus I, 27. e. θύματα generatim ſunt *ſacrificia* quaevis; cum cruenta, id eſt, victimae; (ut apud Heſych. θύματα, σφάγια: & apud Athen. IX. 377. a. τὸ θῦμα, βοῦς) tum incruenta, i. q. ἀπαρχαὶ, apud Heſych. & i. q. θυμιάματα, apud Schol. Sophocl. ad Electr. 636. qui ſic interpretatur τὰ θύματα πάγκαρπα quae ibi dixit poëta, nempe varias *herbas odoratas ad libationes adhiberi* ſolitas; quam in partem fortaſſe h. l. accipienda ea vox: niſi forte *liborum* potius varia genera Diis oblatorum ſignificare poëta voluit, quod ex

Schol. Thucydidis ad I. 126. & ex his quae ad Polluc. c I. 26. Kühnius adnotavit, fit probabile, cum inprimis eximium haberetur piſtorium opus Athenis factum. conf. IV. 101. d. e. Pro τυροὺς Brunckius πυροὺς conjectaverat, id eſt *triticum:* quod non probo. Recte quidem, ut modo dixi, piſtorium opus Atticum laudari poterat, quemadmodum & vſ. 3. *panes* Attici laudantur, rurſuſque III. 109. d. e. 112. b. IV. 134. e. at *tritici* non erat ferax Attica, ſed aliunde advehebatur illud frumentum. Contra, ubi praeclara paſcua, (quae modo laudata ſunt) ibi praeſtare etiam *caſeos* & butyrum conſentaneum eſt.

Τὸ ὕδωρ, ποταμοῦ σῶμα &c. Commode CASAUB. monuit, non illud inſolens videri Eubulo debuiſſe, quod *aquam* Chaeremon tragicus *fluvii corpus* dixerit; nam & Ariſtotelem & alios haud abſimili ratione vocabulo σῶμα eſſe uſos, & doctiſſimum Strabonem XVII. 786. b. eodem fere modo τὸ σῶμα τοῦ Νείλου dixiſſe: ſed »Sicut Ae»ſchylum videmus, ait, dare Ariſtophani poenas quod »δὶς ταυτὸν εἶπε, [Ran. vſ. 1154 ſqq. ed. Br.] ſic Chaere»monem Eubulo: nam vel ὕδωρ dixiſſe, vel ποταμοῦ σῶ»μα, ad ſententiam ſatis erat; non ſatis ad verſum: hanc »igitur metri στοιβὴν ſive tibicinem irridet comicus.«

καὶ ἡμῶν δὲ πᾶσα δύναμις ἐξ ὑδάτων ἄρδεται. »Haec »quo pertineant, neſcio: nam cum praecedentibus ver»ſibus nihil eis commune.« CASAUB. — Sam. Petitus Miſcell. V. 1. p. 80. loco ſuo mota iſta verba contendit, referendaque ad extr. p. 40. Adiecta enim ea fuiſſe ab Athenaeo Pindari teſtimonio de aquae utilitate; ut his quaſi duobus teſtibus oſtenderet Athenaeus, diſputationem de Aquis, ſibi non fuiſſe praetermittendam. Ego, quamquam verborum illorum connexionem cum proxime praecedentibus certa ratione demonſtrare nequeo; tamen non praeciſe contendere auſim, nihil ad illa haec pertinere. Metrum utique verbis non ineſſe adparet; ſed inerit, ſi levicula mutatione legas,

χ' ἡμῶν δὲ πᾶσα δύναμις ὑδάτων ἄρδεται.

Sic ὑδάτων ἄρδεται idem valebit ac ἐξ ὑδάτων, ut XIII. 601. b. μηλίδες ἀρδόμεναι ῥοᾶν (dorice pro ῥοῶν, i. q. ἐκ ῥοῶν vel ὑπὸ ῥοῶν) ἐκ ποταμῶν, *mali arbores rigati rivulis e fluminibus deductis.*

HERODOTI locus legitur cap. 52. libri quarti.

παρὰ τὸν Ἐριγῶνα. In παρὰ nil mutant libri: at, d

d id quî ferri poſſit, vix video. Non enim *ſecundum fluvium* dixerit auctor eſſe illum fontem, ſed alicubi *prope*, *iuxta*, *circa* illud flumen. Id autem graece eſt, περὶ τὸν ποταμὸν, quod reponendum puto. Fluvii nomen Ἐργάνην dabant impreſſi libri, corruptum haud dubie. In utroque noſtrorum codicum ſatis clara exſtant veſtigia verae ſcripturae Ἐριγῶνα, quam ex noſtro cod. *b.* etiam Brunckius ad ſui libri oram adnotavit. Eſt enim *Erigon* (ὁ Ἐριγὼν vel Ἐριγὼν, Strab. VII. 327. b.) fluvius Macedoniae & Epiri, Lynceſtidem Epiri regionem perfluens. Atqui, in Lynceſtide fuiſſe eum fontem, de quo hîc agitur, complurium auctorum teſtimoniis conſtat, quae collegit Harduin. ad Plin. H. cap. 103. p. 121. e quibus Sotion p. 140. ed. Henr. Steph. & Plinius XXXI. 2, 13. diſerte ad eumdem auctorem Theopompum provocant, quem Athenaeus citavit.

AD CAP. XIX.

τὸ δ' ὑφεστηκὸς ἁλμυρόν. Sane non in *ſummo*, ſed in *imo* erat ſalſa aqua. Quare ferri vulgatum ἑφεστηκὸς nullo modo potuit, quod contrarium ſignificat. ὑφίστασθαι eſt *in imo*, *in fundo* (vaſis) *ſubſidere*, velut apud Hippocr. de Aëre, Aquis & Locis, ſect. 52. pag. 46. nuperrimae editionis a Coray viro doctiſſimo curata: pariterque ὑπόστασις & ὑτόστημα apud medicos ſunt *ſedimenta*, ut plurimis exemplis Foeſius in Oecon. Hippocr. docuit. De confuſione, tam frequente, quam proclivi, ſyllabarum υτ & ετ, υφ & εφ, cum ſaepe aliâs monui, tum ad Polyb. I. 36. 3. & ad Epicteti Diſſert. lib. III. 1, 13. Similiter vero aliorum fontium Plinius meminit, (XXXI. 10, 46. num. 2.) quorum *ſummae aquae* dulces erant & potabiles, *inferiores* nitroſae.

τὸν Ἥρωα, ὅτε ἀπέκτεινε Τράμβηλον. *Heroëm* eſſe Achillem; *Strambelum* vero, (ſive potius *Trambelum*) Telamonis filium, Aiacis fratrem, ab Achille occiſum, ex Parthenii Eroticis cap. 26. docuit Caſaub. monitus de ea re a iuvene tunc temporis Meurſio. Ex eodem Parthenio, & ex Lycophr. vſ. 467. monuit idem, Τράμβηλον pro Στραμβ. ſcribi debuiſſe. Conf. Gale ad Parthen. p. 390. 5. & Canteri notam ad Lycophr. 467. Eſt autem & iſta confuſio, literarum στρ & τρ, ex frequentibus admodum.

προάγουσι, φησὶν, ἡμῖν. Si verum eſt ἡμῖν, oporte- e
bat dein ἦν, verbo finito, non εἶναι: & reliqua, quae ſequuntur, in oratione finita erant efferenda. Percommode vero omnia habebunt, deleto iſto pronomine. De via, quae Corintho Argos & vice verſa ducebat, cui Κοντοπορία nomen erat, vide Pauſan. II. 15. & notata ad Polyb. XVI. 16, 4. ubi ſub finem Adnotationis Tom. VII. p. 262. noſtrae editionis corrigat velim lector typographi ſphalma, nunc primum in oculos meos occurrens: pro *quidem ſimpliciter*, *quidni ſimpliciter* oportebat.

Φύλαρχος δέ φησιν, ἐν Κλείτορι εἶναι κρήνην &c. Eamdem f
rem, eiſdem paene verbis, ex Iſigono auctore refert Sotion, περὶ Ποταμῶν καὶ Κρηνῶν, p. 139. Rurſuſque de eodem fonte loquens idem p. 140 ſub fin. ait: ἐν Κλειτορίοις τῆς Ἀρκαδίας κρήνην φασὶν εἶναι, ἀφ' ἧς τοὺς πίνοντας μισεῖν τὸν οἶνον.

μέλι δὲ, καὶ ἔλαιον, χλωρόν. Sic *mel* χλωρὸν dicit Homer. Il. λ'. 630. Od. κ'. 234. ubi quidem νέον, πρόσφατον intelligunt Scholiaſtae, id eſt, *recens*; ſed poterat etiam de colore accipi. Denotat autem τὸ χλωρὸν, colorem *pallide viridem*, *ex viridi flaveſcentem*, qualis eſt germinum recens protruſorum.

τὸ δ' ἐκ τῶν μύρτων θλιβόμενον, μέλαν. Vulgatum μύρων defendat qui poteſt, ac cui lubet: *expreſſam unguentorum faecem* vertit Dalech. Equidem non dubitandum putavi, quin μύρτων corrigerem; de *vino myrteo* vel *myrtite* accipiens, de quo vide Dioſcorid. V. 37 ſq. Catonem de Re Ruſt. c. 125. Columell. XII. 38.

Εὔβουλος· Εὑρετικοὺς, φησὶ, &c. EUBULI verba, quorum priorem partem metricis numeris ſolutam adpoſuit Athenaeus, ad metri legem revocaturus Caſaub. in Animadv. invertit ſententiarum ordinem, in hunc modum:

Ὁ μὲν οἶνος ἡμῶν τῷ φρονεῖν ἐπισκοτεῖ·
ὕδωρ δὲ τοὺς πίνοντας εὑρετικοὺς ποιεῖ.

Eamdemque fere rationem tenens Grotius in Excerpt. p. 659. priorem verſum ſic mutavit:

Ὁ μὲν οἶνος ἡμῖν τὸ φρονεῖν ἐπισκοτεῖ.

diſerte etiam in Notis monens, pro τῷ φρονεῖν ſe τὸ φρ. poſuiſſe: qua quidem mutatione minime fuit opus; nam veriſſima erat verbi ἐπισκοτεῖν conſtructio, quam ex Athenaei libris tenuerat Caſaubonus.

AD CAP. XX.

f Τοιαῦτα, ὥσπερ οἱ ῥήτορες, πρὸς ὕδωρ εἰπών. Perperam εἶπον erat editum: pro quo ex melioribus libris εἰπὼν reponendum monuit Casaub. Et hoc quidem nostri etiam dabant codices. Ludit auctor in dictionis πρὸς ὕδωρ ambiguitate. Disputaverant Deipnosophistae *de Aqua*, id est, περὶ ὕδατος: pro quo etiam dici poterat πρὸς ὕδωρ, id est, *ad aquam quod spectat*. Notum vero, diversa notione dici oratores *verba facere* πρὸς τὴν κλεψύδραν vel πρὸς τὸ ὕδωρ: cuius locutionis exempla qui desiderat, dabit ei Reiskii Index Graecitatis Demosth.

a Amphidis versiculis subieci Grotii versionem, ex Excerpt. p. 522.

Antiphanis festivum fragmentum, paulo correctius quam erat vulgo editum, exhibuit idem Grotius, ibid. p. 635. cuius ex ingenio *Vers.* 1. adiecta sunt verba τῷ & χρὴ, ad complendam iambici tetrametri catalectici mensuram: nam illo metri genere hîc usum esse poëtam, liquido patebat ex *verss.* 2. 5. & 6. qui prorsus incorrupti erant. Cum istis verbis, Οἴνῳ τὸν οἶνον ἐξελαύνειν, commode Casaub. conferri iussit illa Alcaei (Antiphane vetustioris) apud Nostrum, X. 430. d. ἀτέρα τὰν ἑτέραν κύλιξ ὤθειτω: admonuitque de adlusione ad notum illud proverbium, *clavus clavo truditur*.

Versus 3. in hunc modum editus legebatur:

καὶ ψόφῳ ψόφον, τριωβόλῳ δὲ πόρνην.

quem claudicantem sic refinxit Grotius:

καὶ τῷ ψόφῳ πάλιν ψόφον, τριωβόλῳ δὲ πόρνην.

Sed, ut taceam, insertam vocem πάλιν rapido horum iamborum cursui conciseaque brevitati parum videri convenire, voculam καὶ initio versus ignorant mssti: unde collegi, ante verba ψόφῳ ψόφον duo alia nomina substantiva, ad reliquorum similitudinem formata, ac duos iambicos pedes efficientia, intercidisse. In mssts nostris vox τριωβόλῳ non satis perspicue scripta: nec tamen videntur aliud quidpiam debuisse aut voluisse librarii. *Scorta diobolaria* Plautus dixit in Poenulo, I. 2, 59.

Vers. 4. αὐθαδίαν & αὐθαδίᾳ recte Grot. pro vulgatis αὐθάδειαν & αὐθαδείᾳ, quae non ferebat metri ratio. Quod ait, Καλλίστρατον μαγείρῳ, hoc quam potissimum vim habeat, haud satis mihi liquet. Nec enim satisfecit

DALECAMPIUS, ſic haec interpretans: »Ineptum & mo- a
»leſtum coquum, altero importuno & odioſo expellen-
»dum.« Illud perſpicuum videtur, rideri *Calliſtratum*, oratorem & demagogum Athenienſem; quem eumdem *ad voluptates incontinentem* fuiſſe Theopompus prodidit, apud Athenaeum noſtrum IV. 166. e. An igitur hoc dixerit Antiphanes, obſonii quidem parandi ſcientiâ ita eminere Calliſtratum, ut cum coquo conferri poſſit; ad adminiſtrandam vero rempublicam parum valere? At quo pacto id cum ſingulari illa auctoritate conveniat, in qua cum apud populum, tum apud principes Athenienſium, fuiſſe eumdem virum conſtat, non ſatis video. Conſule Ruhnkenii Hiſtoriam Crit. Oratorum Graecorum, (in Reiskii Oratorib. Graec. Vol. VIII. pag. 140.) & quos ille laudavit auctores.

AD CAP. XXI.

Θεόδωρον τὸν Λαρισσαῖον. Hunc nec in viginti illorum b
Theodororum numero, quos Laërtius II. 103. ſq. recenſuit, nec alibi uſquam memoratum reperi.

καὶ τοι πλουσιωτάτους πάντων ἀνθρώπων. Vocem πάντων, & mox dein verba iſta, κέκτηνται γὰρ -- πλεῖστον, omiſſa ab Epitomatore, inſerui ex Stephano Byz. qui in voce Ἰβηρίαι verbotenus ſic locum hunc citavit ex Athenaei libro II. quo ille integro uſus erat. Ex eodem Stephano verbum τυγχάνοντας, pro vulgato ὄντας, adſcivi. Verbum μονοσιτεῖν h. l. Dalech. & apud Stephanum Berkelius *ſolos cibum capere* interpretati ſunt; per ſe quidem, ac vi originis, ſatis probabiliter: ſed uſus obtinuiſſe videtur, ut in iſta notione verbo μονοφαγεῖν uteretur graecus ſermo, (quod I. 8. e. occurrebat) μονοσιτεῖν vero hos dicerent, qui nonniſi *ſemel de die cibum caperent*; ut paulo poſt ad II. 47. c. d. oſtendetur. Quo pacto, quod dein dicit ἐσθῆτας τε φορεῖν πολυτελ. cum *avaritia*, de qua modo dixerat, conſentiat, haud ita liquet: & paulo utique commodius videri ſaltem poterat adverſativa particula δὲ, quam editi libri apud Athenaeum habebant: ſed haec e primi editoris ingenio accita videtur; noſtri quidem mssti cum Steph. Byz. l. c. in τε conſentiunt. Ac poteſt ſane homo, quem avaritia retinet, ne in gulam bona ſua abſumat, ſplendore tamen quodam in externo cultu dele-

ctari, quo ostentantur quidem divitiae, nec vero dissipantur.
c ἐν τοῖς Πειραιῶς τυραννήσασι. »Ego istos *Piraeei* »*tyrannos* haud novi. Illos novi XXX tyrannos, de qui»bus multa Xenophon, Plutarchus, alii. Quid de hoc »loco suspicer, non dicam, contentus lectorem advertis»se.« CASAUB. — »An Πιεριωτῶν?« ad oram sui libri notavit BRUNCK. Nempe de *Pieribus* Macedoniae cogitans: quam in partem propius etiam ad scripturam librorum accesserit Πιερίων, a sing. ὁ Πιερεύς, (quam formam simul cum altera ὁ Πιεριώτης adnotavit Steph. Byz. in Πιερία.) aut Πίερων, ut scribit Herodot. quem vide lib. VII. c. 112. Villebrunius vulgatum h. l. contra Casaub. defendens, in cod. nostro ms. *b.* scriptum Πειραιοῖ esse contendit: cuius eiusdem codicis scripturam & Brunckius, qui eo olim usus erat, & nuper Godofredus noster Schweighaeuser, nihil hoc loco a vulgata lectione discedentem viderunt. Verbum τυραννεύουσι, quod habent ambo codices, percommode teneri potuerat.

οὐδενὸς ἧττον διακεῖσθαι σώμασιν ἐῤῥωμενεστέρους. »Scri»be cum Eustathio ἐῤῥωμένους, non ἐῤῥωμενεστέρους.« CASAUB. — Eustathii locum studiose mihi quaerenti non licuit reperire. At non tam comparativus ille turbare nos debet, loco positivi positus, quam *adiectivum*, ubi *adverbium* desiderabatur cum verbo διακεῖσθαι iungendum. Itaque ἐῤῥωμενεστέρως corrigendum puto. Nam comparativum quidem pro positivo simillima ratione usurpatum habes III. 81. c. στρυφνοτέρους ἧττον. Pariterque cum μᾶλλον, ibidem: μᾶλλον ἔτι παχυτέρους. Tum vero in proximis verbis si abesset αὐτῶν, bene haberet τὸν δ' ἰδρῶτα δυσώδη οὕτως ἔχειν: scilicet, ἔχειν αὐτοὺς τὸν ἰδρῶτα οὕτω δυσώδη: sed servato pronomine αὐτῶν, necessario δυσωδῶς οὕτως ἔχειν videtur legendum.

d Μάτρις δ' ὁ Ἀθηναῖος. Si *Matrin* ὑμνογράφον illum dixit, cuius Encomium Herculis infra X. 412. b. laudatur, Diodoro Siculo etiam I. 24. memoratum; illum quidem *Thebanum* facit Ptolemaeus Hephaestion apud Photium p. 246. ed. Hoesch. (p. 313. ed. Galei in Historiae Poëticae Scriptoribus.) Nec tamen idcirco continuo equidem cum Toupio (ad Longin. sect. 3. p. 160.) corrigendum hoc loco Θηβαῖος pronunciem. Mox vero, pro ὃν ἐβίω χρόνον, perquam utique probabile est, quod Casaubon. monuit, ὅσον oportuisse; cuius vocis duae priores literae absor-

ptae sunt ab illis, in quas exit praecedens vox Ἀθηναῖος. d Adeoque in contextum repositum ὅσον malim; quamquam & vulgatum defendi utcumque possit. Pro μυρίνης, quod perperam editum erat, recte μυῤῥίνης dedere libri nostri.

Λάμπρος ὁ μουσικός. De hoc conf. XI. 506. f. tum Muretum, Var. Lect. IX. 5. & quae notavit Fabricius ad Sext. Empir. p. 359. λάρους θρηνεῖν (scil. αὐτὸν,) ἐν οἷσι Λάμπρος ἐναπέθνησκεν. *Larus* sive *gavia*, avis est aquatilis & rapax, piscibus vivens, & cadaveribus in maris litus aut in fluminum ripas iectis: de qua consuli doctissimus Gesnerus potest, Histor. Anim. lib. III. p. 523 sqq. Quod autem *inter gavias vixisse Lamprum* ait poëta, non tam rapacitatem harum avium, quam id unice spectasse videtur, quod *aquam* illae continuo sequantur; ut eatenus earum quasi sodalem fuisse Lamprum, utpote *aquae potorem*, dixerit. In Epigrammate Anthol. T. I. p. 240. ed. Br. video quidem iuvenem, qui naufragio perierat, fingi *a laris defletum*: quid autem lucis inde lucrari haec Phrynichi verba dixerit Iacobs, vir doctus, in Animadv. Vol. I. Part. I. pag. 129. id non satis me intellexisse profiteor. μίνυρος antepenacute scribunt quidem h. l. omnes. Rectius vero fuerit μινυρὸς, acute, ut apud Hesych. & Theocrit. XIII. 12. alibique. Est autem μινυρὸς non modo *minutus*, ut in versione posui, Hesychium secutus, qui μικρὸν & ὀλίγον interpretatus est: sed & i. q. μινυρίζων, i. e. *exili, querula ac flebili voce loquens* vel *cantillans*, quemadmodum idem Hesychius & Theocriti Scholiastes l. c. exponunt; quam in partem rectius eodem hoc loco acceperat eam vocem Dalecampius, praeeunte Mureto l. c. Fortasse autem interposito *commate* seiungi debebant vocabula μινυρὸς, & ὑπερσοφιστὴς: quae quidem iuncta, ut vulgo leguntur, accipiens Muretus, sic vertit haud incommode, *mirificum artificem lugubre quiddam & querulum concinendi*. Qua notione ἀηδόνων ἠπίαλος dicatur Lamprus, haud certo definire ausim. *Lusciniarum febrim* vertit Muretus; quo sensu accipiens, nescio. Illud docet Hesychius aliique Grammatici & Schol. Aristoph. ad Vesp. 1033. ἠπίαλον Graecis dici *febris frigidae accessum*, & ipsum *febrilem algorem*. Conf. Foes. Oecon. Hippocr. hac voce. Docet vero idem Hesychius, ἠπιάλους etiam dictos esse τοὺς ψυχρούς. Quare si *luscinias* cum Dalecampio *poëtas* sive *cantores* intelligas, fuerit fortasse ἀηδόνων ἠπίαλος,

d *cantorum frigidiſſimus.* At equidem, videns ἠπίαλον etiam idem ac ἐπιάλτην vel ἐφιάλτην denotare, (Schol. Ariſtoph. ibid. Etymolog. M. in Ἠπίαλος, Euſtath. ad Iliad. ε'. pag. 426, 14 ſq.) ſcilicet *nocturnum* illud *terriculamentum*, quem *Incubum* vocant, quem *malum* quemdam *genium* eſſe fingunt *terrorem hominibus incutientem;* putavi ineptum cantorem per iocum haud ita abſurdum *luſciniarum terriculamentum* dici potuiſſe. Denique ὕμνος ᾅδου, quod Muretus ſimpliciter *Plutonis hymnum* reddidit, vix ferendum videtur. Itaque Dalecampium probavi, qui *inferorum cantor* interpretatus eſt, quaſi ὑμνῳδὸς in graeco eſſet. Et hanc quidem graecam vocem non modo ſententia deſiderare videtur, ſed etiam ipſa metri ratio: nam ſi numeris ſuis diſtinctos deſcribere iſtos PHRYNICHI *verſiculos* volueris, tales erunt fere:

— — — — (φασὶν) λάρους
Ἀρηνεῖν, ἐν οἷσι Λάμπρος ἐναπέθνησκεν, ὃν
ἄνθρωπος ὑδατοπότας, μινυρὸς ὑπέρσοφος,
μουσῶν σκελετὸς, ἀηδόνων ἠπίαλος,
ὑμνῳδὸς ᾅδου. — —

AD CAP. XXII.

e Ψυχρὸν ὕδωρ πεπωκέναι. Deeſt ὕδωρ codici *a.* nec ita male fortaſſe.

περὶ αὐτοῦ μάρτυς ἀχιόχρεως Δημοσθένης. Vide Philippic. II. p. 73. ed. Reisk. περὶ αὐτοῦ, ut perſaepe aliàs, idem valet ac περὶ ἑαυτοῦ, *de ſe.*

Πυθέας γοῦν. De PYTHEA, Athenienſi oratore, vide Ruhnkenium in Hiſt. Crit. Orator. Graec. & in Adnotat. ad Rutilium Lupum, in Reiskii Oratorib. Graec. Vol.
f VIII. p. 158 ſq. & 175 ſq. De DEMADE vide eumdem ibid. p. 150 ſqq. μεριμνῶν τὰς νύκτας. *noctes ſtudiis incumbens.* Eo ſpectabat notum eiuſdem Pytheae dictum, *lucernam olere Demoſthenis orationes.* Pro ἀνακυκλεῖται, perperam eſt ἀνακαλεῖται in noſtris codicibus: videturque vulgata lectio ex emendatione eſſe primi Editoris, cui eo nomine gratiam habemus.

In *Euphorionis* hiſtoriola de *Laſyrta*, quem merito (ut videtur) *planum* & *agyrtam* adpellat CASAUBONUS, pro verbis οὖρον δὲ προῆετο, idem vir doctus οὐδ' οὖρον προῆετο legendum contendit; aitque, cuivis attendenti ad verba

auctoris manifeste id patere. Quod mihi plane contra videtur: perspicue enim significare videtur auctor, pertinuisse hoc ipsum ad augendum miraculum, quod, *licet potu omni abstineret ille homo, tamen meieret sicut alii homines.* At, quae paulo post sequuntur verba, haud dubie corrupta, & defecta sunt; quod interpositis duobus *stellulis*, ubi nonnihil excidisse suspicatus eram, indicavi. Nam quod CASAUBONUS ait: »Ista, τὴν κύστιν δ' αὐτοῦ ἔχοντα, »hanc sententiam arbitror continere: istos, qui Lasyrtam »observabant, verum putasse ipsum meiere numquam, »quod illum semper viderent, τὴν κύστιν αὐτοῦ ἔχοντα, »id est, *vesicam eodem semper in loco & statu habentem:* « in eo ne ipse quidem sibi, ut ingenue fatetur, satisfecit. Ac sane nec sententia ea huius loci esse videtur, & ad illam efficiendam ἐν τῷ αὐτῷ oportebat, non αὐτοῦ. Sam. Petitus, Miscell. V. 2. p. 81. postquam superiora verba οὖρον δὲ προΐεσθο contra Casaub. defendit, h. l. τὴν πίστιν δ' αὐτοῦ ἔχοντες corrigebat, i. e. *illius rei argumenta & probationes habentes:* suspicabatur autem, post ἁλμυροῦ nonnihil intercidisse. Brunckius τὴν κύστιν δ' αὐτὸν κατέχοντα coniectavit, haud satis scio qua sententiâ; puto, *retinentem urinam*, i. e. *non meientem;* ut probasse videatur superiorem Casauboni coniecturam οὐδ' οὖρον. Veram equidem putavi sententiam, quam Dalech. in versione expressit, *vesicam tamen exonerari lotio plenam:* quam in partem ἐκχέοντα pro ἔχοντα in graecis legendum suspicari possis; nec tamen id satis esse videtur. Difficultatem omnem sustulit scilicet, & acu rem tetigit divinum Villebrunii ingenium, qui velut de tripode loquens docuit nos, τὴν κύστιν *matulam* denotare; itaque, αὐτοῦ adverbialiter accepto, perspicuam esse sententiam, *vidisse illos observatores, ad manum homini fuisse matulam.*

ANTIPHANIS *versiculum primum*, quem truncatum ab initio & mutata verborum serie retulit Athenaeus, statuere cum Casaub. licet talem fere fuisse:

Τὸ γὰρ μεταλλάξαι διάφορα βρώματα.

Vers. 2. θρυλλούμενα non modo sunt *de quibus vulgo multa loquuntur;* sed & generatim *vulgata, vulgaria;* ut IX. 403. f. Et adverbium πολλάκις, subtilius si spectes, non tam ad θρυλλούμενα fuerit referendum, quam ad παραγεύσασθαι, *gustare etiam interdum.* Sic enim plurimis in locis accipi πολλάκις debet, ut non tam *saepenumero*, quam

a *interdum, ſubinde*, intelligas. Verbum παραγεύσασθαι (*verſ.* 3.) eſt *obiter guſtare*, aut, ut Caſaub. ait, *guſtare aliud atque aliud more faſtidientium, ſic ut in nullo adquieſcas.* *Vſ.* 4. Verborum ordinem, quem praeibant libri, tenens Grotius, articulum τὴν delevit. Sic prodibat verſus,

καινοῦ, δίπλασίαν παρέσχεν ἡδονήν.

qui verſus, praeterquam quod caret artic. τὴν, quem non ſine vi adiectum dabant libri omnes, illud etiam incommodi habet, quod antepenultimam in δίπλασίαν longam faciat, quae apud Ariſtoph. quidem (Acharn. 88.) in ſimillimae formae voce τριπλάσιος brevis eſt. Quare laboranti in vulgata ſcriptura metro malui cum Caſaubono nudâ tranſpoſitione duarum vocum ſuccurrere: quam rationem Toupius etiam tenuit in Curis Noviſſ. in Suid. p. m. 280.

AD CAP. XXIII.

ἐν τῇ πρώτῃ Ἡρόδοτος. Sic correxit editor Baſil. unde tenuit Caſaub. ἐν τῇ τετάρτῃ erat in ed. Ven. & ἐν τῇ δ'. in msstis; ſcilicet perperam a ſuperioribus librariis Δ' literâ poſita pro Α'. Legitur enim ille Herodoti locus lib.
b I. cap. 188. Mox Χοάσπεος ex ed. Ven. in alias propagatum. Sed Χοάσπου habet cod. *a.* Χοάσπεως cod. *b.* Χοάσπεω oportebat, (a recto caſu, ὁ Χοάσπης) quemadmodum non modo apud Herodotum eſt, ſed & apud Euſtath. ad Od. δ'. p. 173. 23. qui ex Athenaeo, non ex ipſo Herodoto, hunc locum citavit. In CTESIAE verbis, quid opus ſit pro φέρεται τῷ βασ. corrigere συμφέρεται, quod Valckenario ad Herodot. l. c. placuit, equidem non video. POLYBII locum, de *Ptolemaeo Philad.* eiuſque filia *Berenice*, cum, quonam ex Hiſtoriarum libro illius ſcriptoris ductus eſſet, haud adpareret, in Polybii editione T. V. poſui in Fragmentis Hiſtoricis, num. 54.
c p. 69. τὸν Ἐπιφανῆ Ἀντίοχον -- Ἐπιμανῆ. Conf. infra, V. 193. c. d.

τὸν Φρύγα Μίδαν φησὶ Θεόπομπος &c. Vide Aeliani Interpretes ad Var. Hiſt. III. 18. qui cum alia multa ad iſtam fabulam ſpectantia, tum ex Servii Comment. ad Virgil. Eclog. VI. hoc docent, narraſſe eam Theopompum in libro, cui Θαυμάσια titulus erat; de quo vide Voſſ. DE Hiſtoricis Graec. I. 7. p. 31. Confer etiam Daviſ. ad

Cic. Tuſc. I. 48. Σειληνὸν. Σιληνὸν adnotavit Brunck. c quâ ſcripturâ quidem lib. V. p. 199. a. b. & alibi vetuſtas noſtras membranas uſas eſſe videbimus. Sed, neutram ſcripturam auctoritate carere ſatis probata, cum ab aliis monitum eſt, tum a Perizonio ad Aelian. l. c.

ἔστι δὲ ἡ χρήνη, ὥς φησι Βίων, μέση Μαιδῶν καὶ Παιόνων. *Medi* (Μῆδοι) in Pannoniae vicinia nulli ſunt: ſed *Maedi*, ſatis notus Thraciae populus, a meridie Macedoniae imminens, ab occidente *Paconiae*, id eſt, Pannoniae. Quare Μαίδων corrigendum monuit Caſaub. Et ſic paſſim, penacute ſcriptum reperitur id nomen, veluti apud Thucyd. II. 98. Appian. Illyric. cap. 5. & olim apud Polybium. Paulo rectius vero me facturum putavi, ſi Μαιδῶν cum accentu in ultima ſcriberem, quemadmodum apud Polyb. X. 41, 4. ex probatiſſimo codice msto ederam, conſentiente Stephano Byz. qua ratione etiam apud Strab. VII. pag. 318. e. editum eſt, niſi quod ibi in prima ſyllaba, ex vulgari pronunciatione, ε pro αι poſitum. Sed illud velim nos hoc loco docuiſſet Caſaubonus, quum *Phrygiae regem* communi conſenſu *Midam* faciant omnes ſcriptores, quumque locum etiam Phrygiae in Aſia definiverit Xenophon, (de Cyri Exped. lib. I. p. 194. ed. Leuncl.) ubi ſua adhuc aetate *fons* ille monſtrabatur, *ad quem Midas* Silenum (quem *Satyrum* ille vocat) *cepiſſe perhibetur, quum fontem vino miſcuiſſet;* qui factum ſit, ut ab eo auctore, quem Athenaeus citat, idem fons *in Maedorum atque Pannoniorum confinibus* poneretur. Mihi quidem BION, quo auctore hoc refert Noſter, (ſive is *Soleuſis* fuit, qui Aethiopica ac forſan etiam alia ſcripſit; ſive, quod ego ſuſpicatus ſum, illo antiquior *Proconneſius*, qui Cadmi Mileſii Hiſtorias in compendium redegiſſe perhibetur) videtur ille non modo, ut Herodotus VII. 73. & poſt hunc alii, ſtatuiſſe, Phrygas ex Europa olim in Aſiam immigraſſe, ſed & factam eſſe eam migrationem Midae ductu; & ante id tempus in Macedoniae confinibus accidiſſe ea, quae de Sileno a Mida capto narrantur. Certe haec omnia eadem ſtatuentem video Cononem, (Narratione prima, p. 243. ed. Galei) qui fortaſſe eodem Bione auctore uſus erat.

Ἴννα καλουμένῃ. Nil mutant libri. Quod Caſaub. in Commentar. *fontem Innam ſive Oenam* dicit, ex *Dalecampii* verſione ductum eſt, qui ſuo ex ingenio *Oenam* poſue-

crat, quasi Οἶναν scriptum esset, & in ora adnotaverat: »Tanquam *vinosum*; ἀπὸ τοῦ οἴνου.«

Στάφυλος δέ φησι, τὴν τοῦ οἴνου πρὸς τὸ ὕδωρ κρᾶσιν Μελάμποδα πρῶτον εὑρεῖν. Tria verba πρὸς τὸ ὕδωρ, cum deessent editis, adieci duorum nostrorum codicum auctoritate. STAPHYLUS, quem dicit, Grammaticus sive Philologus fuit Naucratita, cuius varia scripta ad illustrandam antiquitatem spectantia, de Rebus Thessalicis, Atticis, Aeolicis, Pelasgicis, passim citantur: quem scriptorem mireris a Fabricio in Bibl. Graec. in Grammaticorum recensione suo loco (T. VII. p. 171.) alibique praetermissum esse, ac nonnisi in numero Medicorum, ad quos nihil ille pertinebat, (T. XIII. p. 427.) uno verbo nominatum; cum tamen de eodem Staphylo idem Fabricius ad Sextum Empir. p. 272. satis adcurate testimonia veterum collegisset, cui iam olim praeiverat Vossius de Histor. Graec. lib. III. p. 416. Confer Harduini Indicem Auctorum, quibus Plinius usus est, T. I. Opp. Plin. p. 66. ubi quidem pariter Medicum facit hunc scriptorem Harduinus. *Melampus*, vetustus vates & medicus, nemini ignotus: quem & alia multa Graecos primum docuisse, & nomen atque sacra Bacchi eis interpretatum esse, Herodotus tradit II. 49. & Diodor. Sic. I. 97. Quid ergo mirum, quod Athenaeus, licet II. 38. c. IV. 179. e. XV. 675. a. b. de inventione τῆς κράσεως τοῦ οἴνου alias aliorum sententias retulerit, hoc loco nos doceat, *Staphylum* scriptorem inventum illud ad *Melampodem* retulisse? Aut quid caussae erat, cur exclamaret ad hunc locum Casaubonus: »Quis, malum, iste *Nigripes?*« Scilicet, cum minus notus esset *Staphylus scriptor*, turbaverat virum doctum, quemadmodum & dein Gatakerum, (Adversar. Posth. p. 454.) id quod apud Plinium vulgo legitur, VII. 55, 57. ubi ait: *Vinum aqua misceri* (invenit) *Staphylus Sileni filius*. At ibi vide, ne, sive librariorum culpâ, sive ex ipsius etiam Plinii fortasse errore, confusio aliqua exstiterit: sin vel maxime integra statuas Plinii verba, & e vetusto nescio quo auctore ducta; nihilo minus Athenaei quoque verbis, de quibus agitur, sua constare integritas poterit: nec eam vim habere dissensus ille auctorum censendus est, ut de veritate scripturae apud Nostrum dubitationem nobis debeat iniicere. Caeterum de illo, quem Plinius dicere videtur, Staphylo consulendi sunt auctores,

quos ad Ariſtophanis Plut. p. 371. citavit Hemſterhuſius, quibus adiici poterat Scholiaſtes Apollon. Rhod. ad III. 996. qui omnes in hoc conſentiunt, ut Staphylum illum non, ut fit apud Plinium, Sileni filium ſtatuant, ſed ipſius Bacchi ex Ariadne. Perperam κράσιν h. l. edd. Corrige κρᾶσιν.

Πλειστόνικος. Dubitare videtur Caſaubonus, utrum Appionem Grammaticum h. l. Athenaeus dixerit, qui Πλειστονίκης eſt cognominatus, an Medicum. Haud dubie *medicum Pliſtonicum* dixit, Praxagorae diſcipulum, Plinio, Celſo & Galeno laudatum; de quo vide Harduin. in Ind. Auct. & Fabric. Bibl. Graec. T. XIII. p. 374.

AD CAP. XXIV.

Ὅτι τοῖς προπίνουσι. Sic mox iterum iterumque compoſito verbo προπίνειν utitur, agens ſcilicet de *potatione*, quam *ante coenam* ſumebant; a qua etiam ciborum nonnullorum *Guſtatio*, quae legitimam coenam praecedebat, nomen πρόπομα ſortita eſt, de qua ex profeſſo deinde verba facit p. 58. b. cap. 51. huius edit.

καὶ πολλάκις φθορὰς τῶν ληφθέντων παρασκευάζει. τὰ ληφθέντα ſunt *ſumti cibi*. Commodius videri poterat φθορὰν, quod eſt in noſtris msstis: ſed ſimillima notione infra p. 53. c. rurſus in plurali φθορὰς τῆς τροφῆς conſentientibus libris legitur. Quod ad ipſam vocem ſpectat, illud mihi notabile viſum eſt, quod apud Medicos verbum quidem φθείρεσθαι, ubi de ſumtis cibis agitur, in bonam fere partem uſurpari ſoleat, ut *corrumpi* idem valeat ac *concoqui in ventriculo*, & εὔφθαρτος idem fere ſit eis atque εὔπεπτος, *concoctu facilis*, δύσφθαρτος idem quod δύσπεπτος. vide Athen. II. 50. b. 68. f. III. 87. d. VIII. 355. d. &c. quem uſum etiam latine loquentes imitati ſunt, veluti Celſus II. 28. At nomen φθορὰ h. l. & p. 53. c. ubi pariter quidem de ſumtis cibis agitur, haud dubie in deteriorem partem accipitur; puto, de cibis, qui non concoquuntur ac diſſolvuntur in ventriculo, ſed vix mutati per alvum transeunt. Sed haec, & quae ſunt eius generis alia, quae bene multa apud Noſtrum occurrunt, Medicis diſquirenda explicandaque debeo relinquere.

ὡς μὴ προσεκλύειν τὸν στόμαχον. Eadem ratione e I. 22. f. τὸν πνεύμονα vidimus ἔκλυτον dictum. Videtur autem προεκλύειν h. l. oportuiſſe; quemadmodum & mox

e προαναληφθῆναι dicit. εἰς τὴν ἔξιν. Vide notata ad I. 26. b.

τοῖς πέρασι τῶν ἀγγείων, *vaſorum lateribus* interpretatus ſum. Neſcio an rectius Gallicus interpres de *extremitatibus vaſorum* acceperit, ſcilicet de externis venarum ramulis, qui a vini aciditate adſtricti criſpatique tranſire ſanguinem non patiuntur, ſed retrocedere eum cogunt. *Vaſorum finibus* dederat latinus Interpres. CASAUBONI ad hunc locum haec eſt adnotatio: »Τὰ πέρατα τῶν ἀγ»γείων ſunt *ora venarum quibus alimenta ſuſcipiunt.* [vo»luerat, puto, *ſuſcipiuntur.*] Galenus modo πέρατα, mo»do στόματα τῶν μεταλαμβανόντων τὴν τροφὴν ἀγγείων »appellat. ἀγγεῖα in Medicorum libris dicuntur *venae* & »*arteriae* anguſtiore ſignificatione. Unicum Galeni lo»cum adſcribam, qui iſti lucem afferet magnam. Sic ille »III. in librum Hippocr. Περὶ Ὀξέων [διαίτης] commenta»rio: Ὁ οἶνος κατὰ τὸ ἦπαρ ἐξ εὐρέων ἀγγείων τῶν ἐπὶ »ταῖς πύλαις εἰς στενὰ παραγίνεται πέρατα τῶν ἐν τοῖς »σιμοῖς αὐτοῦ μέρεσι, καὶ τῶν ἐν τοῖς κυρτοῖς· καθ' ἃ καὶ »ἡ μετάληψις ἁπάντων τῶν ἀναδιδομένων εἰς ὅλον τὸ σῶ»μα γίνεται.«

γλυκὺν ὕδαρῆ ἢ θερμὸν προλαμβανέτω. Vulgata ſcriptura, γλυκὺ ὕδωρ ἢ θερμὸν, nec ob antecedentia ferri poterat, quia nunc loquitur cum eis qui aquam bibere gravantur; nec ob ſequentia, quoniam, quod ait μάλιστα δὲ τὸν καλ. πρότροπον &c. (cf. I. 30. b.) perſpicue indicat, de *vino*, non de *aqua*, proxime ante eſſe dictum. Quare haud dubie pro γλυκὺ ὕδωρ ἢ corrigendum γλυκὺν ὑδαρῆ putavi, quod & ad ſententiam aptiſſimum erat, & a ſcripturae veſtigiis minimum recedebat. γλυκὺς, ſubintellecto nomine οἶνος, *vinum dulce* eſt: ὑδαρὴς autem vinum dicitur, cum eſt *aquâ probe dilutum*, IV. 143. c. X. 427. c. 431. d. & ſaepius aliàs. In eamdem ſententiam correcturus hunc locum Villebrunius, γλυκὺ ὑδαρὲς ſcribendum cenſuit, immemor vocabulum οἶνος maſculini eſſe generis. Quod vero dein ἢ θερμὸν adieci, rectius facturus eram, ſi, omiſſâ ἢ particulâ, quam e terminatione praecedentis vocabuli ὑδαρῆ perperam effinxerunt librarii, nude θερμὸν ſcripſiſſem. Itaque in hunc modum reſcriptum velim, γλυκὺν ὑδαρῆ θερμὸν, id eſt, *vinum dulce calidâ aquâ probe dilutum.*

Ἱπποκράτης ἐν τῷ περὶ Διαίτης &c. De eo libro conſule Fabric. Bibl. Graec. T. I. p. 849. num. 66. & Acker-

mann. in Harlesii nova edit. Biblioth. Gr. T. II. p. 556 sqq. quorum ab utroque praetermissum mireris hoc Athenaei testimonium de diversis eiusdem libri titulis. Verba f Hippocratis ab Athenaeo adlata, habes T. I. Opp. p. m. 392. l. 21. (Francof. 1621.) Ibi post verbum ἀπτόμενος, commode legitur καὶ διαχωρητ. quam voculam ignorant Athenaei libri. Mox τὸ ἔντερον, sic nude in sing. positum, idem valet ac ἡ κοιλία καὶ τὰ ἔντερα, p. 53. c.

Quod de *Carmanis* narratur, similem morem de Scythis, cum foedera ineunt, tradit Herodot. IV. 70. conf. Lucian. in Toxari s. de Amic. c. 37. προσφέρεσθαι. Minus recte Dalech. *bibendum offerunt;* quem & Gallicus secutus est interpres. προσφέρεσθαι, de cibo usurpatum, est *comedere;* de potu, *bibere.* Sic mox, μετὰ τὴν προσφοράν, *epoto sanguine.* τέλος φιλίας, i. q. ὅρος φιλίας, (ut monuit Casaub.) i. e. *perfectissima amicitia.* Eodem modo τὸ πέρας VII. 290. b. & I. 15. b. ubi vide not. εἰς τὸ ἀπο- a κρούεσθαι τὸ ἀπὸ τοῦ πότου. Perspecte Casaub. sic corrigi iusserat; monens, τὸ ἀπὸ τοῦ πότου id ipsum esse, quod mox τὴν τοῦ οἴνου ἀναθυμίασιν dicit.

In ALEXIDIS *vs.* 2. ποιεῖν praetuli, quod legitur XV. 687. d. ubi hi versiculi repetuntur: quo loco etiam nomen fabulae (ἡ Πονήρα) editur, unde ii ducti sunt. Conf. Clement. Alex. Paedag. lib. II. p. m. 132.

AD CAP. XXV.

τὰ παχέα τῶν μύρων. τὰ πάχη dant nostri mssti; quae vera videtur scriptura, a sing. τὸ πάχος. Abstractum pro concreto, ut in scholis dicunt. Et amant Graeci nominibus eiusmodi in plurali numero uti; sic τὰ ψύχη, τὰ θάλπη, & id genus alia.

τὸ δὲ συμμέτρως θερμαινόμενον καὶ ψυχόμενον ὕδωρ. b Duobus modis haec accipi possunt: sive *quae facile calefit aqua & facile refrigescit;* quam in partem p. 42. c. dixerat, τὰ ταχὺ θερμαινόμενα, κοῦφα καὶ ὑγιεινά: vel *quae nonnisi modicum & caloris & frigoris gradum recipiunt,* ut spectetur id quod ead. pag. 42. d. ait, τὸ δὲ σωματῶδες, καὶ θερμαυθὲν θερμότερον, καὶ ψυχθὲν ψυχρότερόν ἐστι. Posterior interpretatio magis cum vi vocabuli συμμέτρως convenire videtur; prior magis cum Hippocratis verbis, quae continuo post citantur. Ad rem ipsam haud multum in-

b tereſſe videtur, quoniam alterum coniunctum eſt cum altero. *Cito* vertit Dalech. Unde *συντόμως* coniecit Purſanus.

καὶ εἰς χάλκεον ἢ ἀργύρεον ἄγγος ἐγχεόμενον οὐ ποιεῖ τὸ ἰῶδες. Utique *καὶ ὃ εἰς χαλκ.* aut *ὃ καὶ εἰς χαλκ.* malles; quod & Villebr. monuit, fortaſſe a viro quodam docto in ora libri, quo ille uſus eſt, adnotatum. Dein *τὰ ἰῶδες* pro *τὸ* ſcribi vult idem Villebr. quod non ita neceſſe videtur. *τὸ ἰῶδες* (ut monuit Caſaub.) ſunt *maculae*, de quibus Vitruvius VIII. 5. *Si fons novus fuerit foſſus, & in vas Corinthium, ſive alterius generis, quod erit ex aere bono, ea aqua ſparſa maculam non fecerit, optima eſt.* Et Plin. XXXI. 3, 22. *Damnantur fontes, ſi vaſa aerea inficiunt.* Monuit idem Caſaub. non ſatis cauſſae eſſe, cur vocem *ἀργύρεον* cum Geſnero damnemus, & cum *σιδήρεος* permutatam velimus.

Hippocratis verba, *ὕδωρ τὸ ταχέως* &c. leguntur in Aphoriſm. V. 26. & Epidem. lib. II. haud multum ab initio. *Ἐν τῷ περὶ Ὑδάτων Ἱπποκράτης καλεῖ τὸ χρηστὸν ὕδωρ, πότιμον.* Sic pro mendoſo *πολύτιμον* correxit Caſ. in Animadv. ipſum autem locum exiſtimavit in Hippocratis libris hodie non exſtare. Scilicet quaeſiſſe eum videtur Caſaubonus cum Foeſio in eo libro, qui inſcribitur vulgo Περὶ Ἀέρων, Ὑδάτων, Τόπων: cuius libelli ea verba, quae leguntur p. m. 283. l. 36 ſq. ſpectaſſe hoc loco Athenaeum cenſuerat Foeſius not. 21. coll. eiuſdem not. 1. ad initium illius libelli. At ibi vocabulum *πότιμον*, aut aliud ſimile, non reperitur, nec alibi uſpiam in eodem libello: nec mirum; nam iſte libellus paulo poſt ſub titulo *περὶ Τόπων* citatur, ut diverſus ab eo de quo hîc agitur. Pari vero ratione Erotianus, in Praefatione ad Dictionum apud Hippocratem occurrentium Interpretationem, manifeſte libellum *περὶ Ὑδάτων* ab altero iſto, cui Περὶ Τόπων καὶ Ὡρῶν titulum facit, diſtinguit. Unde perſpecte nuper monuit Coray, vir doctus, in libelli *περὶ Τόπων* editione, (*Diſcours Prélimin.* p. 113 ſq.) priorem libellum, cui *περὶ Ὑδάτων* titulum Athenaeus & Erotianus faciunt, eum eſſe qui *περὶ Ὑγρῶν χρήσεως* vulgo inſcribitur. Atqui in illius libelli ipſo principio aqua ea, quam *ὕδωρ χρηστὸν* (id eſt, *ad uſum bonam, communi hominum uſui inſervientem*) h. l. Athenaeus dicit, veluti proprio quodam & ſignato vocabulo *ποτὸν* dictam videmus: quae vox *ποτὸν* aut ipſa reſtituenda h. l. Athenaeo pro

corrupta πολύτιμον fuerit; aut, quod facile mihi perſuaſi, b ſtatuendum eſt, pro ea Athenaeum vocem πότιμον, ut prorſus ſynonymam illi, (confer Suid. in Ἄγευστος, & Ariſtotelis verba ibi a Küſtero citata) eamque minus ambiguam, poſuiſſe. Et alibi quidem (in libro de Medico, T. I. Opp. p. 19.) ipſo etiam vocabulo πότιμον eadem inſigniori notione, de qua Athenaeus hîc monuit, uſus eſt Hippocrates, ut ad hunc locum adnotavit Villebrunius; a quo etiam id, quod de libello περὶ Τυρῶν χρήσεως modo dictum eſt, iam ex parte occupatum video.

τοῦ ἐξ Ἀμφιαράου ὕδατος. Non *ex Amphiarao*, ut ver- c tit Dalech. ſed *ex fonte Amphiarai*. Nempe: »In agro Oro»piorum fanum Amphiarai fuit, & *fons* non procul inde, »qui dicebatur *Amphiarai*, ſive *Amphiaraeus*.« CASAUB. Vide Pauſan. I. 34. p. 84. & II. 37. p. 200.

Ἱπποκράτης δ' ἐν τῷ περὶ Τόπων. De eo libello, de quo proxime ante nonnihil notavimus, vide Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 845. & Ackermannum in Harleſii nova ed. Bibl. Gr. T. II. p. 561. inprimis vero conſulenda noviſſima ipſius libelli ed. paulo ante laudata, quae e msstis libris emendata, cum Gallica verſione & Adnotationibus atque Introductione, Pariſiis anno IX (1800) duobus voll. in 8vo prodiit, auctore CORAY, Smirnenſi, Med. Doct. cuius viri cum doctrinae & ingenio, tum ſingulari de bonis literis bene merendi ſtudio, haud parum etiam debiturum Athenaeum noſtrum ſpero; ad quem vel emendandum vel illuſtrandum ſymbolam ille ſuam, quam confido minime vulgarem futuram, pro ſua benevolentia ultro mihi obtulit propediem conferendam.

ἐκ λόφων ξηρῶν. »Mirum quid appellet *colles ſiccos*, »vel *aridos*. Nam ſi *arent*, quomodo illinc manabit aqua? »ſi venas habent aquarum, cur *ſicci* dicuntur? Scriben»dum ἐκ λόφων γεηρῶν ex ipſo Hippocrate, qui λόφους »γεηροὺς vocat, quos vulgo Graeci γηλόφους & γεωλό»φους.« CASAUB. — Locus eſt in Hippocr. Op. T. I. p. m. 284 med. Iamque in eo equidem eram, ut γεηρῶν apud Noſtrum etiam reponerem, cum me cautior retraxit Coray, dubitans (in Notis, T. II. p. 111.) an potius apud Coum Philoſophum fortaſſe, pro inſolito γεηρῶν, ipſum hoc ξηρῶν ex Athenaeo ſit reponendum, ut opponantur hi clivi iis locis, ſive campeſtribus, ſive clivoſis, quae ἑλώδη habent ὕδατα, de quibus aquis paulo ante dixerat. Nam,

c verum ſi quaeris, ſunt etiam ἑλώδεις (i. e. *paluſtres*) haud pauci clivi: nec vero ex his ſolum, verum etiam ex *aridis* caeteroquin & *petroſis* clivis exire fontes poſſunt. At rurſus minime ſpernendum videtur, quod pro γεηρῶν porro adtulit CASAUB. ſic ſcribere pergens: »Diſtinguunt »Medici aquam e *colle terreo* fluentem, ab illa quae de *ru»pe:* hanc aquam damnant, illam praeſtantiſſimam eſſe »pronunciant. Lege Oribaſium V. 3. Aëtius quoque in »optima aqua deſiderat τὸ διὰ πόρου τινὸς ἢ γῆς καθαρᾶς »διηθῆσθαι: quae verba ipſe mutuatus eſt a Galeno Ὑγιει»νῶν lib. I. Propterea dicebat paulo ante Athenaeus, [p. »41. d.] Homerum aquas improbaſſe τὰς ἐκ πέτρων φέ»ρομένας: laudaſſe τὰς διὰ εὐκάρτου καὶ πλείονος γῆς φε»ρομένας. Denique non aliter viſum praeſtantiſſimis qui»buſque Graecorum Arabumve Medicorum.« — Quare ego, Athenaeo quidem ſuum ξηρῶν, donec in melioribus codicibus aliud fuerit repertum, relinquens, (in quo ipſe Athenaeus vel errare vel ſuo uti iudicio potuerat;) γεηρῶν tamen apud Hippocr. ſolicitatum nollem, quod, praeterquam quod ad rem convenit, vocabulum eſt legitime formatum, ut ὑγιηρὸς, διψηρὸς, aliaque multa Hippocrati familiaria; & apud alios etiam ſcriptores olim occurriſſe videtur, quandoquidem & apud Suidam adnotatur Γεηρόν· τὸ γήϊνον.

τὸν οἶνον ὀλίγον φέρειν οἷά τε ἐστί. Dalech. *nec limi trahere multum:* ſcilicet πηλὸν aut ϑολὸν pro οἶνον legendum praeter rationem ſuſpicatus. Recte CASAUBONUS monuit: »Aqua κατὰ φύσιν ἔχουσα nullum ſaporem, nullum ve»rum colorem, nullam denique ποιότητα habet. Optima »illa, quae maxime talis & ἀποιοτάτη. Hanc ait Hippo»crates τὸν οἶνον φέρειν ὀλίγον, hoc eſt, *minimo infuſo vino »recipere ποιότητα & ſaporem.* Contrarium uſu venit in ea »quae ſua natura eſt ſaporata aut medicata: nam, iſta »ut ſuum amittat, & vini aſſumat ſaporem, maiore vini »copia eſt opus. Pari ratione vina quaeque generoſiſſi»ma, ſunt πολυφορώτατα, id eſt, plurima opus habent »aqua, ut naturam mutent, & ſaporem amittant ἔμφυ»τον.« — Eodem vero modo iam ante Caſaub. ab Hippocratis interpretibus expoſita fuiſſe iſta verba monuit Coray.

d ἀνάγκη γὰρ λαμπρὰ εἶναι. Sic codex noſter uterque, fere ut apud ipſum Hippocr. ubi ἀναγκαίη γὰρ λαμπρότερα εἶναι. Corrupta fortaſſe in Muſuri codice fuerat pri-

ma vox; quam ille correcturus, sic edidit, τὰ γὰρ ἀνα- d
τολικὰ λαμπρὰ εἶναι, quod tenuere posteriores editores.

Πραξαγ. τέ φησι ταὐτά. ταὐτὰ φησιν adnotavit Brunck. quod paulo quidem concinnius videtur, sed tenere debui librorum scripturam. ἐπαινεῖ δὲ τὸ ὄμβριον. Confer supra p. 42. d. & Plin. XXXI. 3, 21. & ibi Harduin. Mox pro Ἀμφιαράου perperam h. l. partim Ἀμφιαράτου, partim Ἀμφιαράθου erat editum. Vide paulo ante ad lit. c.

AD CAP. XXVI.

πτισάνη. πτισσάνη (nescio an ex nostro cod. *b.*) ad- e
notavit Brunck. Utraque probata scriptura. διοικεῖται. Corrupte διάκειται cod. *a.* Verbum διοικεῖν aliàs, ut διοικονομεῖν, de *digestione* ciborum usurpatur, ut ostendit P. Leopard. Emendat. I. 12. in Gruteri Thes. Crit. T. III. p. 8. nunc, notione non multum diversa, de *nutritione*. conf. Steph. Thes. Gr. Ling. II. 1224. a. b.

Δημόκριτον δὲ &c. Conf. Diog. Laërt. IX. 43. qui loco *mellis*, cuius *odore* vitam per dies aliquot prorogavit senex philosophus, *calidos panes* nominat. ἐξάξαι αὐτὸν. Haesit haec scriptura ex prima ed. Cas. Et sic h. l. videtur esse in mss̄tis nostris, e quibus nihil discrepantiae adnotatum est. Nec male vero, ut alibi vidimus, est αὐτὸν (idem valens ac ἑαυτὸν) in ed. Ven. & Bas. quod & in tertia ed. Cas. revocatum. Εἰ τὰ μὲν ἐντὸς μέλιτι βρέ- f
χει &c. Idem Democriti responsum ex Diophanis medici scriptis refertur in Geoponicorum collectione, lib. XV. c. 7. Ibi verbum χρίσοιντο in optativo sive potentiali modo ponitur, ut apud nostrum βρέχοι in superioribus editt. Sed nec minus bene habet indicativus βρέχει, quem dedere nostri mss̄ti: malim tamen h. l. βρέχοι restitutum, ob constructionem quae in praecedentibus obtinet verbis. Ad rem quod spectat, simillimum responsum Pollio Romilius Augusto dedit, *mulsum* pro melle nominans, auctore Plinio XXII. 24, 53. ἀνόσους διατελεῖν. Sic me- a
lius mss̄ti nostri, quam ἀνόσως edd.

AD CAP. XXVII.

Ὅρα τὸ ἀνατιθεμένων &c. Est Epitomatoris observatio

a ad verbum iſtud pertinens, (conf. Not. ad p. 35. a.) quo uſus erat Athenaeus; quod rarius utique iſta notione occurrit, nec tamen ſine exemplis, quorum nonnulla Stephanus collegit in Theſ. Gr. Ling. III. 1482. d. e.

τὸ ἄνηστις, ἤτοι νῆστις. Sic quidem edd. ex primi editoris fortaſſe ingenio. Veram puto ſcripturam, quam ex noſtro cod. *b.* enotatam nunc demum animadverto, τὸ ἄνηστις ὁ νῆστις, quod ad ſententiam quidem nil differt ab edita ſcriptura: nam hoc dicit, *vox* ἄνηστις, *pro* ὁ νῆστις (i. e. *ieiunus*) *poſita*; aut, *vox* ἄνηστις *idem valens ac* νῆστις: ſic autem, ubi tale quid ſignificare volunt, ſoqui amant graeci Grammatici. In cod. *a.* eſt, τὸ ἄνηστις ἢ νῆστις, mendoſe; niſi forte omiſſum aliquid, ut debuerit librarius ὁ καὶ ἢ νῆστις.

παρὰ Κρατίνῳ. Poterat ex Suida (in Ἄνηστις) titulus fabulae adiici, ἐν Διονυσαλεξάνδρῳ. Bene autem idem Suidas docuit, non eſſe per merum pleonaſmum literam α initio adiectam, ſed vim ei ineſſe intenſivam; quippe ἄνηστις in eodem Cratini verſu interpretatur ille ὁ νῆστις λίαν. In verſu ipſo, pro Οὐ γὰρ, Suidas Ἰοὺ γὰρ habet, tum vero poſt πρῶτος interſerit vocem ἄκλητος. Quare Toup in Append. Notar. in Theocr. p. 14. ex Suida ſupplens Athenaeum, viciſſimque ex Athenaeo Suidam corrigens, ſic ſcribendum Cratini verſum cenſuit: Οὐ γάρ τοι σύγε πρῶτος ἄκλητος φοιτᾷς ἐπὶ δεῖπνον ἄνηστις. ut ſit verſus tetrameter anapaeſticus catalecticus in ſyllabam; qui, qualis apud Athenaeum vulgo legitur, fuerit trimeter hypercatalectus.

b Diphili *verſibus* Grotii verſionem ſubieci ex Excerpt. p. 796. Quos ibi *omnia ante tempus ſcire cupidos* dicit, putabam eſſe paraſitos non modo famelicos, verum etiam catillones, qui e coquo ante percunctantur, quaenam fercula in epulas, quibus inhiant, parata ſint. Casaubonus vero translate hîc uſurpari vocem ὀξύπεινος cenſuit de eo *qui valde aliquid cupiat*, ut apud Cic. ad Attic. IV. 13. & II. 12. ubi ait, *Sum in curioſitate* ὀξύπεινος &c.

In Antiphanis *verſ.* 2. perperam in omnibus editionibus factum, ut verbum λέγεις iſti verſui adiiceretur, quod ad ſequentem pertinebat. Id & noſtram obſervationem, neſcio quo pacto, effugerat. Scribe igitur *verſ.* 3. λέγεις κομιδῇ &c. Nam anapaeſtum in ſecunda ſede non reſpuit apud comicum poëtam iambicus verſus: quod ni

ita effet, in promtu foret, κομιδῇ λέγεις ſcribere. De b *Theſſalorum voracitate* conf. omnino X. 418. c.

In EUBULI *verſibus*, quis ſit qui dicitur *Zethum iuſſiſſe Thebas migrare*, *Amphionem* vero *Athenas*, neſcio. De diverſo fratrum illorum ingenio, res ſatis nota; quo etiam reſpicit id quod infra legitur lib. VIII. 351. b. Nec vero omnino ab alio veterum, quod ſciam, *Amphion* fingitur *Athenas migraſſe*. *Verſ.* 2 *ſq.* ἀξιωτέρους ἄρτους non (ut Dalech. reddiderat) *praeſtantiores* eſſe *panes*, ſed *qui minori pretio veneunt*, monuit CASAUB. Et ſic ſane apud Ariſtophanem plus ſemel, alioſque Atticos, ἄξιος idem atque εὔωνος valet. Nempe quoniam verbum ἄγειν, a quo derivatur id nomen, aliquando τῆς σταθμικῆς proprium, (ut ait CASAUB.) & pro ἕλκειν, *pendere*, uſurpatum fuit; hinc *quod a liberali venditore emerant cumulatiore menſura*, & *quidquid parvo emtum* videbatur, ἄξιον adpellabant. Sic quidem ille. Sed fortaſſe magis placebit alia ratio, quam indicare Etymologus videtur: nam quemadmodum τὸ ἄξιον inter alia etiam ſignificat id quod *aequum* vel *iuſtum* eſt, ἀπὸ τῶν σταθμῶν τῶν ἴσην ῥοπὴν ἐχόντων: ſic graeci τὸ ἄξιον pro τὸ εὔωνον ſimillimo modo dixerint, atque nos vernaculo ſermone *à juſte prix* dicimus, pro *à bon marché*.

Verſ. 4. σὺ δ' ὀξύπεινος. Sic libri omnes; quod ita de- c fendi poſſit, ut intelligatur verbum ἔφη: *tu enim, inquit ille, famelicus es*. *Vſ.* 6. οὗ ῥᾷστ' ἀεὶ πεινῶσι &c. »Loca»tur in tenuem Athenienſium victum. Ait, eos non vive»re, ſed eſurire. Erat enim ſolum Atticum parum uber; »ipſi deparci. - - Tenuitatis victus, quo utebantur, teſtes »Ariſtophanes & Comici omnes: ſed inprimis inſignis eſt »locus Lyncei Samii, quem habes lib. IV.« [p. 131 extr. & ſq.] CASAUB. — ῥᾷστ' ἀεὶ percommode noſtri codices dedere. ῥᾷστα δὴ edd. *Verſ.* 7. ἐλπίδας σιτούμενοι. Dictionem praeiverat Aeſchylus, Agamemn. 1677.

AD CAP. XXVIII.

Ὁ δὲ μονοσιτῶν &c. Verbum μονοφαγεῖν I. 8. e. de eis uſurpatum vidimus qui *ſoli*, *ſine convivis*, *cibum capiunt*. Eodem modo μονοφάγους dictos ait Plutarch. Quaeſt. Graec. pag. 301. *qui domi cibum capiebant*, ἀλλοτρίου μηδενὸς παρεισιόντος. Et ſic hoc nomen ſupra apud Ameipſiam comicum in convicii loco poſitum vidimus, cui

c praeiverat Ariſtophanes in Veſp. 923. ed. Br. cum nominat nonneminem,

κυνῶν ἁπάντων ἄνδρα μονοφαγίστατον.

Iam, per ſe, idem valere videri poterat alterum verbum, huic ſimile, μονοσιτεῖν. Et in eamdem etiam partem ſequiori quidem Graecitatis aevo uſurpatum docuit Caſaubonus, cum Iohannes Chryſoſtomus accuſatus traditur, ὅτι τὴν φιλοξενίαν ἀθετεῖ, μονοσιτίαν ἐπιτηδεύων, καὶ Κυκλώπων ζῶν βίον. (Vellem ſcriptorem nominaſſet vir doctus: equidem de ea re apud Photium, p. 141. l. 2. ed. Hoeſch. apud Socrat. Hiſt. Eccl. VI. 4. & Sozomen. VIII. 9. nil aliud reperi, niſi ὅτι μόνος ἤσθιεν, & μὴ βούλεσθαι συνεσθίειν τινὶ, μηδὲ καλούμενον ἐφ' ἑστίασιν παραγίνεσθαι.) Eâdemque notione videri poterat accipi id verbum poſſe paulo ſuperius apud Noſtrum p. 44. c. ubi *Hiſpaniae incolae* dicuntur μονοσιτεῖν ἀεὶ διὰ μικρολογίαν: qui ſimiliter apud Strabonem III. 154. c. dicuntur μονοτροφοῦντες καθαρίως καὶ λιτῶς: ſed uſus obtinuit, ut apud probatiſſimos quoſque auctores μονοσιτεῖν & μονόσιτοι ii dicerentur, *qui nonniſi ſemel quotidie cibum capiebant.* Sic quidem ſaepe & conſtanter Hippocratem uſum eſſe, poſt H. Stephanum & Foeſium, Casaubonus docuit. »In libro de »Victus ratione in Acutis, [inquit] δὶς σιτέεσθαι τῆς »ἡμέρης & μονοσιτέειν non ſemel opponuntur. Alibi apud »eumdem τῷ μονοσιτέειν opponitur τὸ ἀριστᾷν. Nam quia »fere prandio potius, quam coena, abſtinebant qui ſemel »comedebant, ideo ἀριστᾷν ponit pro *bis de die veſci.*« &c. Eumdem uſum nominis μονοσιτία ex Galeno adnotaverat H. Steph. Nec vero ſolis Medicis proprius ille uſus: nam eodem modo Xenophon locutus eſt Cyropaed. VIII. 8, 9. & in Comici Platonis verbis, quae paulo poſt adfert Athenaeus, manifeſte idem uſus obtinet.

In Alexidis verbis, ſi *priores duos verſus* per ſe ſpectes, putes fortaſſe ἄνδρα μονοσιτοῦντα hominem dici, qui *ſolus cibum capit*, quam in partem Dalech. vertit: *Privatum hominem cibum capere ſolum ſi videris, aut poëtarum verſus & numeros non expetere:* ſed ea quae ſequuntur conſiderans intelliges, ſecundo verſui longe aliam ineſſe ſententiam, & in primo verbum μονοσιτοῦντα commodius eâdem notione, de qua modo dictum eſt, accipi. Sententiam totius loci commode expoſuit Casaubonus: »*Si e vul*»*go*, inquit poëta, *aliquem videris, qui ſemel de die ſumat*

» *cibum, aut poëtam qui recitandis verſibus convivas non ob-* c
» *tundat, ſtatuere debes, & poëtae artem ſuam ceſſiſſe infeliciter,*
» *& illum alterum bonorum ſuorum dimidium amiſiſſe, ambos*
» *denique vivere miſerrimos.* Saepius de die cibum ſumere,
» tam ſoliti veteres plerique quam nos hodie; niſi quod
» parcius fere prandebant. Multi etiam coena tantum vel
» prandio erant contenti: ii nempe, qui vel ſtudio vir-
» tutis, vel amore literarum, aut propter valetudinem,
» genium defraudabant ſuum. De his non ſentit poëta,
» verum de caeteris; quos ἰδιώτας vocat. Sic illam vo-
» cem accipio apud Hippocratem aut Polybium [Poly-
» bum] initio libri DE ratione Victus ſalubri: Τοὺς ἰδιώ-
» τας, ait, ὧδε χρὴ διαιτᾶσθαι. *Idiotas* arbitror intelligi
» eos, *qui more communi vitam degunt*, nec peculiari aliqua
» ratione ſuae valetudini convenienter, illam inſtituunt.
» Alibi [lib. III. de Diaeta] vocat τὸ πλῆθος. « — Grotius
(cuius verſionem ex Excerpt. p. 596. adpoſui) uſitatâ ma-
xime notione *privatum* hominem intellexit, *publicis nego-*
tiis non diſtrictum, ut fere Galenus apud Hippocr.

Verſ. 2. Pro mendoſo ποιητικὰς, non modo noſtri mssti,
ſed & Levinii codex apud Caſaub. ποιητὰς dabant:
at ποιητὴν in ſing. oportuiſſe, quod & Caſ. propo-
ſuit, manifeſte ex vſ. 4. adparet. ποθοῦντ' ᾠδὰς nude eſt,
qui delectatur cantibus. Pro ea ſententia, quam Caſaubonus
expreſſit, aliud verbum graecum exſpectaſſes; ſed in vul-
gato adquieſcendum.

PLATONIS (non philoſophi, puto, ſed comici) verba, d
quae ſequuntur, cum deeſſent editioni Ven. & Baſ. pri-
mus edidit Caſaub. ex Italico codice ab H. Steph. excer-
pta, & ex Leviniano: eadem vero & noſtri codices ex-
hibent.

Ἀραρὼς, ἐν Καμπυλίωνι. Titulum fabulae, qui h. l. de-
erat vulgo, adieci ex III. 86. d. & e Photii Lexic. ms.
apud Albert. ad Heſych. T. II. pag. 695. In ARAROTIS
verſu deerant in edd. particulae μὲν δὴ: ſed μὲν dedit no-
ſter cod. *a.* δὴ vero cod. *b.* quas iunctas deſiderabat me-
trum. Conf. not. ad III. 86. d.

In ALEXIDIS *vſ.* 1. perperam & invitis msstis οἰνάροις
erat editum. *Verſ.* 3. pro καὶ νωγ. eſt ἐνωγαλίζει in no-
ſtris codd. Inde Brunck ἐνωγάλιζε corrigebat & *vſ.* 2. ὑπο-
βρέχων. Sed ὑποβρέχει & καὶ νωγαλίζει, ut hoc loco erat

d editum, ſic habent libri omnes I. 28. e. ubi iidem verſiculi recitantur.

Ἀντιφάνης ἐν Βουσίριδι. Fabulae titulum rurſus ex Photii Lexico adieci, unde eum ediderat doctus Heſychii editor ad voc. Νωγαλεύματα. In fine *verſus* ANTIPHANIS, ἕτερα νωγαλεύματα invito metro erat editum: quod mireris eodem modo apud Photium l. c. legi. Recte vero νώγαλα dedere noſtri libri cum Euſtath. ad Il. σ'. p. 1222, 9. Conf. Suidam in Νωγαλέον, quae vox mendoſe ibi ſic ſcripta videtur, & haud dubie in Νώγαλον mutanda. Pro ῥοιὰς in eodem verſu ῥοὰς habet Phot. quod perinde eſt. Caeterum ſimilia quidem verba quaedam I. 29. d. ex Ephippo adlata video: nec vero idcirco cauſſa ulla fuit, cur hunc locum ex illo corrigendum cenſeret Caſaub.

Ἀπόσιτον δ' εἴρηκε Φιλωνίδης. Ipſum PHILONIDIS *verſum*, e fabula *Cothurnis*, habes VI. 247. e. De voce conſuli poteſt Foeſ. in Oecon. Hippocr. & Heſychii interpretes; quibus adde Koen ad Corinth. de Dial. p. 250 ſq.

e Κρώβυλος: nempe ἐν Ἀπαγχομένῳ, ut diſcimus ex VII. 248. b. ubi auctius adponitur fragmentum. Ibi etiam vides, verba παράσιτον, αὐτόσιτον, eſſe initium ſenarii: quae neſcio quo pacto tamquam finis verſus adpoſita ſunt in noſtro contextu. αὐτόσιτος, ὁ οἰκόσιτος. Suid. nempe qui non eſt paraſitus; aut qui, ubi cum alio coenat, ſuam ſymbolam confert, ut monuit Heſych. Paulo poſt, quod, pro εἴρηκεν Εὔπολις, in ed. 1612. εἴσικεν Εὐπ. legitur, ſphalma eſt illi editioni proprium.

Ἀναγκόσιτον. »Cui potius, quam Athletae, id verbi »quadret, non video. Sic paſſim auctores ei hominum ge»neri tribuunt βίαιον τροφὴν, & ἀναγκοφαγίαν, ſive τὴν »πρὸς ἀνάγκην ἐδωδήν: ut Ariſtoteles, Clemens, Plutar»chus, Galenus; qui etiam ſcribit, athletas, τροφὰς προσ»φέρεσθαι σὺν ἀνάγκῃ πολλάκις ἄχρι μέσων νυκτῶν.« CASAUB. — Conf. Epictet. in Enchir. 29, 2. & Diſſert. III. 15, 3. ibique notata.

Μειράκιον κατὰ τύχην &c. »Intelligit *adoleſcentem tonſo »capite, eo genere tonſurae quod* σκάφιον *dicebant.* σκάφιον »eſſe εἶδος κουρᾶς, ex comicis ſcire debemus & Gramma»ticis. [Vide Suid. & Heſych. ibique Interpretes.] Cae»terum integram huius loci ſententiam parati ſumus illi »aperire, qui integrum *Nicoſtrati* drama nobis exhibuerit.« CASAUB.

AD CAP. XXIX.

κατεκλίνθημεν. Haec verbi formatio pro κατεκλίθημεν e (de qua ad II. 37. d. nonnihil dictum) tam frequenter apud Noſtrum, quam altera, occurrit: ſic rurſus p. 49. d. IV. 149. e. & alibi. τὸν τῶν δείπνων ταξίαρχον. Feſtive; *centurionem* dicit militum ſuorum nomina praelegentem. Adludit ad κατάλογον στρατιωτικὸν, quem dixerat I. 2. f.

PHRYNICHI *verſum*, Ἑπτάκλινος &c. trochaicum eſſe putavi: ſed, ut metro conſtet ratio, pro εἶτ' fuerit καὶ ſcribendum.

EUBULI verba, quae veluti metro ſoluta vulgo ſcribebantur, legitimi ſunt iambi ſenarii; quorum tertio in fine deeſt unus pes cum dimidio. *Verſ.* 3. Σικελικὸν correxit in ora exempli ſui Brunckius, ad ſuperiora verba referens. Equidem in vulgata ſcriptura adquieſcendum putavi.

AMPHIDIS verba, Οὐχ ὑποστρώσεις ποτὲ τρίκλινον; ſic a in ed. Caſ. velut unus verſiculus, aut pars verſiculi, ſcribebantur. At, verum ſi quaerimus, erunt tria priora verba poſterior ſenarii pars; vox τρίκλινον autem, initium ſenarii ſequentis.

In ANAXANDRIDIS *vſ.* 2. editam ſcripturam libri omnes tenent. Ibi CASAUB. ait: »Lego γεροντικαὶ, & συνάγεσθαι συναυλίαν γεροντικὴν interpretor, *convenisse in unum* »*plurium ſenum turbam.* Emendationem facit neceſſariam »lex metri.« — Deeſt utique ſyllaba ad complendam verſus menſuram: at potuit apud poëtam alia vox quaecumque monoſyllaba verſum claudere. Quae continuo ſequuntur, Ἀλλὰ ξενῶνας οἶγε, &c. alterius neſcio cuius ſunt poëtae, cuius nomen intercidit: quare haec nonnihil a ſuperioribus ſeparanda curavi. Ibi recte κρατῆρα δ' αἴρου ed. Caſ. Corrupte αἴργου ed. Ven. & Baſ. & ἄργου alter e noſtris codd. alter αἴγου.

AD CAP. XXX.

Initio huius capitis *aſteriſcum* poſui, ut defectus ſignum. Nam ſicut proxime ante intercidit nomen auctoris, cuius ſunt iſti verſus: ſic haud dubie hic interciderunt priora verba, quae ex PLATONE adpoſuerat Athenaeus. »Platonis locus [ut monuit CASAUB.] eſt in Politico: ubi cum »*velamenta corporis* in duo genera diviſiſſet, σκεπάσματα,

a »& περικαλύμματα, postea sententiam eamdem aliis ver»bis repetens, διετέμομεν ἀπ' αὐτῆς, inquit, artem in»telligens texendi vestes, νῦν δὴ τὴν τῶν στρωμάτων σύν»θεσιν, περιβολῇ χωρίζοντες καὶ ὑποβολῇ.« Scilicet *artem vestium conficiendarum*, & *artem conficiendorum stragulorum*, sub communi genere τῆς ὑφαντικῆς, id est, *textoriae artis*, dixerat contineri; distingui autem eas inter se ita, ut altera τὰ περικαλύμματα sive τὴν περιβολὴν curet, altera τὰ ὑποπετάσματα sive τὴν ὑποβολήν. Vide Platonis Opp. p. 52. T. VI. ed. Bip. ubi vulgo quidem & in Graecorum verborum distinctione & interpretatione solent peccare. Sic enim erat oratio distinguenda: τὴν μὲν διετέμομεν ἀπ' αὐτῆς (scil. τῆς ἱματουργικῆς) νῦν δὴ τὴν τῶν στρωμάτων σύνθεσιν, περιβολῇ χωρίζοντες (nempe αὐτὰς) καὶ ὑποβολῇ.

b *Comici* PLATONIS *versus*, duo Anapaestici sunt tetrametri catalectici, qui quoniam paulo longiores erant, quam ut quemque una e nostris lineis caperet, in duo hemistichia partitus sum utrumque ibi ubi caesura est, post quartum pedem. Eamdemque rationem deinde in similibus versibus tenere constitui. In *hemistich.* 3. percommode, si modo metro conveniret, ferri posset vulgata scriptura Σαρδιανικαῖσι: nam eâdem nominis formâ βάμμα Σαρδιανικὸν Aristophanes dixit, Acharn. 112. & Pac. 1174. ubi erravit quidem Scholiastes ad Acharn. quod ad *Sardiniam* insulam nomen istud retulerit; magis vero erravit Suidas in Βάμμα, & Michaël Apostolius Proverb. Cent. V. 38. qui Scholiasten illum exscribentes, quod ille dixit, posse etiam ad *Sardes Lydiae* urbem referri, praetermiserunt, unius Sardiniae mentionem facientes. De quo errore (in quem Casaub. etiam h. l. inciderat) monuere Holsten. ad Steph. Byz. sub voce Σάρδις, & Küster ad Suid. l. c. Est nempe Σαρδιανικὸς possessiva forma, quam dicunt Grammatici, a gentili Σαρδιανός. Non minus autem haec forma, Σαρδιανὸς, quam altera, conveniebat huic loco: &, quia unice ad metrum apta erat, haud dubie a poëta h. l. adhibita est. Et eâdem sane formâ non modo Σαρδιανὸν κάρυον dictum videmus II. 53. f. & Σαρδιανοὺς βαλάνους pag. 54. c. verum etiam (quod inprimis huc facit) φιλοδάπιδὰς Σαρδιανὰς, XII. 514. c. Quo minus dubitandum duxi, quin Σαρδιαναῖσιν hîc corrigerem. *Hemistich.* 4. pro κοσμησαμ. est κοσμισαμ. in cod. *b.* peius etiam edito. Ego vero ita certam emen-

dationem κοιμησόμενοι puto, quam & Casaub. pro- b
posuit, & ante eum iam Dalech. in versione expressérat, ut iam propemodum ipse nesciam, cur in contextum non receperim. Videntur fere ex eodem hoc Platonis loco expressa Varronis illa verba a Nonio XIV. 34. citata, *cubo* (id graece κοιμάομαι est) *in Sardinianis tapetibus:* ubi vix dubito, aut *Sardianis* aut *Sardianicis* scriptum oportuisse.

Hieronymus scriptor, quem citat, *Rhodius* esse videtur; qui Epigramma istud fortasse ἐν τοῖς Ἱστορικοῖς Ὑπομνήμασι retulit, quae alibi laudavit Athenaeus. Sed de his, & quae sunt eiusdem generis, olim, si Deo placet, in Auctorum Indice, quibus usus est Athenaeus, dicetur. In *Delphico Epigrammate*, perperam vulgo ὧν ἐνὶ χερσὶ legitur in edd. & mss. Recte vero Brunck in Analectis T. III. p. 192. ᾧ ἐνὶ χερσὶ edidit, cui praeiverat Eustath. ad Od. α'. p. 32. 31. Quod *Salaminius* Helicon dicitur, de Salamine Cypri accipiendum esse, e superioribus intelligitur: nec ex alio auctore (quod Casaubonus existimasse videtur) hoc adnotavit Eustathius.

Ephippi *versus* ita digeri poterant: c

——— ὡς ἐγὼ σκιρτῶ πάλαι, ὅπου
ῥοδόπνοα στρώματ' ἐστὶ, καὶ λοῦμαι μύροις
ψακαστοῖς.

Nam λοῦμαι, pro λούομαι, dicebant Attici; ut iam alibi observavimus. »ψακαστὰ μύρα vetustioribus Graecis di»cta unguenta quae posterioribus στακτὰ, inquit Eusta»thius Iliad. π'. [pag. 1093, 9.] allatum hîc sine dubio »Ephippi locum respiciens.« Casaub.

Aristophanis Fragm. citavit Eustath. Od. ν'. p. 271, 31. Apud Brunck. legitur in Fragm. p. 277, 2. Sophronis στρουθωτὰ ἐλίγματα (ut monuit Casaub.) *tapetes* sunt, *in queis expressae avium imagines;* ut ζωωτὰ, *belluta.* Corrupte στρονθωτὰ edd. vett. quod e msstis correxit Casaub. Mox Idem: »ἐντετιμημένα, pro *magni emta*, etsi »non damnamus, veteris tamen coniecturae nondum nos »poenitet, ἐντετιλημένα, *conforiata* stragula. Eam vocem »apud Aristophanem legas non semel.« — Probabilis utique coniectura. Certe verbum ἐντιμᾶσθαι nusquam aliâs, quod sciam, nisi singulari illa notione occurrit, cum quis alteri, loco paratae pecuniae, quam ei debet, vasa, vestes, aut alias res tradit, *certo pretio aestimatas*, illique pro eo pretio *imputatas*. Vide Poll. VIII. 142. Harpocrat. in

c Ἐνετιμᾶτο, & ibi Valeſ. tum Reiskii Indic. Demoſth. in Ἐντιμᾶν.

Ὅμηρος δὲ &c. Euſtathius hunc Athenaei locum citans, ad Od. α'. p. 32, 28. ait, *Athenaeum dicere, Homerum vocari* θαυμασιώτατον καὶ ἱερώτατον. Unde Caſaubono probabile viſum, poſt θαυμασιώτατος h. l. Euſtathium in ſuo Athenaei exemplo καὶ ἱερώτατος legiſſe. At potuit illud epitheton ex alio Athenaei loco huc retuliſſe Euſtathius; quamquam locus, ubi ἱερώτατον Homerum Athenaeus nominaverit, nullus mihi nunc in promtu eſt. Daphnum medicum ἱερὸν ab eo adpellatum in Praefat. p. 1. e. memini. Caeterum additamentum iſtud libri omnes Epitomes h. l. ignorant: & ſatis caeteroquin conſtat, ſola Epitome uſum eſſe Euſtathium, non integro Athenaei opere. Homeri locus, quem prae caeteris hîc reſpicit Deipnoſophiſta, eſt Od. κ'. 352 ſq. cui adde Il. ω. 644. & Od. α'. 130. De voce λῖτα adnotavit CASAUB. „λιτὰ ſcribunt multi »grammatici apud poëtam, & hîc quoque pars veterum »codicum: Athenaeus circumflectit, teſte Euſtathio. Eum »conſule, & auctorem Etymologici.« — Vide Euſtath. praeſertim ad Od. α'. p. 32. lin. 19 ſqq. Quos hîc *veteres codices* dixit Caſaubonus, nulli alii ſunt niſi editio Ven. & quae eam ſecuta eſt Baſ. in quibus tamen non λιτὰ, ſed λίτα ſcriptum. λῖτα correxit Caſaub, & ſic (ni fallor) ſcribitur etiam in noſtris codd.

AD CAP. XXXI.

Πρῶτοι δέ. Καὶ πρῶτοι δὲ edd. ubi delevi priorem par-d ticulam auctoritate noſtrorum codicum. εὐάφεια, quam mox dicit, *mollis contactus* eſt, ut bene monuit Caſaub. Quem *Cretenſem* noſter Timagoram memorat, eum *Athenienſem* apud Plutarchum in Pelopida dici, adnotavit idem Caſ. At *Athenienſem Timagoram*, pluribus ſcriptoribus commemoratum, (vide infra ad VI. 251. b.) bene noverat etiam Athenaeus noſter, eumque paulo poſt ipſe nominat. Φαινίας h. l. habet cod. *a.* Φανίας *b.* cum edd. τὸν ὑποστρώσοντα. στρώτας θεράποντας dicit Plutarch. in Pelopida, p. 294. e. τὸ συγγενικὸν ἄριστον. cf. Not. ad I. 30. a. & infra, III. 114. e. Curt. III. 3, 14. ibique Freinsh. e ψυχαγωγήσας commode dedere noſtri mssti. τούτων τινὰ ἀπὸ τῆς τραπέζης ἀπεστέλλετο. »Scribe τούτῳ τινὰ

»[ait CASAUB.] non τούτων.« — Quâ novatione nil e
opus videtur. Adeſt enim paucis ante verbis dativus ca-
ſus Τιμαγόρᾳ τῷ Ἀθηναίῳ, ad quem haec referuntur; qui
ſi etiam longius abeſſet, facile ſubintelligeretur αὐτῷ. Ge-
nitivus τούτων vero, poſt τῶν δὲ παρατιθεμένων βασιλεῖ,
ſignanter nec ſine emphaſi repetitur, quaſi diceret *de his*
ipſis. Vide Lexic. noſtrum Polyb. in Οὗτος. Pro ἀπεστέλ-
λετο Brunck ἀπέστελλε malebat; puto, quoniam mox ſe-
quitur ἔπεμψε in activo: quod tamen non ſatis cauſſae vi-
detur, cur a librorum ſcriptura diſcedamus, cum praeſer-
tim conſtructio illa, τινὰ ἀπεστέλλετο, conveniat cum ſtru-
ctura verborum praecedentium, τοῦτο οὐχ ὑπῆρξε. σκη- f
νὴν οὐρανόροφον. »Intelligit *tabernaculum diverſorum colorum*,
»*in tholi modum factum*: nam tholi forma eſt οὐρανοειδής.
»Propterea dicebat Dio lib. LIII. [cap. 27.] Pantheon,
»quod Romae Agrippa condidit, θολοειδὲς ὄν, τῷ οὐρανῷ
»προσεοικέναι. Alii ſcriptores, ut formam huiuſmodi pa-
»pilionum indicent, οὐρανίσκους appellant. [conf. infra,
»V, 196. b.] Talem fuiſſe tabernaculorum figuram qui-
»bus reges Perſarum utebantur, etiam Heſychius [in Οὐ-
»ρανὸς] admonet: Πέρσαι, inquit, τὰς βασιλείους σκηνὰς
»καὶ αὐλὰς, ὧν τὰ καλύμματα κυκλοτερῆ, οὐρανοὺς. Deeſt
»vox ἑκάλουν aut ſimilis.« [Quale verbum quidem per-
ſaepe conſulto omittere ſolent Grammatici.] »Hodie in
»idiotiſmo noſtro *ἀκύρως coelum lecti* appellatur ſummum
»illius tegmen, etiamſi nihil in eo οὐρανοειδοῦς formae.“
CASAUBONUS. Pro οὐρανόροφον, quod recte editum, men-
doſe οὐρανοφόρον eſſe in ſcriptis libris, ait idem Caſ. At
noſtri quidem libri verum tenent.

AD CAP. XXXII.

Initium huius Capitis in Codicibus msstis Epitomes tale a
legitur, quale illud exhibui, Τράπεζαι ἐλεφαντό-
ποδες &c. uſque πεποιημένων. Tum vero de CRATINI
verſibus nonniſi tria poſteriora verba erant adpoſita, hoc
modo: Κρατῖνος· Τράπεζαι τρισκελεῖς σφενδάμνιναι. Sic
nempe Epitomator hunc locum ex opere integro excer-
pſerat. Muſurus vero, qui Venetam curavit editionem,
(ſuum neſcio codicem, an ingenium, ſecutus) prima ver-
ba ſic dedit in accuſativo caſu poſita, τραπέζας ἐλεφαντό-
ποδας: & ea quidem a praecedentibus *interpoſito punctо*

a distinxit. Basileensis dein editor, suo arbitratu, punctum illud *commate* mutavit, ut ista verba cum praecedentibus cohaerere viderentur: eamdemque rationem Casaubonus tenuit, nulla mentione facta scripturae codicum; illum modo corrigens superiorum editionum errorem, ut pro σφενδάνου & σφενδάνιναι, quod illae habebant, σφενδάμνου & σφενδάμνιναι poneret. De CRATINI *versibus* Eustathius non amplius quam eadem tria verba, quae Epitomator adposuerat, cognita habuit: certe nonnisi illa citavit in Comment. ad Od. α'. p. 29, 50. Integros vero duos tetrametros trochaicos dedit nobis codex noster *a.* (olim Sedanensis, hodie Parisiensis) in illo, de quo iam saepius dixi, *locorum nonnullorum ex libro II. olim integro ductorum Supplemento*, quod ibi in fine Epitomes libri XIII. exhibetur. Ibi media inter alia fragmenta ex abrupto sic legitur: Κρατῖνος· Ταυριῶσαι &c. sicut edidimus; praeterquam quod μείραξ in codice scribitur, quod haud dubie ex μείρακες est corruptum: quem lapsum librarii, qui scripturam sui exemplaris perperam acceperat, non mirabitur is, qui noverit literam κ in fine vocum (nam terminatio superne adponebatur, ut κ in fine esset vocis) ita mire interdum in codicibus mstis circumduci solitam, ut prorsus literae ξ figuram referat; cuius scripturae qui exemplum desiderat, adeat Montfauc. Palaeogr. Graec. p. 345. videatque ibi col. 3. post medium, quibus ductibus vox βασιλικὸν per compendium scripta sit: de eadem scriptura confer quae supra ad pag. 31. a. (pag. 229. harum Animadv.) diximus. Eosdem CRATINI *versus* ex eodem codice a se excerptos olim Ruhnkenius cum Valckenario communicaverat, qui illos in Diatribe Hippolyto Euripidis adnexa p. 163. primus edidit, posteriorem versum sic corrigendum censens,

μείρακες φαιδραὶ τραπέζας τρισκελεῖς σφενδαμνίνας.

Equidem a codicis scriptura, nisi ubi manifeste corruptus erat, mihi non discedendum putavi.

ἐξ ἀπραξίας. Perperam ἐξ ἀπορίας ed. Ven. & Bas. Recte vero istud e mstis, quibus & nostri adsentiuntur, restituit CASAUB. idque in Animadv. interpretatus est: »*post cessationem*, vel, *pro cessatione*: aut ita accipe, [ait,] »*istius inertia negotium hodie creabit mihi.*« — Tum, quod & mihi primum ista verba legenti visum erat, adicit: »Videtur mutuatus ex aliquo vetere scriptore.« — De

vocabulis τρίπους & τράπεζα haec monuit idem CASAUB. a »Offenditur Ulpianus iſto vocis τρίπους uſu: quaſi *tripe-* »*dibus ollis* tantum, non *menſis*, id nomen conveniret. At- »qui ſcire licet, menſarum alias tres, alias quatuor pedes »habuiſſe: illas proprie τρίποδας dici; has τραπέζας, »quaſi τετραπέζας. Uſus, penes quem loquendi norma »eſt, obtinuit, ut in totum menſae τράπεζαι vocaren- »tur, relicta appellatione τρίποδος alterius generis uten- »ſili. Tamen eruditi ſcriptores, ut hîc Athenaeus obſer- »vat, etiam aliter ſunt locuti." — Eam in partem inpri- b mis illuſtris eſt XENOPHONTIS locus, *de Exped. Cyri* VII. p. 315. ubi eaſdem *menſas* modo τρίποδας, modo τραπέ- ζας nominat.

In ANTIPHANIS ſenario, κατὰ χειρῶν εἴχομεν idem va- c let ac κατὰ χειρῶν λαβόντες apud Menandrum, infra lib. IX. p. 408. f. De more illo, ſimulque de loquendi for- mulis, vide ibi totam fere pag. 408 & ſeq.

De EUBULI *verſiculis* monuit CASAUB. »Pleraque Eu- »buli comici venuſtatis aliquid redolent; & ſaepe ſunt »ſubobſcura; non raro etiam depravata. Omnia haec iſtis »cenſeo ineſſe: Τρίποδες οὗτοι πέντε σοι, Καὶ πέντε. πεν- »ντηκοστολόγος γενήσομαι. Lego Κρέα πέντε. Induce- »bat aliquem Eubulus, qui alteri traderet aut incoram »recenſeret *quinque menſas, & quinque apponendarum car-* »*nium fruſta*: fortaſſe etiam plures aliae res pari numero »erant enumeratae, quas ſuo more praetermiſit Athe- »naeus. Utut ſit, repetita ſaepius vox πέντε occaſionem »praebuit iocandi ei, cui iſta dicebantur. *Ego*, inquit il- »le, *qui tot rerum pemptadas accipiam*, πεντηκοστολόγος »γενήσομαι. Proprie ſic dicitur *publicanus*, *qui vectigal quin-* »*quageſimae exercet.* Meminit Demoſthenes illius vectiga- »lis in Orat. contra Midiam, & in ea contra exceptio- »nem Lacriti, & alii oratores." — Ipſum vocab. πεντη- κοστολόγος habes apud Demoſth. T. I. p. 558. 18. & T. II. pag. 909. 10. Latine vero, ſicut *viceſimarius* vocatur qui viceſimas exigit, (de quo dictum ad Epicteti Differt. IV. 1, 33.) ſic πεντηκοστολόγον non *quinquagenarium*, ſed *quinquageſimarium* dictum volueram.

EPICHARMI *verſus* non carent difficultate. Adponam ipſam librorum ſcripturam, ut commodiora tentare poſſit qui noſtra non probarit. Neglecto metro neglectaque di- verſarum partium diſtributione ſcripti in ſuperioribus edi-

c tionibus verſus erant, & a Caſaub. in hunc modum editi: Ἐπίχαρμος, Τί δὲ τάδ' ἐστί; δηλαδὴ τρίπους. Τί μὰν οὐκ ἔχει πόδας τέτταρας; οὐκ ἔστι τρίπους, ἀλλ' οἶμαι, τετράπους. ἔστι δ' ὄνομ' αὐτῷ τρίπους, τέτορας γε μὰν ἔχει πόδας. Οἰδίπους τοίνυν πόθ' ἦν αἰνίγματ' οὐ νοεῖς. Librorum varietates hae ſunt. Priora verba in ed. Venet. perincommode ſic diſtincta ſunt, τὶ δὲ τάδ' ἐστὶ δηλαδὴ, τρίπους. Sed, ut apud Caſaubonum, ſic diſtincta exhibentur apud Euſtath. ad Od. α'. pag. 29. l. 48. eodemque modo, ni fallor, in noſtris msstis. Tum ed. Venet. ſic pergit: Τιμὰν οὐ. ἔχει πόδας τέτταρας. & ſic fere mssti noſtri, qui magis quidem mendoſe Τίμανον ἔχει habent. Euſtathius vero abſque negatione, & adpoſito interrogandi ſigno, Τί μὰν ἔχει πόδας τέτταρας; Deinde pro αὐτῷ, αὐτῇ legit idem Euſtath. ſic, ἔστι δ' ὄνομ' αὐτῇ τρίπους. & in his verbis finem facit ille huius fragmenti. Mox pro τέτορας γε μὰν eſt quidem in ed. Ven. & Baſ. τέτταρας γε μὰν, quod etiam in ed. 3. Caſ. (Lugd. 1657.) repoſitum video: ſed τέτορας ex msstis (quorum quidem ad hoc vocabi nullam mentionem facit) adſciviſſe Caſaubonus videtur; agnoſcunt quidem hoc loco eamdem ſcripturam noſtri codices. In poſtremis verbis nil ab ed. Caſ. diſcrepat ed. Ven. niſi quod pro ſcriptura manifeſte vitioſa πόθ' ἦν, quae ex ed. Baſ. in Caſaubonianas tranſiit, ποτ' ἦν habet cum noſtris codicibus. In fine vero, pro αἰνίγματ' οὐ νοεῖς codices noſtri αἰνιγμά τοι νοεῖς habent. Grotius (in Excerpt. p. 481.) totum hoc Epicharmi fragmentum in quatuor tetrametros trochaicos, quo fere genere uſum Epicharmum conſtat, ſic digeſſit:

Α. Τί δὲ τοῦτ' ἔστι; Β. Δηλαδὴ τρίπους. Α. Τί μὰν; πόδας οὐκ ἔχει
τέτορας. Β. Οὐκ ἔστι τρίπους οὖν, ἀλλά γ' οἶμαι τετράπους.
Α. Ἔστι δ' ὄνομ' αὐτῷ τρίπους. τέτορά γε μὰν ἔχει πόδας·
Οἰδίπους τοίνυν ποτ' ἦσθα, κ' οὐ νοεῖς αἰνίγματα.

Quem ego in aliis ſecutus, in aliis ſcripturam librorum preſſius tenendam putaveram; perſonarum etiam partes nonnihil mutavi. Initio *primi verſus* non ferebat trochaici metri ratio anapaeſtum Τί δὲ τοῦτ', a Grotio invectum: quare tribrachyn Τί δὲ τάδ' tenui, quem libri dabant. At *ſecundum verſum*, qualem equidem conſtitui,

τέτορας πόδας; οὐκ ἔστι τρίπους, ἀλλά γ' οἶμαι c
τετράπους,

ferri non posse intelligo, ob spondaeum in tertia sede. Itaque aut ad Grotii rationem recurrendum fuerit, aut sic scribendum,

τέτορας πόδας; οὐ τρίπους οὖν ἐστιν, ἀλλὰ τετράπους.

aut, servato verbo οἶμαι, quod habent libri:

τέτορας πόδας; οὐ τρίπους οὖν, οἶμαι· ἄλλα τετράπους.

quod fortasse verissimum fuerit, ut particula οὖν in vulgata scriptura statuatur expulsa fuisse per glossam olim superscriptam ἐστί. Pro vulgato τέσσαρας, dorice perinde & τέτορας & τέτορας dici potuit, ut docuit Maittaire in Dialectis Gr. Ling. p. 189. Ad totum Epicharmi locum nihil adnotavit CASAUB. nisi ad postrema verba; ubi, tamquam versus esset trimeter hypercatalectus, ait: »Sic scribebam, Οἰδίπους τύνη πότ' ὢν, αἰνίγματ' οὐ νοεῖς; »*Tu qui Oedipus alter cluis, aenigmata non intelligis?* Paul»lo tamen aliter optimi libri, Οἰδίπους τοίνυν ποτ' ἦν· »[melius ἦς·] αἰνιγμά τοι νοεῖς. *Ergo tu Oedipus es: ae»nigma enim intelligis.*" — Ego vero cum Grotio existimavi, eamdem mensuram hunc versum debere habere atque praecedentes: ibique cum codices mssti (tam nostri, quam illi quorum excerptis Casaubonus usus est) pro vulgato οὐ ante νοεῖς particulam τοι habeant, suspicatus sum, ob ea expulsam fuisse vicini soni voculam τὺ, (dorice pro σὺ) quae illam sequi debebat. Pro ποτ' ἦν, quod habent libri, utrum rectius sit, ποτ' ἦσθα, quod Grotius posuit in praet. imperfecto, an, quod mihi visum erat, ποτ' ἐσσὶ, in praesente, pronunciabunt hi quibus de sententia postremi versus certo constiterit. In latina versione, Grotii verba adposui, quae ipsius Graecis respondent: nostrae scripturae haec inerit sententia: *Oedipus ergo tu es; aenigmata sane tu nosti.* (subintellige, *non ego.*) Sed, pro hac ipsa sententia, deletam malim personae *B.* notam initio versus; ut ei, qui id *quod quatuor pedes* habet, tamen constanter *tripes* vocat, ista dixerit is qui hoc non capit, & cui hoc simile videtur aenigmati Oedipodis. Una mihi dubitatio supereſt, de vocula ποτ': quae primum non dorica est, nam ποκ' oportebat; deinde ad propositam sententiam parum apta est. Itaque suspicor, non ΠΟΤ, sed ΠΟΥ, olim scriptum fuisse. Nisi forte tali quodam modo concipiendus fuerit versus:

Οἰδίπου τοίνυν ποῖά ποτ' ἦν αἰνίγματα τὺ οὐ νοεῖς;
Oedipi ergo quae fuerint aenigmata, tu non nosti?

ARISTOPHANIS *iambos* ex Athenaeo repetiit Eustath. d Od. α'. p. 29. 47. Postremum autem versum alibi rursus memoriter citans idem, (ad Iliad. λ'. p. 813. 35.) sic mutavit, *οἵμοι πῶς ἂν εὕροιμι τρίπουν τράπεζαν*; Brunck in Aristophanis Fragm. p. 277. n. 3. *primum versum* ita scripsit, quasi Τράπεζαν esset primum verbum versus, & *ἡμῖν φέρε* duo postrema; ut omissa fuerint ab Athenaeo quae inter ista interiecta fuissent. Equidem posti *τράπεζαν* particulam *οὖν* ex coniectura inserui. *Vers.* 2. *μὴ 'χέτω* habent edd. omnes: mssti vero nostri *μὴ ἐχέτω*, negligentes (ut fit saepe in optimis vetustissimisque codicibus) elisionem, quam postulat metri ratio.

AD CAP. XXXIII.

καταλιπθέντι. Vide paulo ante, ad II. 47. e.

De DAMASCENIS, aliisque *prunis*, consule Bodaeum a Stapel ad Theophrasti Hist. Plant. IV. 3. p. 317 sq. *κάλλιστα γεωργεῖται*. e Conf. Suid. in Βράβυλα. *ἄλλοι τε μέμνηνται*. Sic tacite ex ingenio correxit Casaub. *ἄλλος τε μέμνηται* habent edd. vett. & mssti.

HIPPONACTIS *versus*, Στέφανον &c. quodnam ad genus pertineat, mihi incompertum. Est unus pes tribrachys, tum quatuor spondaei cum dimidio. Quatuor *spondaeos* dico: nam syllaba *κυ* in *κοκκύμηλον*, licet in Alexidis sequentibus versibus bis brevis usurpetur, tamen & longa esse poterit, quia ex *κόκκυγος μῆλον* contractum vocabulum: *κόκκυγος* autem penultimam longam habet, ut paulo post ex Nicandri versu adparet. In ALEXIDIS *vers.* 1. pro *ὕπνῳ*, est *ὕπνοις* in cod. *a.* commode. In *vers.* 2. metro non convenit *νίκατραν*, quod pro *νικητήριον* proposuit Casaub. Itaque *νικήτριον* suspicatus sum, licet nusquam repererim hanc vocabuli formam. In fine *vers.* 4. desunt vulgo verba *ὡς ἐμὲ*, quibus explendum versum idem Casaub. probabiliter coniectavit.

Vers. 5. *στεφάνῳ κυλίστῃ. κυλίστῳ* utique malim cum eodem Casaub. Nam & grammatica analogia defiderare hanc formationem videtur, & eadem constanter aliàs occurrit. Vide infra XV. 678. e. f. Eustath. ad Od.

ε'. pag. 228. 28. Pollucem VII. 199. Proinde reſtituendum hoc Athenaeo cenſeo, licet pertinaciter h. l. libri vulgatum teneant. — » Veteres in coronas addebant non » ſolum *flores*, ſed etiam *fructus*, ut pruna, ficus, & ſimi- » lia his: atque hae ſunt coronae quas vocarunt κυλι- » στοὺς στεφάνους, διὰ τὴν ἀδρότητα καὶ τὸ μέγεθος, quia » videlicet propter firmitatem circuli κυλίεσθαι corona ac » *rotari* poterat. Latine *volubilem* aut *rotatilem* coronam di- » xeris. Interpres, *tortilem*: is vero eſt πλεκτὸς στέφανος, » non κυλιστός." CASAUB. — Vide auctores modo citatos, & Bod. ad Theophr. p. 317. *Eodem verſ.* 5. exclamationem Ἡράκλεις alteri perſonae tribuendam putavi: ſi eidem homini malueris tribuere, qui inſomnium narrat, non repugno.

Ex *ſequentibus* quatuor eiuſdem ALEXIDIS *verſibus*, duos priores ſic legendos cenſuerat Caſaub.

Ἑώρακας πώποτε εὖ ἐσκευασμένον
ἥνυστρον, ἢ ὀπτὸν σπλῆνα μεμονβυλευμένον;

quibus verbis tamen non magis conſtat metri ratio, quam vulgatis. Commodius primum verſum ſic refinxit Dawes Miſc. Crit. p. 202.

Ὥρακας ἥνυστρόν ποτ' ἐσκευασμένον.

In *verſ.* 2. deeſt puto vocula: verbi cauſſa, ἢ σπλῆνά που ὀπτὸν, vel ἢ σπλῆνα ὀπτὸν καὶ &c. Sed nil adtinet his immorari. *Verſ.* 4. Pro μέτωπον, πρόσωπον legendum cenſuerat Caſaub. ex Euſtath. Iliad. β'. pag. 160, 4. De verbo μονβυλεύειν dictum eſt ad I. 4. b. (p. 49 ſq. harum Animadv.) Ad argumentum quod ſpectat horum verſuum, adnotavit CASAUB. » Loquebatur poëta de pugi- » le, cui pugnis facies probe fuerat contuſa. Eam foedi- » tatem exprimere cupiens, variis hiſce ſimilibus ingenio- » ſe uſus eſt. Porro iſtis Alexidis locis alium addas licet ex » lib. IV. ubi ἀποθέτων κοικυμήλων facit mentionem: ea » erant *pruna Damaſcena ſole ſiccata* ad perennandum."

βράβυλα. Sic h. l. edd. omnes, nec e msstis ad hunc eumdem locum enotata eſt varietas: & ſic apud Heſychium ſcribitur, (ubi pro Βράβυλος, fortaſſe Βράβυλα oporrebat) & apud Suidam, qui ſua ex Athenaeo hauſiſſe profitetur. Mox vero in *Theocriti verſibus*, quorum prior a eſt ex Idyll. VII. 146. alter ex XII. 3.) in ed. Ven. & in noſtris codicibus βραβιλ. per *iota* ſcribitur. Quod dein ait, τῇ περιφορᾷ, adnotavit Caſaub. nove id dictum eſſe

a pro περιφερείᾳ. SELEUCI grammatici verba ex Athen. repetiit Euſtath. ad Od. ω. p. 836. 26. ubi bis βράβηλα per η ſcribitur, mendoſe; nam penultimam brevem habet hoc nomen, apud Theocritum quidem. In eiſdem Seleuci verbis, priori loco βραβυλὰ (ſic, acute ſcriptum) legebatur apud Athen. in edd. omnibus; βράβιλα, in noſtris msstis: poſteriori loco, βράβυλα in ed. Baſ. & ſeqq. eodemque modo (ni fallor) in msstis; βράβιλα vero in ed. Venet. Apud Suidam, qui eadem Seleuci verba ex Athenaeo refert, in Küſteri quidem editione conſtanter βράβυλα ſcribitur: ſed in vetuſtis editionibus (in Mediolanenſi quidem, & in Baſ. quae e Veneta expreſſa eſt) conſtanter βράβηλα, quod ex βράβιλα potius quam ex βράβυλα corruptum videri debet.

τὰ μὲν μάδρυα. Nil mutant libri: & conſentiunt Suid. & Euſtath. locis citatis. Apud Heſychium vero legitur: Ἀμάδρυα· κοκκύμηλα Σικυόνιοι. (int. καλοῦσι.) quod non convenit cum etymologia, a Seleuco tradita. τὰ δὲ βράβυλα, φησὶν, ὅτι. Verbum φησὶν h. l. ignorant codices noſtri, nec male.

Θεόφραστος δὲ &c. Apud Theophr. Hiſt. Plant. III. 7. ubi de *arboribus* agitur, ſic legitur: κοκκυμηλέα, καὶ σποδιάς· αὕτη δ' ἐστὶν ὥσπερ ἀγρία κοκκυμηλέα. Inde, cum σπονδίας ſcriptum eſſet in ed. Ven. & Baſ. & σπονδιὰς in msstis, σποδιὰς apud Athen. correxit Caſaubonus: κοκκύμηλα vero, quod utique videtur utrobique in κοκκυμηλέαν mutari debuiſſe, intactum reliquit. Attamen in *arborum* numero etiam memorantur κοκκύμηλα apud Polluc. I. 232. niſi ibi pariter mendoſa ſcriptura; quod facile credas. Nomen σποδιὰς vel σπονδιὰς nuſquam alibi, quod ſciam, legitur. Praeferam quidem ego cum Caſaub. priorem vocis formam, ut a *cineritio colore* ductum ſit nomen.

b Ἀραρὼς δὲ κοκκυμηλέαν καλεῖ τὸ δένδρον, κοκκύμηλον δὲ τὸ ἀκρόδρυον. »Qui ita loquitur, clarum dat indi»cium, alios ſcriptores aliter has voces uſurpaſſe; quod »falſum eſt: nam *arborem* iſtam ſemper philoſophi & me»dici vocant κοκκυμηλέαν; *fructum*, κοκκύμηλον.« CASAUB. — At, quoniam κοκκυμηλίαν habent libri noſtri, videri poſſet hunc ipſum proprium Araroti poëtae uſum adnotare voluiſſe Athenaeus; niſi ſimul illud de fructus adpellatione, in qua quidem nihil ſingulare eſt, ad-

iiceretur. Obſervat vero (ut mox idem adnotavit Ca- b
SAUB.) Pollux I. 232. *apud mediae aetatis comicos*, qualis fuit Araros, Ariſtophanis filius, *prunum arborem appellari* κοκκύμηλον ἀρσενικῶς. Ex eo haud improbabiliter coniiciebat Caſaub. ſic ſcripſiſſe Athenaeum: Ἄραρὼς δὲ τὸν κοκκύμηλον καλεῖ τὸ δένδρον, τὸ κοκκύμηλον δὲ τὸ ἀκρόδρυον. Quod autem adiicit idem CASAUB. »Poſtea animadvertimus, non multo aliter eſſe in uno e msstis.« — commode facturus erat vir doctus, ſi codicis ſcripturam, qualis fuerit, declarare nobis eſſet dignatus. In noſtris quidem libris nullum talis ſcripturae veſtigium cernitur. — »Fructus coccymeleae, teſtibus Aëtio & Aegineta, »προῦμνον in Aſia vulgo appellabatur: quamquam Gale»nus lib. II. De Vi Alimentorum προῦμνα ait dicta ſuo»tempore fructus τῶν ἀγρίων κοκκυμήλων. Utut ſit; ab »Aſiatica voce originem habet Latinorum *prunus*. προύνη »tamen etiam Theophraſto arboris nomen. Fuerunt et»iam e Graecis, qui fructum, qui aliis κοκκύμηλον eſt, »μόλτυον appellarent. Heſychius: Μολτύους, τὰ κοκκύ»μηλα.« CASAUB.

εὔφθαρτα. De huius vocabuli uſu apud medicos dixi nonnihil ad p. 45. d.

AD CAP. XXXIV.

Θεόφραστος. Vide Hiſt. Plant. III. 13. *Ceraſi florem* di- c
cit ἐκ μικρῶν ἀνθῶν συγκείμενον, κηριῶδες. Cum perperam olim apud Theophr. κηρῶδες legeretur, monuit Caſaub. corrigendum id eſſe ex Athenaeo. κηρίον Graecis *favus* dicitur, non modo *apum*, ſed & *veſparum*; qua de familia eſt genus quoddam ſolitarie viventium, quae favum ſive nidum conſtruunt flori fere ſimilem, pediculo inſidentem, & ſuper eo veluti in umbellae formam expanſum. Cum his, ut videtur, potiſſimum conferre Graeci ſolebant tam *flores* eos, quos proprio nomine *umbellatos* vocant recentiores botanici, quam alios quoslibet qui ſimilem fere ſpeciem utcumque referunt. Eodem modo *ceraſi florem* κηριώδη vocat Theophraſtus, id eſt, exteriori habitu κηρίον referentem. Pari modo idem eodem cap. 13. lib. III. de ſambuco ait: Τὰ δὲ ἄνθος λευκὸν ἐκ μικρῶν (ſic recte ibi editt. veteres, non μίσχων, ut poſteriores) λευκῶν πολλῶν, ἐπὶ τῇ τοῦ μίσχου σχίσει κηριῶδες. Idem III.

c 12. postquam dixit sorborum fructus racemis provenire similes, addit, πολλὰ ἀπὸ τῆς αὐτῆς κορύνης, ὥστ' εἶναι καθάπερ κηρίον. Herodotus II. 92. in plantae cuiusdam aquaticae descriptione ait, ὁ καρπὸς γίνεται κηρίῳ σφηκῶν ἰδέαν ὁμοιότατον. His locis, quae ad illustrandum vocab. κηριῶδες Casaubonus collegit, adiecit idem vir doctus alium de faba Aegyptiaca ex Theophr. IV. 10. cuius partem etiam Athenaeus noster initio libri III. citavit, sed ibi quidem alia ratio est.

ὅμοιος διοσπύρῳ. *Diospyrus* ille, vel potius *diospyron*, quisnam fructus sit, ignorare se profitetur Bodaeus ad Theophr. Suspicatur autem, esse aliquod genus *cerasi sylvestris*. In sylvestribus certe fructibus τὰ διόσφορα (quae a Theophrasti διοσπύροις non diversa videntur) commemorat Galenus, de Aliment. Facult. II. 38. citante Bodaeo p. 208 extr. Gallicus Athenaei interpres in brevi ad h. l. nota ait, esse »*Plakminier*, *de la famille des Airelles*. *Voy.* »*Adanson Familles des Plantes*, *T. II. num.* 22.«

Καὶ πάλιν· Κράταιγος &c. Vide Theophr. Hist. Plant. III. 15 extr. & ibi Bodaeum p. 233. *Folium* τεταμένον, (proprie *tensum*, *intentum*) idem valere ac τετανὸν apud Theophrastum, nempe *glabrum*, *laeve*, *non rugosum*, plane ex Galeno Bodaeus demonstravit. Ipsam vero vocem τετανὸς habes etiam apud Nostrum II. 69. e. Pro μεσπίλη, perperam est μεσπήλη in sola edit. 1612. & sic ibi mox iterum. μᾶλλον ἐκείνου tacite e Theophr. correxit Casaub. Perperam ἐκεῖνος edd. vett. & mssti. καὶ πλατύτερον καὶ προμηκέστερον. Ex Theophr. a nobis sic repositum est; quod & a Dalech. & a Gallico interprete factum video. Quam recte, viderint qui rei herbariae me sunt peritiores. Si ἢ προμηκ. teneas, longe diversa fuerit sententia, *magis latum quam longum*. Pro χαραγμὸν, male
d χαρασμὸν edd. vett. μονόῤῥιζον εἰς βάθος ὡς ἐπὶ πολύ. id est: *radix singularis*, *alte admodum descendens*. Pro hac sententia tamen oportebat potius ὡς εἰς πολὺ, quam ἐπὶ πολύ. Prorsus vero in contrarium Dalech. *non alte*; quasi esset οὐκ ἐπὶ πολὺ, aut οὐκ εἰς πολύ. Apud Theophr. est ὡς ἐπιτοπολὺ, idque fortasse rectius; quod sonat *plerumque*. Istam autem dictionem apud Theophr. plane non expresserunt interpretes. Pro κότινος est κόλλιμος apud Theophrastum, quod ex Athenaeo corrigendum ibi monuerunt interpretes. τὸν χυλὸν μεσπίλου. Sic recte h. l. mssti,

ubi de fructu agitur, non de arbore: in eamdem sententiam κατὰ τὸν χυλὸν μεσπιλῶδες est apud Theophr. Perperam h. l. μεσπίλης apud Athen. editum erat.

In fine cap. quod *crataegum cum cerasо confudisse* Deipnosophista perhibetur: »Danda venia, ait Bodaeus, »Athenaeo, in re herbaria parum exercitato.« — Ibi quod ait φησὶν ὁ φιλόσοφος &c. haud dubie φησὶν ad *Athenaeum* refertur, quem Epitomator ait id dixisse: sed ὁ φιλόσοφος dubites utrum idem Epitomator dixerit, de eodem *Athenaeo* loquens; an Athenaeus, loquens de *Theophrasto*. Ego priori modo accepi, ut, quem alibi σοφιστὴν adpellat Eclogarius, ut I. 4. a. I. 26. c. II. 49. a. alibi τὸν ῥήτορα, ut hac pag. lit. f. eumdem nunc τὸν φιλόσοφον dicat, quemadmodum I. 20. c. Ad sententiam quidem h. l. nihil interest.

AD CAP. XXXV.

ὁ δὲ καρπὸς τὰ μὲν ἄλλα πάντα ὅμοιος. Non dicit, *cui* e similis. Sed quum *de chamaecerasо*, id est, de *humili* & *pumila*, quae dicitur, *cerasо* agatur, consentaneum est, ut intelligatur fructus dici similis *fructui cerasi*. ἀλγεῖν τὴν κεφαλὴν τίθησι. Sic codices nostri. Diversa verborum serie βαρύνει τε τὴν κεφαλὴν καὶ ἀλγεῖν τίθησι edebatur, e primi editoris fortasse ingenio, cui commodius hoc visum esset. τό τε γὰρ φέρον αὐτὰ δένδρον τοιοῦτον. In ed. Ven. corrupte sic legebatur, τό τε γὰρ τότε γὰρ (sic ista bis) φέρει αὐτὰ δένδρα τοιοῦτον. Inde sic ed. Cas. τό τε γὰρ ... φέρει αὐτὰ δένδρα τοιοῦτον. In Animadv. vero monuit: »Tolle notatam *lacunam*, & scribe τό τε γὰρ φέρον αὐτὰ »δένδρον τοιοῦτον. Diu est cum ex coniectura sic emen»daveram: admonitus sum postea ab eruditiss. Levinio, »ita scribi in membranis melioribus.« Et sic quidem priora sex verba etiam nostri dant libri; sed iidem vocem τοιοῦτον (eam ipsam, quam unam recte tenebant editi) non agnoscunt: & in cod. *b.* quidem simpliciter ea abest, in cod. *a.* exiguum pro ea spatium vacuum relictum. Mox in ὁ πλέον τῶν ἑπτὰ τοῦ καρποῦ consentit cum editis noster cod. *b.* in cod. *a.* vero desunt duo verba τῶν ἑπτὰ, sed rursus vacuum nonnullum relictum est spatium.

ARISTOPHANIS *versum* apud Brunck in Fragm. non reperi. Est anapaesticus tetrameter catalecticus; quem, quia una nostrarum linearum non capiebat, in duo hemisti-

chia diviſum excudi iuſſeram. In poſteriori hemiſtichio eſt pes proceleuſmaticus κυλα φυε, quem fert anapaeſtici metri ratio. Si anapaeſtum malles, φύνται oportebat pro φύεται. In THEOPOMPI iambo, pro mendoſo Τράγουσι, quod erat editum, recte Τρώγουσι dedere libri noſtri. In CRATETIS *verſ.* 1. nil opus erat ſolicitare ἀρικωτάτη, quod ad puellam refertur de qua agitur. In *verſ.* 2. τὰ τίτθι' per apoſtrophum ſcribebat Brunck. Mihi commode teneri poſſe vulgatum videbatur. AMPHIDIS *iambos*, ex h. l. repetiit Euſtath. ad Od. κ'. p. 395. 24. In *vſ.* 1. perperam Ὁ συκάμινος συκαμίνους habebant editt. vett. cum msstis noſtris & Euſtath. Recte συκάμιν' ed. Caſ. quod & metrum & res deſiderabat: poteras vero etiam συκάμινα abſque apoſtropho ſcribere. Ad metrum quod attinet, obſervent qui rationem eius non in promtu habent, in vocibus συκάμινος & συκάμινον ſyllabas συ & μι longas eſſe. In *verſ.* 2. πρίνος vulgo acute ſcribebatur: ſed, πρῖνος oportuiſſe, vel hic ipſe iambus docebat; nam ſequens vox ἀκύλους penultimam brevem habet, (Homer. Od. κ'. 242.) ut ſecundus pes ſit tribrachys. THEOPHRASTI verba de *Arbuto*, habes Hiſt. Plant. III. 16.

De *Agene* fabulâ, conf. XIII. 586. d. & 595. e. Et quemadmodum poſteriori iſto loco ſcribitur Πύθων ὁ Κατην. ἢ ὁ Βυζ. ſic fortaſſe & hìc ἢ ὁ Βυζάντιος *cum articulo* ſcriptum oportebat, quo *Catanaeus Python* diſtingueretur a *Byzantino Pythone*. De Byzantino conf. XII. 550. f. & Suid. in Πύθων.

ὁ παρὰ τῷ ῥήτορι Λαρήνσιος. »Dicit iſta auctor Excer»ptorum. ὁ ῥήτωρ eſt Athenaeus. Ille quidem *philologus* »appelletur ex iſto opere iuſtius, quam *rhetor:* ſed ita »paſſim Eclogae conſarcinator & Euſtathius aliique Gram»matici Athenaeum indigitant.« CASAUB. — Conf. paulo ante, not. ad lit. d.

ὑμεῖς οἱ Γραικοί. »Spiritum viri Romani arguunt haec »verba, quae latine verti debent, *vos Graeculi*. Apud »ſcriptores Graecos vocabulum Γραικὸς tantumdem va»let, quantum apud Latinos *Graeculus*. Sic apud Plutarch. »in Cic. Γραικὸς καὶ σχολαστικὸς, *Graeculus & Scholaſti»cus:* item in illo veteri dicto in Chriſtianos iactato, ὁ »Γραικὸς ἐπιθέτης.« CASAUB.

Λεύκολλος, ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς, &c. »*Lucullum ce»raſos primum Romam invexiſſe e Ponto ad annum Urbis*

» DLXXX, notum ex Plinii libro XV. [cap. 25. sect. a
» 30.] Ammiani lib. XXII. & Hieronymi ad Eustochium
» epistola quadam. Sed falsum est quod *de cerasorum ap-*
» *pellatione* disputat hic Laurentius, *cerasorum nomen esse a*
» *Lucullo inventum*, &c. [At nempe] ita vulgo Romanis
» fuisse persuasum video. Hieronymus, vir undecumque
» doctissimus: *Hoc genus pomi, Ponto & Armenia subiugatis,*
» *de Cerasunte primus Lucullus Romam pertulit. Unde & de*
» *patria arbor nomen accepit.* Refellit hoc merito Athenaeus,
» & cerasorum nomen multis ante Luculli aetatem seculis
» fuisse Graecis cognitum, auctoritate Diphili probat. Cur
» huic potius in hanc rem testimonium denuntiarit, ne-
» scio: erant enim ad manum Diphilo antiquiores, qui
» cerasorum meminissent: sed illos fortasse non Athenaeus
» praetermisit, verum iste Eclogarius. Nos amplius dici-
» mus, *cerasorum* appellationem ipsius *Cerasuntis* urbis na-
» talibus esse antiquiorem. Κερασοῦς indubitanter dicta ἀπὸ
» τῶν κεράσων, ut Ἀγνοῦς, [vide Steph. Byz. in hac vo-
» ce,] Ἀναγυροῦς, Ἀχραδοῦς, Ῥαμνοῦς, Μυρρινοῦς, Σελι-
» νοῦς, Πυξοῦς, Μυρικοῦς, & similia his ab aliis plantis lo-
» corum deducta nomina. « CASAUBONUS.

τὸν καρπὸν καλέσας κέρασον. Sic mssti nostri, ipsum latinum nomen *cerasum* exprimentes. Δάφνος τις. Intelligitur *Daphnus* Ephesius, *medicus*, de quo in Praefatione Athenaei dictum. Vide Animadv. ad p. 1. e. παμπόλλοις ἐνιαυτοῖς. Posterius vocab. ex primi editoris ingenio suppletum videtur: nec satis commode *permulti anni* dicuntur, pro duobus fere *seculis*, quae a Lysimacho ad Syllam elapsa sunt. Quare χρόνοις oportuisse suspicatus eram. Sic πολλοὺς χρόνους, τοσούτους χρόνους, & similia, dixere Polybius & alii.

ἐκ ψυχροῦ δὲ λαμβανόμενα, εὐστόμαχα. ἐκ ψυχροῦ, in- b
tellige ὕδατος, ut monuit Casaub. conf. XIV. 650. c. Difficultatem autem, quam creat illud vocab. εὐστόμαχα nude sic repetitum, non tetigit idem doctus Animadversor.

AD CAP. XXXVI.

Ἀλεξανδρεῖς μόνοι μόρα ὀνομάζουσι. Repetiit ista & alia ex hoc loco Eustath. ad Iliad. λ'. p. 819 extr. Hoc, puto, dicit Athenaeus, *sequiore aevo solos Alexandrinos* μό-

ρα nominaſſe τὰ συκάμινα: nam paulo poſt (lit. c. d.) idem nomen eodem modo ab Aeſchylo & Sophocle uſurpatum docet. *ἐντὸς ἡμερῶν τριῶν, τεττάρων* volebat Caſaub. ex Theophr. IV. 2. ubi *τεταρταῖα πέττεται*: cui ſuffragatur Plin. XIII. 7, 14. At parum ſane intereſt.

c *Φέρει δὲ τὸν καρπὸν — ἀπὸ τοῦ ξύλου, καὶ οὐκ ἀπὸ τῶν ἐπικαρπίων.* Tractavit hunc locum H. Steph. in Theſ. Gr. Ling. II. 80. d. e. & Bod. ad Theophr. pag. 289. Scilicet vocab. *τὸ ἐπικάρπιον* rarioris eſt uſus, ac nuſquam alibi (quod ſciam) niſi bis apud Athenaeum occurrit. Quod ille h. l. dicit *ἀπὸ τοῦ ξύλου, καὶ οὐκ ἀπὸ τῶν ἐπικαρπίων*, id Theophraſtus IV. 2. his verbis expreſſit, *οὐκ ἀπὸ τῶν βλαστῶν, οὐδ' ἀπὸ τῶν ἀκρεμόνων, ἀλλ' ἐκ τοῦ στελέχους*: eiſdemque fere verbis Galenus & Dioſcorides. Pariter Plinius XIII. 7, 14. *Pomum fert, non ramis, ſed caudice ipſo.* Quare propemodum ſuſpicari licebat, pro *ἐπικαρπίων* apud Athenaeum *ἀκρεμόνων* (i. e. *ramorum*) oportuiſſe, quo Bodaeus inclinabat. Sed prudenter tamen idem Bodaeus cenſuit, nihil praepropere mutandum. Nempe *ἐπικάρπια* videtur Athenaeus, ſive auctor e quo is haec depromſit, dixiſſe illos *ramulos* ſive *ſurculos* (*βλάστας* & *βλαστήματα* Theophraſti, Galeni, ac Dioſcoridis) e quibus in aliis arboribus progerminat flos, & ſuo tempore fructus dependet. Similiterque II. 68. b. *τὸ ἐπικάρπιον cucumeris* aut *peponis* dicitur *ſurculus* ille & *germen, e quo fructus hi enaſcuntur; cauda* ſive *pediculus, e quo fructus dependet.*

πεπαίτερος μόρων. Similiter apud Theocrit. VII. 120. *exoletus homo ἀπίοιο πεπαίτερος* dicitur, i. e. *piro mollior.* *καὶ κατὰ τῆς βάτου.* Sic recte edidit Caſaub. ſuis e mſstis, quibus adſentiuntur noſtri, (cf. Euſtath. Il. λ'. p. 769. 5. & mox cap. 37. lit. e.) In edd. vett. erat *κατὰ τῆς κατ...*

d cum lacuna. In *verſ.* 1. ex AESCHYLI *Creſſis* *μελαγχύμοις* edebatur; quod vel eo reprobandum erat, quoniam *χυ* in *χυμὸς* longa eſt ſyllaba. Veram ſcripturam codices noſtri dedere. Cf. Brunck ad Aeſchyli Perſas vſ. 299. & Euſtath. ad Il. χ'. 1349, 27. *Verſ.* 2. *μιλτοπρέποις* edd. illegitimâ vocabuli forma. CASAUBONUS adnotabat: »Scribe *μιλτοπρέπεσι*, vel *μιλτοπρέποισι*, ut laudat Euſtath.« — At Euſtath. l. c. (in editione quidem Baſ.) *μιλτοπρέποις* habet: & terminationem *οισι* metrum h. l. reſpuebat. *μιλτοπρέπτοις* legitimam formam dedit noſter cod. *b.* In cod. *a.* terminatio intricata voci ſuperſcripta eſt, quae ne-

scio an μιλτοπρεπέσι sit: ea forma magis etiam foret legitima a sing. μιλτοπρεπής. In fine eiusd. vers. monstrose ταυτοῦ χρυσίου dabant edd. vett. ubi χρόνου ex msstis correxit Casaub.

Sophoclis duos *iambos* tertio auxit Brunck in Sophoclis Fragm. p. 39. num. 40:

ἔπειτα γῆρας λαμβάνεις Αἰγύπτιον.

quem duobus prioribus iunctum dederat Lexicon ms. Bibl. Sangerm. Duos istos ex Athenaei Epitome repetiit Eustath. ad Il. λ'. p. 769. 3. diserte adnotans, τὸν μόρον masculine ibi dici. Mox in *Nicandri vs.* 2. est ὀπώραν in nostris msstis, non ὀπώρην.

AD CAP. XXXVII.

ξηρανθείσης τῆς σφαίρας τῆς συκαμινώδους, σπερματικὰς ἔχει τὰς συκαμινώδους διαγονὰς, &c. Corruptum haud dubie locum expediendi nulla satis commoda ratio mihi occurrebat: itaque in istis quidem verbis nihil mutavi, & interpretatus ea sum utcumque potui. Videoque etiam Casaubonum ingenue profitentem, se nihil in eis intelligere. Quod autem idem etiam ait: »quid τὸ μόρον τὸ βατῶδες »appellet Phanias, amplius quaeramus: « — confecta res mihi videbatur, sic appellari ab eo *mori sylvestris* i. e. *rubi fructum*. Conf. Salmas. Exercit. p. 328. Bodaeus hunc locum tractans ad Theophr. p. 270. corrigebat σπερματικὰς καὶ συκαμινώδεις ἔχει γονὰς καὶ διαφύσεις, ὥσπερ ὑφαινούσας, ψαθυρὰς καὶ εὐχύμους. Totumque locum sic vertit: *Mori pilula ubi maturavit, ad instar mori fructus eminentias & discriminationes quasdam veluti contextas habet glabras & succulentas.* Cui (quod ille dissimulavit, quemadmodum & alios plerumque emendationum propositarum auctores tacuit) praeiverat doctus olim Medicus, Casp. Hofmannus, in Variarum Lectionum libello, Lipsiae anno 1619. edito, ubi eamdem prorsus emendationem proponens, γονὰς intelligendas censuerat »fructum ipsum, aut fortasse minuta illa granula, quae in ficubus sunt κεγχρα»μίδες, & quae non minus in moro, quam in ficu, verum ac foecundum semen sunt. Ut autem deleam (in»quit) τὸ σπερματικαὶ, videtur postulare sensus: sin re»tinere placet, & ad foecunda illa granula referre, non »repugno. Muto διαφορὰς in διαφύσεις, & puto indicari

e »tubercula illa, quibus totus eſt compactus fructus, qua»ſi e ſegmentis ſeu teſſellis quibuſdam, ſeu opere texto»rio.« — Equidem vocem διαγονὰς, quamquam ἅπαξ (quod ſciam) λεγομένην, ſolicitare non auſim, quae fortaſſe idem fere ac διαφύσεις ſonare potuerit; de quo poſteriori vocab. vide H. Steph. in Theſ. T. IV. 286. d. & conf. Noſtrum III. 72. c. d. Suſpicatus ſum autem, in eamdem fere ſententiam, quae eſt ab Hofmanno expoſita, ſic fortaſſe hoc loco ſcripſiſſe Athenaeum, σπερματικὰς ἔχει τὰς κεγχραμιδώδεις διαγονὰς, aut κεγχραμιδώδεις ἔχει τὰς σπερματικὰς διαγονάς. Dein vero, quod editum erat, ὑφαινούσας, cum activam haberet notionem, nullo modo teneri poſſe mihi perſuaſi, ſed in vocem paſſivae ſignificationis mutandum. Et ad ὑφάντους quidem proxime ducebant veſtigia ſcripturae noſtri codicis *b*. Sed ὑφαντὸς acute ſcribunt graeci: itaque ὑφαντὰς oportebat, aut, ſervatâ ους terminatione, ὑφαντούς; videtur enim hoc adiectivum, utpote derivatum, Atticorum more etiam in foeminino genere retinere poſſe terminationem maſculinam. Vulgatum vero διαφορὰς, cui non erat hic locus, in διατροφὰς mutavi, quod iam Caſaubonus propoſuerat. Nam non modo εὐχύμους, quod ſequitur, ad *nutrimenti* facultatem diaeteticam manifeſte pertinet, ſed & τὸ ψαθυρὸν, quod proprie tactilem aliquam qualitatem ſignificat, haud raro ad *cibi* qualitatem refertur. Valet autem idem διατροφὴ ac τροφὴ, & de quolibet *alimento* uſurpatur. Paulo quidem rarius vocabulum; quod unius Heſychii auctoritate (qui habet Διατροφάς· βρώματα.) citavit H. Steph. Utitur autem eo non modo D. Paulus I. ad Timoth. 6, 8. ſed & Epictetus in Enchir. cap. 12, 1. (olim cap. 16. ubi in ed. Naog. ſicut h. l. pro διατροφὰς perperam διαφορὰς legitur;) indeque in Simplicii Comment. p. 109. c. & p. 144. e. τὸ ψαθυρὸν, quod Attici ψαδυρὸν ſcribebant, idem valere ac ψαφαρὸν, Heſychius & Galenus docent; quibus vocibus ſignificatur *friabile*, *ſiccum*, *pinguedine carens*, *leve*, *tenue*. (conf. Foeſii Oecon. Hippocr. in ὑποψάθυρα.) Ita *alimentum* ψαθυρὸν, fuerit *ſiccum*, *tenue*, *leve*: & tota phraſis, διατροφὰς ἔχει ψαθυρὰς καὶ εὐχύμους, idem valebit atque id quod mox apud Noſtrum Diphilus iſtis verbis effert, εὐχυλα μέν εἰσι μέσως, ὀλιγότροφα δέ. De cognato vocab. ψαφαρὸς ſupra diſputantem Caſaubonum

vidimus ad I. 26. d. ubi, quod λίαν ψαφαρὸς dicitur vi- e
num Surrentinum, de *aspera* & *intractabili* eius *natura* ille accepit, quod de *siccitate* potius & *tenuitate* erat accipiendum; quo & spectat id ipsum, quod ibi adiicitur, ἀλιπὴς, id est, vinum *non pingue*, *non multas habens partes oleosas*. Quare eidem vino Plinius etiam *tenuitatem* tribuit XIV. 6, 8. num. 3. Quod Casaub. adnotavit, in verbis τὸ μόρον τὸ βατῶδες in quibusdam exempl. μῶρον per ω scribi, sicut in Galeni libris saepius: nostri libri nil mutant, & constanter (quemadmodum & Eustath.) μόρα tenent; nisi quod semel paulo inferius αἱ καὶ μοῦρα (sic) ex cod. *a*. citatum video pro μόρα.

ἄβρυνα. Hesychius: Ἄβρυνα, συκάμινα. Idem alibi: f
Βατία, - - καλεῖται καὶ ἄβρυνα ἢ μόρα. Ab ἁβρὸς, *mollis*, derivatum nomen coniectaverat H. Steph. in Indice Thes. SALMONIUM, sive Grammaticum, sive Medicum, e quo dein vocab. Βάτια citatur, nusquam alibi commemoratum reperi. Notandum vero, in utroque nostrorum codicum terminatione plurali scribi nomen, *Salmonii*, vel *Salammonii*; quasi populus aliquis vel incolae oppidi nescio cuius designarentur. Et est quidem *Salmone* oppidum Pisatidis in Peloponneso: memoratur item *Salmonium* (aliis *Sammonium*) promontorium Cretae insulae. Possis etiam de *Salaminiis* cogitare; sed parum probabile videtur, tam notum nomen in tam obscurum mutasse librarios. Medici nescio cuius, sive foeminae quae de rebus ad medicam artem pertinentibus scripsit, cui *Salamine* nomen, ex Serapione meminit Fabric. Bibl. Gr. T. XIII. p. 386. itemque *Salomonis* archiatri, (nisi corruptum nomen) ad quem Galenus scripsit libellum περὶ Εὐπορίστων, ibid. pag. 390. Pro βάτια, Galenum plurimis locis constanter βάτινα dixisse adnotavit Casaub. ubi intelligendum subst antivum συκάμινα vel μόρα monuit H. Steph. in Ind. Thes.

Δημήτριος δὲ, - - - οἷον αἱμόῤῥοα καὶ σύκων ἀμείνω. Pro αἱμόῤῥοα est αἱμόροα in nostris msstis: post hanc vocem autem repetebatur in edd. & msstis vox μόρα, quam deleri iussit CASAUB. hâc adiecta notâ: »Id est: *Demetrius* »*Ixion eadem putat esse sycamina & mora: sic dicta, quasi* »αἱμόῤῥοα, [i. e. *sanguinea*,] & σύκων ἀμείνω. [i. e. *ficis* »*meliora*.] Vult *mora* ita dicta ob succi colorem; *sycami*»*na*, ob saporis praestantiam, quasi ficubus sapiant me»lius. Eustathius, quo loco disputat de mutatione diph-

f »thongi *ει* in ſimplicem *ι* vocalem, [Iliad. ξ'. p. 982. 1.] »hoc *ſycaminorum* etymon non praetermiſit.“ — Vocem *μόρα* poſt *αἱμόῤῥοα* delendam utique cenſui, ut e ſcholio invectam. In *Verſione* vero *Latina* temere omiſſa eſt interpretatio verborum *οἷον - - ἀμείνω*, quam e ſuperiore adnotatione petat aequus lector, qui quidem eam deſideraverit.

ἔνωμα, *crudiuſcula*, *quibus adhuc cruditatis aliquid ineſt*, *nondum ſatis matura*. In iſto vocabulo praepoſitio *ἐν* eamdem vim habet, quam in *ἐνερευθὴς* ſupra cum Caſaub. obſervavimus, ad I. 26. a. *εὔχυλα μέν εἰσι μέσως*. Sic cod. *b*. cum edd. In cod. *a*. eſt *εὔχυλα μέν ἐστιν*, & abeſt *μέσως*.

a *ἐπιδημίαν ποδαγρικὴν* recte dedere noſtri codd. Perperam *ἐπιδ. ποδαγρικῶν* edd. *περιπεσεῖν δὲ τούτῳ τῷ δεινῷ καὶ αἰπόλια*. Sic pro vulgato, quod teneri nullo modo poterat, corrigere iuſſerat Caſaub. & ſic corrigi debuiſſe conſentient omnes, qui conſtantem apud Graecos verbi *περιπίπτειν* conſtructionem noverint. Vide Lexic. noſtrum Polyb. & Indic. in Epictet.

AD CAP. XXXVIII.

πάντα τὰ ἀκρόδρυα, *κάρυα λέγουσιν*. Si (quemadmodum H. Steph. in Theſ. T. I. 1045. g. indicare videtur) *ἀκρόδρυα* proprie, & ex vulgato maxime Graeci ſermonis uſu, dicerentur ii *arborum fructus*, *qui in ambitu ligneſum putamen habent*; nihil difficultatis haberent verba ſupra ſcripta. Certum eſt enim, & ex eis etiam, quae in hac ipſa diſputatione ab Athenaeo paſſim adferuntur, ſatis adparet, omnes eius generis fructus apud graecos ſcriptores communi nomine *κάρυα* fuiſſe adpellata; quemadmodum apud Latinos idem genus communi adpellatione *nucum* continetur. conf. Macrob. Saturn. III. 19. Et ponit quidem Collector *τῶν Γεωργικῶν* vel *Γεωπονικῶν* lib. X. cap. 74. inter *τὰ ἀκρόδρυα* & *τὴν ὀπώραν* eamdem diſtinctionem, quam Latini ſcriptores inter *nuces* & *poma* ponunt: aitque, *ὀπώραν* dici omnes *arborum fructus qui foris nihil ligneſi habent*; *ἀκρόδρυα* vero, *quicumque ligneſam partem vel putamen habent extrinſecus*. At ſtrictior iſte vocabuli *ἀκρόδρυον* vel *ἀκρόδρυα* uſus unius illius hominis auctoritate, qui decimo poſt C. N. ſeculo ſcripſit, nititur; nullumque eius veſtigium ſive apud Grammaticos graecos,

ſive apud alium quemquam (quod ſciam) veterum ſcri- a
ptorum reperitur: nam quod capitulum illud, quo iſtam diſtinctionem expoſuit ille Geoponicus, ad *Democritum* auctorem refertur; quam ſit vanum abſurdumque illud commentum, facile cognoſcet qui praecedens ibi caput, quod eidem Democrito tribuitur, perlegerit. Conſtanter veteres omnes *quodlibet genus fructuum*, *quos ferunt arbores*, ἀκρόδρυα adpellant. Diſerte Suidas: Ἀκρόδρυα· καρποὶ δενδρικοί· πάντες οἱ τῶν δένδρων καρποί. Nec aliter Heſych. quamquam non ita clare; ſed vide ibi Interpretes. Pollux I. 30. mala, τὰ μῆλα, diſerte ad τῶν ἀκροδρύων genus refert. Etymologus M. in Δρῦινος· Ἀκρόδρυα vocari ait οὐ μόνον βαλάνους, ἀλλὰ παντὸς φυτοῦ καρπὸν ἐδώδιμον, *cuiuſvis arboris & arbuſti* (ea enim vis eſt graeci vocabuli φυτόν:) *fructus edules:* rationem etiam addens, quoniam δρῦς veteribus non modo *quercus* dicebatur, ſed etiam *arbor quaelibet.* Cum quo convenit quod apud Athen. III. 78. c. ξύλινοι καρποὶ pro ſynonymo τῶν ἀκροδρύων eâdem *generali notione* uſurpatur. Nec vero aliter, niſi eâdem generaliori notione, vocabulum ἀκρόδρυον Hippocrates, Theophraſtus, Aretaeus, alii, uſurparunt. Denique apud Athenaeum noſtrum idem nomen promiſcue de *pomis*, *piris*, *ficis*, *prunis* dictum reperitur; I. 26. f. II. 49. e. 50. a. III. 81. b. 82. d. At hoc quidem loco haud dubie idem Athenaeus nonniſi de eis fructibus, qui *extrinſecus putamen* aut *ligno-ſum corticem* habent, loqui potuerat: nam hos ſolos a Graecis communi nomine κάρυα adpellatos eſſe conſtat. Quare non dubito, adiecta h. l. ab auctore fuiſſe verba nonnulla, quae id, quod voluerat, planius declararent; ſcilicet πάντα τὰ ἀκρόδρυα, ὅσα ξυλῶδες λέπος ἔχουσιν, ut ait Nicandri Scholiaſtes citatus a Bodaeo ad Theophr. pag. 89. aut ὅσα ξυλώδεσι ἢ δερματικοῖς τισι περιέχεται, ut Theophraſtus loquitur DE Cauſſ. Plant. I. 23. Epitomator autem, cuius aetate vocabulum ἀκρόδρυον ſtrictiori illo ſignificatu, de quo compilator Geoponicorum dixit, frequentabatur, verba iſta, cum minus neceſſaria iudicaret, conſulto omiſiſſe videtur. Similis quaedam de huius loci lectione dubitatio oborta Purſano olim videtur, cui ita occurrendum ille cenſuit, ut legeret: Κάρυα οἱ Ἀττικοὶ - - - πάντα τὰ ἀκρόδρυα σκληρὰ λέγουσιν: ſcilicet poſterius κάρυα in σκληρὰ mutans, ſatis id quidem ingenioſe; ſed, hoc vocabulo σκληρὸς in ea re uſos eſſe

Graecos auctores, nusquam reperi. Vide tamen p. 54. e. Sic vero iam Dalech. in versione latina posuerat, *fructus omnes operimento duro tectos*; e qua istud sumsit Pursanus.

b καπυροτρώγονα κάρυα. conf. p. 54. b. c. καπυρὰ τραγάλια, κάρυα &c. legendum suspicatus erat Casaub. Ego vulgatum non solicitem. ὠὰ, κάρυα, ἀμυγδ. *Ova* in Gustationibus diserte inferius commemorantur, p. 57. d. sqq. Quare non admodum opus erat, solicitare hoc loco librorum scripturam: nec tamen tacere debeo Pursani coniecturam, ὀὰ legendum suspicantis, i. e. *sorba*: de quo fructu eiusque graeco nomine consulendus Bod. ad Theophr. p. 204. Sed hanc rursus coniecturam eidem viro docto iam praeiverat Dalech. in versione latina. τὰ νῦν καστάνεια. Aut καστάνια aut καστάνεα, puto, oportebat; aut brevius etiam, κάστανα.

φηγοὺς, κάρυα, καρύστια. φηγοὺς h. l. non arbores, sed *fructus fagi, glandes fageas* dici adparet; sicut p. 54. c. & 55. a. κάρυα Καρύστια iunctim accepit Dalech. & Καρύστια pro nomine proprio habuit: tum in Nota, nescio quo auctore, ait, *avellanam, nucem Caryſtiam* vocari. At, quum Carystus sit Euboeae oppidum, fuerit potius *Caryſtia nux* eadem, quae aliis *Euboica* dicitur, scilicet *castanea*. (vide infra, pag. 54. b.) Sed interpositа distinctione a praecedenti κάρυα separant libri vocabulum καρύστια, quod ego cum Hofmanno Variar. Lect. III. 15. adpellative accepi, pro diminutivo vocis κάρυον, quod idem ac λεπτοκάρυον significaret, id est *avellanam*, quasi *minutam nucem*. Erraverat vero etiam Dalecampius, quod verba haec de *arboribus* interpretatus est: quam in partem in graeco καρύας oportuerat, non κάρυα. Quare etiam corrigendum videtur id, quod doctus Hesychii editor ad voc. Καρύστειος e Photii Lexico msto protulit: Καρυστεία, γένος καρυῶν. Lege: Καρύστια, γένος καρύων. Vix enim dubitandum, ex hoc Athenaei loco citata esse ista verba a Photio, quemadmodum frequenter alia ex eodem auctore.

»μόστηνα κάρυα quaenam sint, (ait CASAUB.) ex»pecto ut aliquis me doceat. In libris Medicorum pluri»ma extant καρύων cognomina: unum illorum hic latet, »ut arbitror, corruptum.« — Coniectare licet, oportuisse fortasse μυκηρὰ, ut mox litera c. aut μουκηρὰ ex pag. 53. d. Salmasius vero in Exercit. Plin. p. 424. b. D. tam ingenioſe, quam docte, duas voces καὶ μόστηνα ex una

voce Πραινεστῖνα corruptas censuit, intelligens *avellanarum* illud genus, cuius Plinius meminit XV. 22, 24. & XVII. 13, 21.

AD CAP. XXXIX.

PHRYNICHI *versus*, cum neglecto metro eisdem verbis, c quae ego non mutata reddidi, scripti essent, Casaubonus insertis duabus vocibus in iambicos senarios sic redigendos censuerat:

τοὺς δὲ γομφίους
ἅπαντας οὕτως ἐξέκοψεν, ὥστε νῦν
οὐκ ἂν δυναίμην Ναξίαν ἀμυγδάλην
κατάξαι.

Mihi citra ullam mutationem duo legitimi trochaici tetrametri brachycatalecti esse visi erant: nam in hoc genere nihil impedire videtur, quo minus pes ultimus, (veluti ὥστ' οὐκ, in fine vers. 1.) licet in sede impari, spondaeus esse possit; quemadmodum in illo ipso, qui ab Hephaestione (in Enchirid. de Metris, p. 19.) pro exemplo huius generis est adpositus:

οὐδ' Ἀμειψίαν ὁρᾶτε πτῶχον ὄντ' ἐφ' ὑμῖν.

Id si non placet, vide an magis arrideant duo iambici octonarii, in quos levi mutatione eosdem versus digessit Pierson ad Moeridem p. 111. Ii sic sonant:

Καὶ τούς γε γομφίους ἅπαντας ἐξέκοψεν, ὥστε
οὐκ ἂν δυναίμην Ναξίαν ἀμυγδάλην κατάξαι.

Ubi ego quidem dubito, an ὥστε, quamquam in fine versus, tamen, cum sequatur vocula οὐκ a vocali incipiens, pro voce dissyllaba usurpari possit. Quae difficultas fortasse Toupium commovit, ut maioribus etiam motibus ad remedendum his versiculis opus esse iudicaret: quem vide in Emend. in Suid. Part. I. p. 27. ed. Lips.

Διάφοροι - - κἀν Κύπρῳ &c. » *Cypriae amygdalae* hodie » in Hispania praesertim non rarae. Inde allatas Lugduni » vidimus, prorsus ut ait Athenaeus, triplo aut quadruplo » vulgares superantes, & figurâ accedentes ad siliquas. « CASAUB. — Mox τὰς ἀλλαχόθεν (i. e. *quae aliunde adferuntur*) revocavi ex msstis: sic enim & nostri libri & ii quibus Casaub. usus est. ἀλλαχόθι editum erat, ex Musuri fortasse ingenio.

τὰ μαλακὰ κάρυα μυκήρους. μουκήρους p. 53. b. Utrum-

que recte. Pro μεγάλα, quod erat editum, μαλακὰ dedere noſtri libri, & alii e quibus excerptas lectiones habuit Caſaub. Inde corrigenda vulgata ſcriptura apud Heſych. in Μύκηρος, ubi perperam μῆλα κάρυα. *Molluſcas nuces* vocat Plin. XV. 22, 24. & Macrob. Saturn. III. 18.

d Εὔπολις, Ταξιάρχοις. Fabulae nomen, quod deerat vulgo, adieci ex Ammon. in Ἀμυγδαλῆ, ubi prior iſtorum verſuum adfertur. PLUTARCHI locus eſt Sympoſ. I. 6. In iſta narratione, pro ἅσπερ κωλυθεὶς, eſt ἅπερ in noſtris msstis; quaſi praeceſſiſſet ἀμύγδαλα, non ἀμυγδάλας.

e » Etymon dictionis Ἀμυγδάλη, quod ex Herodiano » affertur, idem eſt cum iis quae ex Oro [Grammatico] » deſcribit auctor Etymologici, ubi ſcribendum: Ἀμυγ- » δαλὴ, [potius Ἀμυγδάλη] παρὰ τὸ ἐν τῇ καλυφῇ, τῇ » [vulgo τὸ] μετὰ τὸ ἔξω χλωρὸν, πολλὰς ἀμυχὰς ἔχειν. » *Amygdala inde dicta, quia in tegmine, quod extimo viridi* » *proximum eſt, multas ſcarificationes habeat.*« CASAUB.

Ὄνος βαδίζεις εἰς ἀχυρα τραγημάτων. Brevius vulgo fertur proverbium, Ὄνος εἰς ἀχυρα: quod Eraſmus cum Suida & aliis Paroemiographis accepit de his, quibus fortuna lautior praeter ſpem obtigit. Sed ei ſententiae in Philemonis quidem verſu, ut obſervavit etiam Caſaubonus, parum convenit verbum βαδίζεις: quare cum eodem Caſaub. de his accipi malim, *qui poſtpoſitis melioribus, eligunt deteriora.* In eam ſententiam in his noſtris regionibus, qui elegantiores eſſe volunt in ciborum ſelectu paratuque, in eos qui non ſunt tam delicati, dicere ſolent: *den Bauern gehoert Haberſtroh!* Sed fateor, non ſatis mihi perſpicuam eſſe dictionem iſtam, εἰς ἀχυρα τραγημάτων, quae accipienda fuerit, quaſi eſſet εἰς ἀχύρων τραγήματα, vel εἰς ἄχυρα ἀντὶ τραγημάτων: niſi forte ἀχυρα τραγημάτων dixerit poëta *putamina nucum*, & alia quae de bellariis non comedunt homines, ſed abiiciunt.

Quo conſilio pauca dein illa ex NICANDRI *Georgicis* verba adferantur, non magis ego, quam olim Caſaubonus, adſequor. Sed miratus ſum eumdem doctum Virum editam tenentem ſcripturam, φηγίνεον Παιὸς ἀγαλμα, id eſt, *fagineum Panis ſimulacrum;* cum tamen ipſe docuerit, partem msstorum φηγοὶ, non φηγίνεον, dare. Atqui ſic uterque noſter codex: quod ego adſciſcendum putavi, *Fagos arbores* intelligens, *Panis*, (id eſt, *ſylvarum*) *ornamentum.*

AD CAP. XL.

ὁμοίως τῷ ἀμυγδάλῳ. In lat. verſione poſui »*pariter ut* f
ἐπὶ τὸ ἀμύγδαλον« Scilicet ἀμυγδάλη vox barytona eſt, (i. e. ultimam nec acutam, nec circumflexam habet) ſicut vox ἀμύγδαλον. Si malueris »*pariter ut in voce* ἀμυγδάλῳ:« hoc ſimul indicatum fuerit, habere penultimam acutam.

καὶ Ἀρχίλοχος. Corrupte Ἀντίλοχος edd. pro quo iſtud ex Ammon. p. 123. reponendum monuerat iam Valcken. in Animadv. ad Ammon. p. 204. Sic enim ille: Ῥοδῆ δὲ, τὸ φυτόν. Ἀρχίλοχος·

Ἔχουσα θαλλὸν μυρσίνης ἐτέρπετο,
ῥοδῆς τε καλὸν ἄνθος.

Quos verſiculos etiam in Archilochi fragmentis exhibuit Brunck Analect. T. I. p. 46. Nomen Ἀρχίλοχος vero apud Athen. quoque agnoſcunt ambo noſtri codices.

Φιλόξενος δὲ ἀμφότερον περισπᾷ. Sic & Heſych. Ἀμυγ- a
δαλῆ τὸ δένδρον, καὶ τὰ τραγήματα: nam τραγήματα pro inepto πράγματα, quod ibi vulgatur, legendum perſpecte monuit CASAUB. Caeterum de tota hac Athenaei diſputatione conf. H. Steph. in Indice Theſ.

In ARISTOPHANIS *verſ.* 1. ἀμυγδαλᾶς ſcriptum erat in ed. Ven. & ἀμυγδαλὰς in ed. Baſ. & Caſ. Equidem ἀμυγδάλας corrigere non dubitavi. *Verſ.* 2. Verba iſta, τὴν κεφαλὴν σαυτοῦ, alteri perſonae tribui, Toupium ex parte ſecutus; qui & vocem λίθῳ ſimul cum iſtis alteri tribuit perſonae, Emend. in Suid. P. I. pag. 27. Olim omnia eidem perſonae tribuebantur; ubi adnotavit CASAUB. »Iocus eſt, cum ait Ariſtophanes, *Age, ſume has amygdalas,* »*& ſaxo tibi caput frange.* Expectabat auditor, *& illas ſaxo* »*frange.* Plenae exemplis figurae huius & Ariſtophanis & »aliorum comicorum fabulae.« — Fragmentum iſtud Comici in Brunckii editione fruſtra quaeſivi.

κτητικοῦ - - τοῦ χαρακτῆρος. *Poſſeſſivâ formâ;* ſcilicet, b
ut v. gr. χρυσῆ, χαλκῆ, λεοντῆ. Nempe ex ἀμυγδαλέα contracta vox. conf. Etymol. in Συκῆ. μουκηρόβατον, a tecto caſu μουκηρόβατος, id eſt, (ut ait H. Steph. in Ind. Theſ.) quaſi *ſuper nuces & amygdalas gradiens, & eas frangens.* At nomen hoc vi formationis ſuae *paſſivam* habet ſignificationem, cum *activa* h. l. deſideretur, quales ſunt iſtae, ἐπιβάτης, ἀεροβάτης, & harum ſimiles. Igitur

b laconicâ (id eſt, doricâ) terminatione fuerit ὁ μυκηροβάτας. Sic & haud dubie apud Heſych. ſcribi debuerat, ubi corrupte Μυκηρόβας, καρυοκατάκτης. Corrige igitur apud hunc, Μυκηροβάτας: & apud Noſtrum, μυκηροβάταν. De inſtrumento iſto egit Ariſtoteles in Quaeſt. Mechan. cap. 24. T. I. p. 1194. ed. Duval. Non ſolum μυκήρους vero, ſed & μυκήρους, dictas a Laconibus nuces & amygdalas ſupra vidimus, p. 52. c.

AD CAP. XLI.

Ποντικῶν καλουμένων καρύων, ἃ λόπιμά τινες ὀνομάζουσι, μνημονεύει Νίκανδρος. »Aut Εὐβοϊκῶν ſcripſerat, »aut ſcribere debuerat. Heſychius: Λόπιμα, κάσταναι· οἱ »δὲ Εὐβοϊκά. Quin ipſa Nicandri verba non longe poſt »ſequuntur: [p. 208. d.] Λόπιμον κάρυόν τε Εὐβοέες, βά»λανον δὲ μετεξέτεροι καλέσαντο.« CASAUB. Cui ſuffragatur Bod. ad Theophr. p. 173. Recte quidem hactenus, quod haud dubie Nicander de *caſtanea* loquitur, quae omnium auctorum conſenſu *Euboica nux* adpellatur; non *Pontica*, quo nomine conſtanter *avellanam* omnes deſignant. conf. Salmaſ. Exercit. Plin. p. 424. Sed potuit h. l. Athenaeus inducere aliquem e Deipnoſophiſtis, qui iſta nomina confunderet, & *Ponticam* nucem eam intelligeret, quae *Euboica* rectius adpellatur: cui dein reſpondentem facit eum, qui p. 54. b. c. de caſtanea ſ. Euboica nuce ex profeſſo differit, ibique etiam ipſa Nicandri verba citat. λόπιμα vero dictae ſunt *caſtaneae*, a λόπος, (quod idem ac λέμμα & λέπισμα valet) quod *tenuiorem corticem* & quaſi *tunicam* habent, quam alii ex eis fructibus, qui communi nomine τῶν καρύων (*nucum*) comprehenduntur. cf. Euſt. ad Od. τ'. pag. 694 init. Quo reſpectu etiam Theophr. Hiſt. Plant. I. 18. caſtaneam cum glande iungit, & ab amygdala aliiſque nucibus eo diſtinguit, quod *fructus glandis & caſtaneae includatur ἀγγείοις δερματικοῖς, vaſis coriaceis; fructus aliarum nucum* autem ξυλώδεσιν, *ligneis vaſis*.

Porro HERMONAX & TIMACHIDAS grammatici potuerunt nomen Διὸς βάλανον de *Pontica nuce*, id eſt, de *avellana*, interpretari; (conf. mox pag. 53. d. & 54. c.) licet eodem nomine ab aliis *caſtaneam* inſignitam fuiſſe cum aliunde conſtet, tum ex Heſychio in Διὸς βάλανος, qui quidem ſimul monuit, ab aliis ſic vocari *Ponticas* ſ. *He-*

racleoticas nuces. conf. Salmaſ. l. c. & quos ille citavit auctores, praeſertim Geopon. X. 63. & 73. Potuit vero haec ipſa varietas in uſu nominis Διὸς βάλανος occaſionem dare errori eorum, qui, ut proxime ante vidimus, *Ponticam* nucem (quae *avellana* eſt) pro *caſtanea* acceperunt. Pro φησὶ, Salmaſius ibidem φασὶ legebat : ac per- c ſaepe ſane duo iſta a librariis noſtris confuſa vidimus.

παρενδυομένης non male edd. Videtur autem id ingenio deberi primi editoris : poſſit - ne vero commodius aliquid e corrupta codicum noſtrorum ſcriptura extundi, viderint doctiores. Equidem ſaltem προενδυομένης vel προεισδυομένης malueram. Pro ἐμπλεκόμενα, perperam ἐμπλεκόμενος codices noſtri ; confundentes, ut ſubinde aliâs, α & ος. ἐμπνευματώσεις καὶ φθορὰς τῆς τροφῆς. Conf. II. 45. d. & ibi notata.

AD CAP. XLII.

διὰ τὸ ἔχειν κεγχρῶδές τι. Sic mox rurſus de avel- d lana, (lit. e.) ἔχει δέ τι κεγχρῶδες : rurſuſque III. 82. f. de nuce proprie ſic dicta, quam iuglandem Romani vocabant, λιπαρώτερον καὶ κεγχρῶδες εἶναι. Nihilque in ea voce variant omnibus iſtis locis mssti : nam, quod Caſaub. ait, καχρυῶδας in mssstis reperiri, quovis pignore equidem contendam, non e msto codice, ſed e docti alicuius viri ingenio adnotatum hoc fuiſſe in ora illius libri, in quo id Caſaubonus reperit. Nam certatim viri docti, vim vocis parum intelligentes, corrigere eam tentarunt; alii ἐλαιῶδες, ῥεγχῶδες alii, κερχνῶδες, ἐρευγῶδες coniectantes. Denique plurimum ſibi gratulatus Caſaubonus eſt, quod unice veram (ut quidem ipſi videbatur) ſcripturam, & in tribus iſtis locis Athenaeo reſtituendam, ſuo ex ingenio inveniſſet, priuſquam eamdem alibi iam adnotatam reperiſſet; erat autem ea, καγχρυῶδες vel καχρυῶδες : *cachryn* autem, unde derivatum hoc adiectivum, intelligebat *pilulam* illam in *robore aliiſque nonnullis arboribus crescentem*, Theophraſto, Dioſcoridi, & Galeno paſſim commemoratam, *quam in medicina urendi vim habere* Plinius ait XVI. 8, 11. quae quidem prorſus ab hoc loco aliena erat. conf. Bod. ad Theophr. III. 7. & Salmaſ. Exercit. pag. 422. Si quid corrigendum, haud dubie κερχνῶδες oportebat, vulgatiſſimum apud veteres medicos vocabulum, id

d ipſum ſignificans, quod paullo poſt, ubi de eâdem qualitate nucis iuglandis agitur, (lit. e.) planiſſimis his verbis effertur, *φάρυγγα τραχύνει καὶ στόμα, fauces atque os exaſperat*: de quo vocabulo, eiuſque coniugatis, fuſe egit Foeſius in Oecon. Hipp. pag. 334 ſq. At ne iſta quidem emendatione opus erat, quoniam idem valet *κεγχρῶδες* & *κερχνῶδες*: quod iam partim ex eis intelligi poterat, quae idem Foeſ. ad voc. *κεγχρίδες* docuerat, partim vero ex profeſſo demonſtrarunt Caſp. Hofmann Var. Lect. III. 22. & Salmaſ. Exercit. p. 422. coll. pag. 240. Iuvabit unum adpoſuiſſe locum, quem ex Galeni Comment. ad Hippocr. de Arte lib. III. citavit Hofmann: *Ὅσα βρώματα τραχύνοντα τὴν φάρυγγα βῆχα κινεῖ, κερχνώδη ταῦτα καλεῖ* (Ἱπποκράτης.) *Τοῦτο δὲ ἕπεται τοῖς λιπαροῖς καὶ ὀξέσι καὶ δριμέσι. – – Οὕτω δὲ ὀνομάζουσιν οἱ Ἴωνες, ὅταν αἴσθησις ἐν τῇ φάρυγγι τραχυτήτων γίνεται μικρῶν, ὥσπερ κέγχρων.* Confer Valcken. ad Eurip. Phoeniſſ. 1395.

Τὰ δὲ Ἡρακλεωτικὰ καλούμενα καὶ Διὸς βάλανοι. Heracleotica nux, ab Heraclea Ponti nomen habens, eadem quae *Pontica* eſt, (vide Heſych. in *Διὸς βαλ.* & Euſtath. ad Il. ν'. p. 925, 42.) adeoque *avellana*. cf. Salmaſ. pag. 424. Ut hîc *Diocles* medicus, ſic paulo inferius (p. 54. c.) Mneſitheus pariter *Heracleoticam* dixit, quam alii Ponticam: eodemque nomine Theophraſtus uſus eſt, cum alibi ſaepius, tum manifeſte lib. III. c. 15. Nec turbare quemquam debet, quod apud Macrob. Saturn. III. 18. Oppius dicit, *Heracleoticam* quoſdam caſtaneam nominare: is enim ſingularis quorumdam uſus eſſe potuit. Nec rurſus illud repugnat, quod eaſdem etiam *Διὸς βαλάνους* (id eſt, *Iovis glandes, Iuglandes*) Diocles adpellat. Nam licet eodem nomine alii caſtaneas inſigniverint, & in his ipſe Theophraſtus; (cf. Bod. ad III. 10. p. 172.) tamen minime conſtans iſta fuit adpellatio; & *avellanam* ab aliis Graecis ſic adpellatam paulo ante vidimus: Romani vero etiam idem nomen vulgo *nucibus* ſtrictius ſic dictis tribuerunt. conf. Macrob. l. c.

e *Τὰ Περσικά. Perſica* nux, quam *Regiam* paulo poſt Diphilus dicit, ea eſt quam ſtrictiori ſenſu *nucem* vocamus; quam Romani, quo ab aliis diſtinguerent, *nucem iuglandem* vocabant. *κεφαλαλγικὰ* dedere noſtri codices. Paulo poſt, brevius etiam *κεφαλαλγῆ* habes. Quas *latas nuces*, *πλατέα κάρυα*, DIOCLES dicit, Caſaubonus *amygda-*

las, Hofmannus *avellanas* dici putavit. At de utrisque e iam dixerat Diocles: nunc supererat, ut de *castaneis* loqueretur; de quibus rectissime nomen istud interpretatus est Dalech. suffragante Bodaeo ad Theophr. p. 173. & Salmas. p. 426. Et ratio nominis e vulgarium castanearum figura, cum quovis alio nucum genere collata, satis adparet: &, quod ait, ἑφθά, *elixas has nuces comedi*, ad nullum aliud genus referri potest; aliae enim nuces vel *crudae* vel *frixae aut tostae* solummodo comeduntur; solae *castaneae*, etiam *elixae*. cf. p. 54. d.

f Τὸ πλατὺ, καὶ τὸ καλούμενον Σαρδιανόν. *Sardiana nux*, quam PHILOTIMUS dicit, quam eamdem *Sardianam glandem* Diphilus (p. 54. c.) vocat, haud dubio omnium consensu *castanea* est: (Vide Plin. XV. 23, 25. & Bod. ad Theophr. pag. 173.) quae quia hoc ipso loco discerni videbatur ab ea nuce, quae πλατὺ κάρυον vocatur, eo persuaserat sibi Casaubonus, πλατὺ κάρυον & hîc & paulo ante non posse de *castanea* accipi. Quam difficultatem ut tolleret Bodaeus l. c. proponebat pro καὶ τὸ καλ. legendum τὸ καὶ καλουμ. ut id ipsum esset, quod Dalech. in versione expresserat, *nucem latam, quam et Sardianam vocant*. At ne ea quidem opus esse mutatione Salmasius monuit Exercit. p. 425. & ipse etiam Bodaeus intellexerat, (ibid. p. 174.) statuentes, duas indicari castanearum species, (sive varietates, ut hodie loquimur) alteram magis *latam* planamque ab uno latere; alteram, quae *Sardiana* vocabatur, rotundiorem. In verbis igitur, quae ex PHILOTIMI *libris* περὶ Τροφῆς hoc loco adferuntur, agitur de tribus nucum generibus: primum de *castaneis*; tum de *Ponticis*, i. e. *avellanis*; denique de *amygdalis*. Exspectabas etiam nonnihil de *Persicis*, id est, de *nucibus* stricte sic dictis, quas *iuglandes* Romani vocant; quae silentio hîc praetereuntur. At, quod merito mireris, ea ipsa pars disputationis Philotimi, quae hîc desideratur, longius abhinc, loco alieniſſimo, ubi non de nucibus, sed de malis Persicis agebatur, nescio quo errore inserta legitur, lib. III. p. 82. f.

AD CAP. XLIII.

Παχύνει δὲ τὰς ἕξεις. De voc. ἕξις vide not. ad I. 26. b

b. ἐάν τις αὐτῶν κρατήσῃ. *Si quis eas vicerit*, i. e. *conco-*

quere potuerit. cf. III. 79. c. τὰ Ἡρακλεωτικὰ, *avellanae*,
c vide ad p. 53. d. αἱ ἀμυγδάλαι τε αἱ ξηραί. Ignorant αἱ ante ἀμυγδ. noſtri mssti; commode; quia & Διὸς βάλανοι abſque articulo ponuntur. Sunt autem h. l. Διὸς βάλανοι rurſus *avellanae*, ut ſupra pag. 53. b. & d. & e. τὰ δὲ σκληρὰ καὶ στρυφνὰ. ξηρὰ e ſuperioribus verbis temere huc invectum erat. σκληρὰ correxi ex eis, quae mox ſequuntur. Quod addit αἵ τε φηγοὶ: ſi φηγοὶ ſunt *fagi glandes*, Gallis noſtris *faines* dictae, (de quibus vide Plin. XVI. 6, 7.) miror, cur illae hîc ad τὰ στρυφνὰ, i. e. *acerba*, referantur; cum dulces magis, quam acerbae ſint: quemadmodum etiam idem Plin. XVI. 5, 6. adnotavit: *Dulciſſima omnium* (*glans*) *fagi*. Atque etiam Graecorum τῆς φηγοῦ (quaecumque illa arbor intelligatur) *dulciſſimum* eſſe fructum Theophraſtus ait, Hiſt. Plant. III. 9.

Σαρδιανὰς βαλάνους. Vide ad p. 53. f. Σαρδιανὰς correxi. cf. Dioſcor. lib. I. cap. ρμς'. Perperam Σαρδιανοὺς edd. & cod. *b*. Σαρδιανὰ cod. *a*. quod ita intelligi poſſit,
d Σαρδιανὰ κάρυα καλεῖ βαλάνους. De NICANDRI fragmento vide not. ad p. 53. & conf. Bodaeum ad Theophr. p. 174. col. 2. Pro Εὐβοέες corrupte Εὐβοέοις erat in ed. Ven. ſed verum tenent mssti. Apud Euſtath. ad Od. τ'. p. 694, 5. in Nicandri verbis, pro βάλανον, perperam vox κάρυον repetitur. ἄμωτα. » Dioſcorides μότα. Alteruter » videtur corrigendus. « CASAUB. — Dioſcoridis locus eſt lib. I. capite modo citato. τὰ κάρυα τὰ Σινωπικά. *Sinopicae nucis* nomen, de *caſtanea*, nuſquam alibi quod ſciam legitur. Ab Heraclea, quae, ſicut Sinope, *Ponti* oppidum erat, cognominatam a nonnullis caſtaneam fuiſſe, ſupra vidimus, teſte Macrob. III. 18.

AD CAP. XLIV.

e CROBYLI *verſus*, neglecto metro olim editos, ſic fere, ut a nobis factum, digerendos docuit Caſ. in Animadv. Pro ἐρεβ. τιν', quod erat editum, exſerte τινὰ dedit codex noſter uterque. De *cottabi* ludo fuſe infra agetur; vide interim ad I. 28. b. Vini loco hi, de quibus poëta agit, *cicera* in lancem proiiciebant. Pro ὅλως, perperam ὅλος habent edd. vett. κενὸν poteſt ad ἐρέβινθον referri: neſcio vero, an rectius adverbialiter accipiatur pro διακενῶς, *in vanum*, *fruſtra*. Pro τραγήματα δ', in quod con-

ſentiunt libri omnes, praeter rationem τράγημα δὴ vole- e
bat Caſaub. Solet fere iſtud nomen in plur. numero poni: nec obſtat quod deinde τοῦτο in ſing. infertur; quod facile in ταῦτα mutari poſſet, ſi opus eſſet. — HOMERI *verſus* eſt ex Iliad. ν'. 589.

Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος, ἐν Παρῳδαῖς. Παρῳδίαις malebat Menag. ad Laërt. IX. 18. qui de *fillis* intelligit, quorum auctorem XENOPHANEM faciunt alii. cf. Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 797. & Harles T. II. p. 616 ſq. Laudatur Matron ἐν Παρῳδαῖς, III. 73. d. ſed ἐν Παρῳδίαις, XV. 656. e. & ſic etiam ſcripti libri II. 64. c. *Verſ.* 3. ὑποτρώγοντ'. Potuit ὑποτρώγειν (licet id verbum ignorent lexica) ſimili ratione dici atque ὑποπίνειν, ſive pro ſimplici τρώγειν, *comedere*, ſive *gnaviter comedere*. Et vulgatum tuetur Euſtath. ad Il. ν'. 925, 33. ἐπιτρώγοντ' vero malebat vir doctus CORAY; cuius ad me his ipſis diebus tranſmiſſas in Athenaeum Notas laudandi dehinc frequens erit occaſio. *Verſ.* 5. Pro Μῆδος fuerat μῆσος in edd. vett. errore haud infrequenti, e libris nato manu currente ſcriptis, in quibus ſaepe σ & δ literas vix inter ſe diſcernas. Veram ſcripturam, quam libri noſtri tenent, reſtituit CASAUB. monuitque: »Μῆδος eſt Perſarum rex, »vel Darius, vel Xerxes. Ita Graeci, praeſertim Attici, »Perſas nominant, & Latini. Catullus: *Cum Medi irrupere »novum mare.* Horatius: *Neu ſinas Medos equitare inultos.* »In Xenophanis tempora incidiſſe Perſarum irruptionem »in Graeciam, vel hic locus manifeſto arguit. Sunt e »veteribus qui claruiſſe Xenophanem tradant Ol. L. in »his (ſi bene memini) Euſebius. Melius Diogenes Laërt. »Ol. LX. Quin hic quoque numerus iuſto fortaſſe minor »eſt: fuit enim Xenophanes natu minor Pythagora, »quem ἀκμάσαι ſcribunt Ol. LX. Marathonia pugna, qua »Darii copiae ab Athenienſibus devictae, pugnata eſt Ol. »LXXII. 2. Xerxis tranſitus in Graeciam incidit in Ol. »LXXV. 2. Interceſſiſſe annos aliquot (puta XV aut XX) ab »ea pugna, de qua loquitur poëta, ad id tempus quo »haec ipſi componebantur, per eſt veriſimile. Tempo»rum rationem nunc ineat lector: reperiet, verum non »eſſe, florem aetatis ſuae obtinuiſſe Xenocratem circa Ol. »LX. etſi ſcio longaevum hunc virum fuiſſe, & ultra »XCII annos vitam extendiſſe.«

SAPPHUS *verſiculum* ex h. l. repetiit Euſtath. ad Il. ν'. p. f

f 925, 37. ἀΐόνων dorice dictum, pro ἰϊόνων, ut contra Dalech. monuit Caſ. χρύσειοι ἐρέβινθοι ſunt πυξοειδεῖς, quae laudantur p. 55. b.

Θεόφραστος δ' ἐν Φυτικοῖς - - κρείους. Apud Theophr. Hiſt. Plant. VIII. 5. κριοὺς vulgo legitur, quod *arietinum cicer* Plinius interpretatur XXII. 25, 72. & alii quos ibi citavit Harduin. — » Suſpicatur Euſtathius, [ad Iliad. ν'. »925, 39.] κρείους dictos propter *magnitudinem*, de nomi»ne *Crii*, Coeli filii. Favent eius coniecturae Sophili »mox verba, ὁ πατὴρ ὁ ταύτης πολὺ μέγιστός ἐστι, κρεῖος »ἐρέβινθος. Ac ſicut modo per ει, modo per ſimplex ι ſcri»bitur κρεῖος, cum *cicer* ſignificat, ita & nomen Gigantis »in Heſiodo [Θεογ. 134.] Κρεῖος, Apollodoro Κρίος. [Κρίος, »Apollod. Bibl. I. 1, 3.] vide & lib. III. cap. 10. [Athen. »III. 87. b.] Sed de iſto genere cicerum contraria ſcribun»tur magnis auctoribus. Plinius [XVIII. 12, 32.] κριὸν »ab arietini capitis ſimilitudine ſcribit appellatum, & par»vitate eos facit inſignes. Galenus lib. I. de Viribus Alim. »μέλανες δ' εἰσὶν οὗτοι καὶ μικροὶ, κατὰ Βιθυνίαν μάλιστα »γενόμενοι, καὶ καλούμενοι κριοί.« Casaub. — κρείους vero rurſus conſentientibus libris ſcribitur apud Noſtrum paulo inferius p. 55. b.

a Alexidis verba, veluti ſoluto ſermone antehac edita, *verſibus* conſtare *anapaeſticis dimetris* molliſſime fluentibus perſpecte docuit Grotius, Excerpt. p. 597. quem & in Graecis & in latina verſione ſecutus ſum. Ac minima quidem mutatione fuit opus. *Verſ.* 3. Vulgatum καὶ ἥδ' nullo negotio in χ' ἥδ' mutabatur. *Verſ.* 4. Adnotavit Grotius: »Male legi δειπνοῦμεν oſtendit quod ſequitur. Coenabant »vir, filia, & virgo Olynthia. Anus & puer paululum »quid accipiebant.« — Ubi quod *Olynthiam* nominat virginem, reſpexit haud dubie alterum locum III. 75. a. ex quo cum noſtro vſ. 14 & ſeqq. collato intelligitur, ductos eſſe hos verſus e Fabula, cui titulus Ὀλύνθιος erat; niſi forte ibi pro ἐν Ὀλυνθίῳ oportuit ἐν Ὀλυνθίᾳ, ut ab hac eâdem virgine, quae ἥδ' ἡ χρηστὴ h. l. dicitur, titulum *Olynthia* habuerit ea fabula: cum quo convenit quod apud Suidam in Εὐημερίᾳ citatur Alexis in Ὀλυνθίᾳ. Sed idem hic *verſ.* 4. iuſto minor erat, cum vocula μὲν tam in edd. & mss. quam apud Grotium deeſſet, quam ego complendae menſurae cauſſa adieci; cuius voculae veſtigium etiam in ipſa illa prava terminatione verbi δειπνοῦμεν quodam mo-

do supereſſe mihi viſum erat. Nam quod in Notis ad extremos verſus monuit idem GROTIUS: » Notandum au-
» tem, & hîc, & aliis plurimis in locis, tum apud Tragicos, tum apud Comicos intercurrere *anapaeſtos dimetros brachycatalectos:* « id ſub finem quidem ſyſtematis anapaeſtici poſſe locum habere iudicavi, (velut *vſ.* 13. τέττιξ, ἐρέβινθος, ἀχράς·) non item in medio verſuum decurſu: praeterea ne erat quidem *brachycatalectus* verſus ille, quem h. l. Grotius poſuerat, τούτων οἱ τρεῖς δειπνοῦσιν, ſed *catalecticus in ſyllabam*, ut aiunt metricae artis magiſtri. *Verſ.* 6. μάζης μικρᾶς, pro vulgato μάζης μιᾶς, recte dedere noſtri mssti, quod iam e ſuis laudaverat Caſaub. *Verſ.* 9. Rectius *delebitur comma* poſt ἡμῶν: eſt enim ſtructura naturalis verborum haec, τὰ μέρη δὲ καὶ ἡ σύνταξις τοῦ βίου ἡμῶν. Commode vero vocabulum μέρος, ſicut aliâs ἡ μερὶς, de *cibis*, & *ciborum portionibus*, dicitur. *Verſ.* 10. ἐστὶν poſui pro vulgato ἐστὶ, quod & Grotius tenuerat.

Verſiculos 12 & 13. citans Euſtath. ad Iliad. ν'. p. 925, 33 ſqq. bene monuit, φηγὸν eſſe βαλάνους φηγίνους, βολβὸν vero κρόμμυόν τι ἄγριον: ſed mireris, eumdem doctiſſimum commentatorem in voce τέττιξ haeſiſſe, quam ille τέτιξ ſimplici τ ſcripſit, & quaſi rem aliâs incognitam *notandam* monuit. τέτιξ δὲ, inquit, βρώσιμόν τι καὶ αὐτὸ, ὃ καὶ σημείωσαι. Quaſi non notum ſatis fuerit, non modo *locuſtis* (ταῖς ἀκρίσι, de quibus vide cum alios, tum Wetſtenium ad Evang. Matth. 3, 4. & ipſum Euſtath. ad Od. θ'. p. 303, 47.) verum etiam *cicadis* (ταῖς τέττιξι) pro cibo uti ſolitos eſſe multos veterum: quam in partem CASAUBONUS cum ad alia apud Noſtrum provocavit teſtimonia, velut IV. 131. e. ubi τέττιγες ὀπτοὶ in nuptiarum Iphicratis adparatu recenſentur, & IV. 133. b. ubi etiam *provocandi adpetitus gratia comeſtae cicadae* memorantur; tum ad Aelian. Hiſt. Anim. lib. XII. cap. 6 extr. ubi pro μάλα γε ἐδείπνει utique μάλα γέ τις ἐδείπνει cum eodem Caſaub. malles, λελήθασι vero non neceſſe fuerit ex eiuſdem praeſcripto in οὐ λελήθασι mutare.

Poſtrema *Alexidis verba* ſic vulgo ſcribebantur: τό τε θειοπαγὲς μητρῷον ἐμοὶ μελέδημ' ἰσχὰς, Φρυγίας εὕρημα συκῆς. Eodemque prorſus modo reperita leguntur apud Euſtath. ad Od. ν'. p. 275, 18. At θειοπαγὲς (quod a verbo πηγνύναι, *compingere*, derivatur) quamnam h. l.

a vim habeat, difficile dictu. Poterat *carica* quidem *compacta ficus* dici; sed mirum, si quis *a Deo compactam* dicat. Recurrunt eadem verba apud Nostrum, III. 75. b. ubi Θειοφαγὲς scribitur, paulo speciosius; quasi *Deorum cibum* dicat. At, ibidem in membranis Θειοφανὲς (i. e. *a Diis ostensum*) legi, notavit ad h. l. Casaubonus: quam quidem scripturam, quoniam ibi nec e nostris praestantissimis membranis Veneto-Parisiensibus, nec ex alio Parisiensi codice vel a Brunckio vel a Villebrunio enotatam reperi, non e veteri aliquo codice, qui hodie supersit aut Casauboni aetate superstes fuerit, ductam, sed (quod iam saepe de aliis diximus) e docti cuiuspiam viri coniectura in ora libri alicuius a Casaubono repertam arbitror; at eamdem ita non modo probabilem, sed certam, atque adeo unice veram iudicavi, ut cum Grotio in contextum recipere non dubitaverim. Vide apud Pausan. I. 37. p. 89. epigramma in *Cererem*, *quae*

— — πρῶτον ὀπώρας καρπὸν ἔφηνεν,
ἣν ἱερὰν συκῆν θνητῶν γένος ἐξονομάζει.

Iam quod *carica* sive *ficus* dicitur Φρυγίας εὕρημα (sive εὕρεμα) συκῆς; nescio, quemnam in his verbis iocum sibi reperisse CASAUBONUS visus sit, cum ait: »Videtur iocari facta allusione ad Phrygiam Deam sive Pessinuntiam.« Neque magis video, GROTIUM quid induxerit, ut diceret: »Illud Φρυγίας εὕρεμα συκῆς parodia esse videtur ex Tragico aliquo, apud quem, de tympano forte, »fuerit Φρυγίας εὕρημα θεᾶς.« Equidem cum ipso Athenaeo III. 75. a. b. simpliciter de *caricis* vel *ficis Phrygiis* acceperam; quod genus mulier illa prae caeteris colens & aestimans, *inventum* dicat sive *fructum Phrygiae ficus arboris*. Ad metrum quod spectat, Grotius pro εὕρημα, quod h. l. libri omnes dabant, ex III. 75. b. εὕρεμα accipiens, quod per se perinde erat, (vide mox hac pag. b. & III. 78. c.) duos postremos versiculos sic constituerat:

μελέδημ' ἰσχὰς Φρυγίας
εὕρεμα συκῆς.

Ego vero, memor Anapaesticum systema definere fere in basin, id est in monometrum, sequente paroemiaco quem dicunt, sic malui:

μελέδημ' ἰσχὰς,
Φρυγίας εὕρεμα συκῆς.

Ac scio quidem, postremum versiculum non esse genui-

num paroemiacum; quippe qui debebat esse dimeter ca- a
talectus in syllabam, ut aiunt. Sed mutare nihil volui. At leviſſima tamen mutatione, & reſtituta quidem etiam vocali *η* in voce *εὔρημα*, habebimus id quod quaerimus, ſic ſcribentes:

Φρυγίας εὑρήματα συκῆς.

Et nihil incommodi habuerit pluralis *εὑρήματα*, quamquam ad ſingulares, *ἰσχὰς* & *μελέδημα*, relatus. Simili quidem ratione paulo ante vidimus, *τραγήματα δ' ἐστὶ τοῦτο.*

PHERECR. *Ταχεροὺς ποιήσεις - - εὐθέως.* Verſus eſt ex b
poëtae *Crapatallis*, ut diſcimus ex IX. 366. d. Ibi pro *εὐθέως* legitur *αὐτόθι*, id eſt, *hoc ipſo loco;* pro quo oportebat puto *αὐτόθεν*, *protinus.* Et ſic haud dubie hîc etiam ſcripſerat Athenaeus; pro quo Epitomator, ut ſaepe ſolet, interpretamentum *εὐθέως* poſuit: de quo etiam monuit CASAUB.

In DIPHILI verbis, *σμηκτικοὶ* correxit Caſ. Corrupte *σμυκτικοὶ* ed. Baſ. Sed *μηκτικοὶ* ed. Ven. cum noſtris msstis; quae forma ferri fortaſſe poterat. Certe, quemadmodum & *σμικρὸς* & *μικρὸς*, & *σμίλαξ* & *μίλαξ*, & ſic plurima alia, duplici formâ dicta videmus: ſic nihil impedit, quo minus in verbo *σμήχω* eiuſque derivatis idem habuiſſe locum credamus; niſi quod de hoc quidem verbo taceant Grammatici & Lexicographi. Apud unum tamen Euſtath. Iliad. *α'*. 101, 27. reperio: *μέρδω*, *σμέρδω· καὶ μῶ*, *σμῶ*, *ὄθεν καὶ τὸ σμήχω.* Sed apud Athen. eâdem hac pag. 55. f. in eiuſdem Diphili verbis formam uſitatam *σμηκτικους* tenent libri omnes.

In DIOCLIS verbis mendoſe olim *ζημωτικοὶ* legebatur. *ζυμωτικοὶ*, quod iam Dalech. expreſſerat, e msstis reſtituit Caſaub. cui & noſtri libri ſuffragantur. »*ζύμωσιν ἥπατος* »apud Hippocr. interpretatur Erotianus *οἰδηματώδη ὄγκον*, »*tumidam molem*, i. e. *tumorem praeter naturam.* Flatuoſum »eſſe cicer non minus quam fabam, magis alere, & ad »Venerem incitare ſcribit Galenus: quae omnia vocem »*ζυμωτικὸς* nobis explicant.« CASAUB. *ἀποβεβρεγμένοι* dedere noſtri codices. Nude *βεβρεγμένοι* edd.

AD CAP. XLV.

ΘΕΡΜΟΙ. *Ἀλεξις.* Auctoris nomen, vulgo praetermiſ- c

c ſum, adieci auctoritate Pollucis VI. 45. ubi nonnulla e ſequentibus verſibus verba adferuntur.

ὥραισι μὴ ἵκοιθ'. » Graecis uſitata formula fuit, cum *im-* » *precari* alicui *exitium* vellent, & *mortem anno vertente ci-* » *tiorem*, μὴ ὥραισιν ἵκοιο. Lucianus in Deorum Dial. [VI. » 4.] Ἄπαγε· μὴ ὥραισιν ἵκοιτο τῶν ὑπὲρ αὐτὸν ἐπιθυμῶν. » *Apage: pereat anno citius quicumque altiora ſe concupiſcit.* » [Vide ibi Schol. Graec. & Editorum Notas.] Latini ſim- » pliciter dicerent, *Male pereat!* Idem in Ἑταιρικοῖς Dial. » [num. x. T. VIII. p. 242.] Μὴ ὥραισιν ἵκοιτο ἐκεῖνος ὁ λῆ- » ρος, τοιαῦτα παιδεύων τὸ μειράκιον. Et de Saltat. [cap. » 5. T. V. pag. 125. ubi rurſus vide Graeca Schol.] Μὴ » ὥραισιν ἄρα ἱκοίμην, &c. Ariſtophanes diverſo caſu ex- » tulit, in Lyſiſtr. [vſ. 1037. ed. Br.] Ἀλλὰ μὴ ὥρας ἵκοισθ'. » [Idem tamen etiam tertio caſu uſus eſt, ib. vſ. 391. ubi » vide Brunckii Notam.] Theophylactus in Epiſtolis, Μὴ » ἵκοιτο ὥρας ὁ Λεύκιππος. Et ὥρας & ὥραισι dictum pro εἰς » ὥρας, ut in contraria bene precandi formula apud Theo- » crit. Κ' εἰς ὥρας κἠπειτα φίλ' ἀνδρῶν ἐν καλῷ εἴης. [Idyll. » XV. 74. ubi vide Valcken. pag. 370.] Plato Epiſt. VII. » Μένε ἐπὶ τούτοις τὸν ἐνιαυτὸν τοῦτον, εἰς δὲ ὥρας ἄπιθι. » Gloſſarium, εἰς ὥρας, *ad annum*. Ariſtophanes, Ranis, » [vſ. 380.] articulum inſerens, diverſo ſenſu accepit, » pro *quotannis*, εἰς τὰς ὥρας. Nunc corruptum poëtae lo- » cum emendemus. Scribendum enim:

» Μὴ ὥραισι δὴ ἵκοιθ' ὁ τοὺς ϑέρμους φαγών.

» Nam illa inſititia, μετὰ τῶν κακῶν, reliquiae ſunt ſcho- » lioli, quo loquendi hoc genus explicabatur. Primae duae » ſyllabae vocis ὥραισι coaleſcunt in ſpondaeum cum prae- » cedente μὴ, ut apud Poëtam, ἢ οὐχ ὁράᾳς. Olim emen- » dabam:

» —— —— —— Μὴ ὥραισι δὴ,
» φεῦ τῶν κακῶν! ἵκοιθ' ὁ τοὺς ϑέρμους φαγών. «

Haec CASAUB. Commode vero & breviter Euſtath. ad Od. ι'. pag. 342, 8. μὴ ἐς ὥρας ὁ δεῖνα ἵκοιτο· ἀλλὰ δηλαδὴ πρὸ ὥρας ἐκθερισθείη. Pro κακῶν ſuſpicatus eram, forſan καλῶν legendum. Nempe οἱ καλοὶ ὥραισι ἵκοιντο, *diu vivant! ſed iſte homo* μὴ ἵκοιτο, *male pereat!*

Verſ. 4. Pro μάλιστα δὲ Caſaub. τίς δ' ὅδε; volebat. Quod quidem, ſi quid video, nec ad ſententiam neceſ- ſarium erat, & metrum peſſumdat. *Verſum* 7. qui muti- lus in fine erat, idem Caſaub. indubitanter ſic explendum

censuerat, ut Κλεαίνετος adiiceretur: cui ego morem hac parte gerendum iudicavi.

Λυκόφρων -- ἐν σατυρικῷ δράματι, ὃ ἐπὶ καταμωκήσει ἔγραψεν εἰς Μενέδημον. Titulus illius dramatis erat Μενέδημος, ut discimus ex Nostro, X. 420. a. & Laërt. II. 140. Pro ἔγραψεν est ἔγραφεν in ms. *b.* quod pro γέγραφεν positum iudicaverat Brunck, cuius formae plura exempla paulo inferius ad hanc ipsam pag. lit. f. collegit Casaub. In ms. *a.* decurtatum verbum, ut nec ψ nec φ conspiciatur. Contrarium Athenaeo dicere videtur Laërt. l. c. *laudes Menedemi* in ista fabula *scripsisse Lycophronem.* Nempe *ironice* scriptum erat illud encomium, ut ad Laërt. monuit Menagius. Quod ait poëta, Καὶ δημόκοινος ἐπεχόρευσε &c. in mente habuerat Homericum illum versum, quem citavit Noster pag. 54. e. conf. infra, IV. 157. a. Cum δημόκριτος h. l. vulgo consentientibus legeretur libris, tenens eam vocem in latina versione DALECAMPIUS, adnotaverat in ora: »*Vulgaris ac plebeius cibus* populo gratus. Iocus ex ambiguo.« Eamdem dictionem, δημόκριτος θέρμος, Casaubonus (obiter tangens hunc locum in cap. 21. Animadv. ad lib. III.) confert cum ista, ἄμφις οἶνος, I. 31. e. & in eumdem fere modum cum Dalech. interpretatur; simul tamen significans, se istam scripturam non probare: merito quidem, quippe contra quam ipsum metrum (ut alia taceam) reclamabat. Itaque in Animadversi. ad h. l. idem CASAUB. »Scribo δημόκοινος, inquit. θέρμος δημόκοινος, *cicer plebeium.* Persius: *plebeia rapere beta.* Alteram lectionem, si cui forte magis arrideat, explicamus libro sequente. Sed vocem δημόκοινος in Euripidis scimus exstare Commentariis.« — Iam infra, X. 420. b. ubi idem Lycophronis versus cum nonnullis etiam praecedentibus recitatur, pro δημόκριτον habent δημόνικον editi scriptique libri, ad metrum quidem commode, non item ad sententiam: ubi quod δημοτικὸν corrigebat Dalecampius, ut ad sententiam commodum videri poterat, sic ad metrum reprobum erat. Quare ibi rursus δημόκοινον (quod quam facile in δημόνικον corrumpi potuerit satis adparet) corrigendum Casaubonus perspecte monuit: cui utrobique obsecutus sum. Sed, quod *plebeium* interpretatus est hoc nomen, id quo iure fecerit dubitari poterat: nam δημόκοινον, aut quod idem valet δημόσιον, *publicum* quidem significare potest, *& id quod*

d *ad rem publicam pertinet:* (vide Suid.) *plebeium* vero graece non δημόκοινον ſonat, ſed δημῶδες aut δημοτικόν. Quod autem vocem δημόκοινος apud Euſtathium legi Caſaubonus ait, id verum eſt quidem: ſed illud vocabulum alia occaſione commemoravit Euſtath. & notione plurimum diverſa ab hac quam eidem Caſaubonus ſubiecit. Scil. in Comment. ad Od. σ'. p. 651, 6. vocem illam δημόκοινος adtulit Euſtath. ut *convicium, quod in pravos homines conijcitur*, prorſus ſicut latine *carnifex!* dicimus. Et, verum ſi quaeris, hoc ipſum ſonat illa vox; ut communi conſenſu Suidas, Heſychius, & Etymologus docent. Et cum hi in univerſum τὸν δημόκοινον, τὸν δήμιον aut βασανιστὴν interpretentur; de diſtinctione etiam nonnulla monuit Helladius in Chreſtom. p. 18. ed. Meurſ. ubi ait, δήμιον *vocari proprie carnificem, qui eos occidit qui ad mortem condemnati ſunt;* δημόκοινον *vero, tortorem.* Itaque perſpecte noſter Coray ad hunc locum adnotavit: »Comice »Lycophron *lupinum* appellat δημόκοινον, *carnificem*, ob »amarorem & acrimoniam, (διὰ τὴν δριμύτητα καὶ πι»κρότητα, quarum mox mentio fit) quibus torquet & »quaſi ſtrangulat manducantes.« Quod mire convenit cum eo, quod verſu proxime praecedente (X. 420. b.) idem *lupinus* ἀλιτήριος dicitur, i. e. *ſceleſtus, flagitioſus, abominandus.* Adeoque in latina noſtra verſione, pro *Et plebeius, Et carnifex* repoſitum velim. Monuit idem, quem modo nominavi, Vir doctus, eâdem maculâ, quae Lycophronis verſum h. l. occupaverat, Heſychium etiam in Βρόχος contaminatum videri. Βρόχος· ἀγκύλη, δημόκριτος, ἀγχόνη, δεσμός. »Lego illic quoque, (inquit) δη»μόκοινος. Nimirum βρόχος veteribus non modo *la»queum*, ſtrangulationis inſtrumentum, verum etiam ipſum »*ſtrangulatorem* vel *carnificem* ſignificare potuit; ad inſtar »aliorum vocabulorum, quibus & abſtractum & concre»tum, quod aiunt, promiſcue indigitatur; veluti λῖμος, »φλήναφος, πλάνος, &c.« — Niſi forſan δημόκοινον ibi oportuit, idem valens ac δεσμωτήριον. coll. Heſych. in Δημόκοινον, & Δημόσιον. Longe vero diverſa ratione curandum Lycophronis verſum, qui nos adhuc tenuit, Toupius cenſuit, Emend. in Suid. P. III. p. m. 497 ſq. δημόλοιχος legendum contendens; id eſt, ut ipſe interpretatur, *lardo unctus.*

In *poſteriore Lycophronis verſu* quaenam vis ſit vocabuli

τρικλίνων, divitum-ne intelligantur triclinia, an pau- d perum, haud satis mihi liquere fateor. Lib. X. p. 420. b. ubi πενήτων καὶ τρικλίνου scribitur, per hendyadin ista interpretatus est Dalecampius, *inopum in triclinüis.*

In DIPHILI *vers.* 4. ῥόδα, ῥαφανίδας, &c. ne quis metri studiosus offendatur eo quod ῥόδα pro iambico pede usurpatur, memento ultimam huius vocis produci ob sequentem ῥ literam, cum aspero spiritu pronunciatam, aut in pronunciando geminari solitam; de quo & Clark & Brunck saepe monuere, & ille quidem praesertim ad Iliad. α'. 51. num. 9. hic vero ad Comici Plutum vs. 1065.

Vers. 5. Pro ἄλλως Coray ἁλμάδας legendum suspicatur; e ingeniose utique, ac nescio an vere. cf. p. 56. b. & IV. 133. a. Tutissimum tamen fuerit tenere vulgatum, eo sensu quem in versione expressi: *praeterea* (vel, *denique*) *quidvis aliud facere;* nam ad ἅπαντα μᾶλλον non repetendum πωλεῖν, sed, ut aliàs in hac loquutione, supplendum verbum generalioris notionis ποιεῖν.

σημείωσαι, φησὶ, τὸ θερμοκυάμους. Conf. Eustath. ad Il. ν'. p. 925, 23. ubi monet, idem sonare θερμοκυάμους atque simplex nomen κυάμους. Vocabulo λυσιλαΐδας cur *lupinos* insigniverint Lacedaemonii, aliis discutiendum relinquo. Villebrunius ait, λυσιάδας in msstis legi, quod e neutro ex nostris enotatum. In Natalis quidem versione *Lysiadas* h. l. scriptum video, quod & Dalech. in ora adnotaverat: sed poterat is error vel interpretis esse vel operarum.

Θεόφραστος - - ἐν Αἰτίοις Φυτικοῖς. Vide de Caus. Plant. IV. 16. — μόνα οὐ ζωοῦνται τῶν χεδροπῶν. »ζωοῦσθαι gra»num dicitur, quod ζῶον ἐμφύει, *in quo animal innasci*»*tur.* Alibi θηριοῦσθαι dixit Theophr. ut in I. de Caussis, »cap. 7. οὐ θηριοῦται καθάπερ τὰ σιτηρὰ τῶν σπερμάτων.« CASAUB. — Iam quod Athenaeus ait, μόνα τῶν χεδροπῶν, id eisdem quidem verbis repetiit Eustath. ad Od. ν'. pag. 925, 25. at longe aliter hodie apud Theophr. legitur. — »Theophrasti codices (ait idem CASAUB.) ha»bent hodie, μόνα οὐ ζωοῦνται τῶν σιτωδῶν. Athenaeus »τῶν χεδροπῶν, & ita Eustath. Non refert hilum. Sic »saepe suis pro Theophrasteis verbis utitur, ut supra quo»dam loco [II. 50. c.] τεταμένον pro τετανὸν, & his si»milia multa.« — Ubi primum observari velim, in Heinsiana quidem Theophrasti editione, qua utor, vocem μό-

e να eo loco, de quo agitur, non reperiri, ſed ſic legi, ὅθεν καὶ διαφθειρόμενα τὰ τῶν σιτωδῶν οὐ ζωοῦται. Tum quod *ne hilum quidem referre* Caſaubonus ait, aut valde ego caecutio, aut plurimum falſus eſt vir doctiſſimus. Nam (quod etiam per ſe intelligi poterat) τὰ σιτώδη, id eſt, *frumentacea*, ut triticum, hordeum & ſimilia, a τοῖς χεδροποῖς aut (quod idem ſonat) ὀσπρίοις, i. e. *leguminibus ſiliquoſis*, qualia ſunt faba, cicer, piſum, ita diſerte diſtinguit Theophraſt. Hiſt. Plant. VIII. 1. ut nihil diſertius. Et ſic quidem ſaepe aliàs: atque eodem etiam loco, de quo hic agitur, (Cauſſ. Plant. IV. 16.) triticum & hordeum hoc ipſo differre a lupino & cicere docetur, quod in illis animalcula generentur, in his non item. Quare videant docti, ne hac parte ex Athenaeo corrigendi ſint Theophraſti codices. At mox eodem hoc loco alia naſcitur dubitatio, ut merito quaeſiſſe videri poſſit idem CASAUBONUS: »At »quomodo verum erit, *cicer non* ζωοῦσθαι, cum ſtatim »ſequatur, *generari in cicere* κάμπας? « — Nempe ſic mox pergit Noſter: γίνεσθαι δὲ, λέγει, κάμπας ἐν τοῖς ἐρεβίνθοις, ὁ αὐτὸς ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς αὐτῆς πραγματείας. Ubi, quod ἐν τῷ τετάρτῳ ait, tangitur quidem eadem res lib. IV. cap. 15. ſub finem, ſed ibi eſt verbum σκωληκοῦται: ipſa vero verba, αἱ κάμπαι ἐγγίνονται τοῖς ἐρεβίνθοις, leguntur lib. III. cap. 27. Quo ex loco collato cum hoc, de quo nos quaerimus, ſimul intelligitur, ibi de illis frugibus agi, quae adhuc in agris ſunt, nondum collectae vel demeſſae; hìc vero de his, quae ſunt in granariis repoſitae. Quod ait, ὁ ἐρεβ. μέλας γίνεται διαφθ. ex Theophraſto de Cauſſ. Plant. II. 4. recipiendum hoc putavi, quod poſt Dalech. etiam in poſtrema ed. Caſ. 1657. receptum erat: nam μέγας, quod Athenaei libri h. l. dabant, vitioſum utique videtur.

f ἀπεγλυκλασμένους. »Obſervabit curioſus lector ἀπε»γλυκ. pro ἀπογεγλυκασμ. ſicut lib. III. διέγλυπται pro »διαγεγλ. & ἀπεγλαυκωμένος III. 117. e. Sic ἐβλάστηκεν, »ἔκτικεν, ἐβούλευκεν, ἐξεπίακεν, & τυρὸς ἐξεγλυμμένος, καὶ »ἄλλα μυρία, inquit Euſtathius. [ad Il. *i.* p. 662, 40.] Lib. III. »in Diphili verſu εὐπορηκώς: apud Appian. ὑπομεμηκὼς Ci»vil. I. apud Galenum γαστέρα ὑπερθερμασμένην, lib. II. »de Facult. Nat. Eunapius in Libanio vocat λέξεις κατα»γλωττισμένας, quas alii *gloſſas*;« &c. CASAUB.

θυμικὸς recte dedit mſ. *a*. In mſ. *b*. corrupte μιτικὸς:

quod cum in ſuo etiam libro (ut videtur) reperiſſet editor Ven. in θυμοτικὸς mutavit; dein θυμωτικὸς edidit Caſ.

AD CAP. XLVI.

Ἐν τοῖς δείπνοις τοῖς καλουμένοις κοπίσι. De iſtis Lacedaemoniorum coenis plura habes infra, IV. 138 extr. & ſeq. Conf. Meurſ. Miſcell. Lacon. lib. I. cap. XI. a

Epicharmi *verſus* (ut fere ſunt alii eiuſdem poëtae) trochaicus tetrameter catalecticus eſt, priori ſyllabâ demtâ, quam praefixâ καὶ voculâ explevit Toup, in Curis Noviſſ. in Suid. p. 296. ed. Lipſ. »φώγειν ſive φώζειν eſt *in* »*foco aliquid torrere.* Euſtathio εἶδος πυρεύσεως: melius »quam ut alii, φρύγεσθαι. Nam τὸ φρύγεσθαι proprium »iis quae in ſartagine coquuntur.« Casaub. — αἱ χ' ὁ Διον. φιλῇ ex mſstis correxit item Caſ. (Corrupte αλχ' ὁ Δ. ed. Ven. Dein ἀλλ' ὁ Δ. ed. Baſ.) Quod autem ait, videri excidiſſe voculam σε ante extremum verbum, id ſane nec ad metrum aptum, nec ad ſententiam.

Demetrius, cuius adfertur verſiculus, Comicus eſt, cuius drama Σικελίαν citavit Athen. III. 108 extr. & ſeq. eiuſdemque Ἀρεοπαγίτην IX. 405. e. f. Conf. Interpretes Heſychii ad voc. Ἐμπήρους.

AD CAP. XLVII.

Εὔπολις· Σπῖαι, δρυπεπεῖς τ' ἐλάαι. Cohaereant-ne haec Eupolidis verba cum iſtis, quae paulo poſt (hac pag. e.) leguntur, non definiam. In uſu vocabulorum δρυπεπὴς & δρυπετὴς, (ſive, ut alii ſcribunt, δρυπέπης & δρυπέτης) quae & de aliis quidem arborum fructibus, ſed maxime de *olivis* dicuntur, magna eſt apud veteres auctores, & apud Grammaticos praeſertim, diſſenſio, plurimum etiam aucta ex librariorum confuſione. De quibus turbis, ut alios omittam, conſulat, cui vacat, quae congeſta ſunt a Bodaeo ad Theophr. p. 312 ſq. & a Moeridis Interpretibus p. 121 ſq. *Oliva* δρυπεπὴς, (ſive δρυπέπης, ut a veteribus penacute ſcriptum fuiſſe Euſtathius ait, ad Od. μ'. p. 494, 4.) dicitur *quae in arbore maturuit*, ἡ ἐν τῷ δένδρῳ πεπανθεῖσα. δρυπετὴς autem (ſive δρυπέτης) a nonnullis quidem pari fere notione accipitur, ut ſit *quae ob maturitatem ex arbore decidit;* ab aliis contra intelligitur quae

a *immatura* (ὠμὰ, ut eſt apud Heſych.) *decidit ex arbore.* Iſtam diſcutere litem, & quae cum ea coniuncta ſunt diſquirere, nec nunc nobis vacat, nec huius eſt loci: ſed quum praeſertim frequentius apud unum Athenaeum, quam apud omnes alios, qui ſuperſunt, veteres auctores ſimul ſumtos, (Grammaticis exceptis) occurrant iſta vocabula; commode factum fuerit, ſi, quid ſingulis in locis dent libri noſtri, unum ſub conſpectum adduxerimus. Igitur primo quidem, quod ad accentum ſpectat, nuſquam apud Athen. nec in msstis nec in edd. penacute δρυπέπης aut δρυπέτης ſcribitur; conſtanter δρυπεπὴς aut δρυπετὴς cum accentu in ultima: nam quod hac pag. d. δρυπέπεσι ſcribitur, quaſi a ſing. δρυπέπης, id nonniſi in ed. 2. & 3. Caſ. factum; ſuperiores omnes cum msstis δρυπετέσι habent. Iam quod ad literam π vel τ pertinet, hoc ipſo ſtatim loco, ubi δρυπετεῖς *editum fuiſſe* dixi in ſubiecta contextui nota, non omnes edd. hoc habent: ſed, poſtquam temere in ed. Baſ. ſic poſitum fuiſſet, in Caſauboniana editiones tranſiit ea ſcriptura. Monuit autem CASAUB. in Animadv. »Scripta lectio habet δρυπεπεῖς, non δρυπετεῖς.« Et in eamdem ſcripturam editio Venet. msstique noſtri conſentiunt: idque non ſolum hoc loco, ſed quinquies etiamnum eâdem hac paginâ, ubi partim omnes etiam edd. conſentiebant, partim in ſolam ed. Baſ. & Caſ. temere rurſus δρυπετεῖς erat invectum, quod in Archeſtrati verſu factum, qui proxime ſequitur. Iam p. 57. a. & IV. 137. e. nonniſi tertia ed. Caſ. iſtam ſcripturam habet; ſuperiores omnes cum msstis conſtanter δρυπεπεῖς tenent. Rurſus VI. 267. e. δρυπετεῖς ex ed. Baſ. in Caſaubonianas migravit: Veneta cum msstis δρυπεπεῖς ſervat. Denique IV. 133. a. habent quidem rurſus δρυπετεῖς tres editt. Caſaub. nec e msstis noſtris (quae cum prima Caſ. collata ſunt) aliud quid enotatum: ſed ibidem δρυπεπεῖς tenet ed. Ven. & Baſ. ut veriſimile ſit, caſu factum eſſe, ut e msstis noſtris iſta ſcriptura ibi non fuerit adnotata. Ita fit, ut, quod Toupius in Epiſt. Crit. pag. 106. ait, δρυπέπης *Graecorum recentiorum eſſe*, δρυπέτης *Atticorum veterum*, (quam fuiſſe etiam Salmaſii ſententiam, ex Brunckii Nota ad Anal. T. III. p. 177. intelligo) id quidem fere nonniſi tertiae editionis, quae Caſauboni nomen praefert, auctoritate, id eſt, verum ſi quaeris, nullo prorſus idoneo fundamento nitatur. Nam apud Ariſtophanem

quoque in Lyſiſtr. vſ. 564. (qui e paulo vetuſtioribus au- a
ctoribus unicus eſt locus, his exceptis qui ab Athenaeo
citati ſunt, ubi vocabulum iſtud occurrat) pro olim vul-
gato δρυπέτεις, duorum codicum mſstorum auctoritate
δρυπέπεις a Brunckio reſtitutum eſt; quam ſcripturam et-
iam ob oculos ibi habuiſſe veterem Comici ſcholiaſten,
perſpecte Pierſon ad Moerid. p. 121. obſervavit. Sic igi-
tur vetuſtiſſimus auctorum omnium, in quo iſta ſcriptura
per τ literam maneat, Romanus Plinius fuerit, apud
quem Lib. XV. 1, 2. ſic vulgo legitur: *Optima aetas ad
decerpendum -- incipiente bacca nigreſcere. Noſtri vocant dru-
pas, Graeci vero drypetas.* At, quoniam *decerpi* drupas ait,
non *delapſas* colligi; videndum, ne ibi pariter *drypepas*,
non *drypetas*, ſcriptum oportuerit: quod & ſuadet cum
hic ipſe Athenaei locus, ubi, *quae δρυπεπεῖς Eupolidi dic-
tae ſunt, eaſdem a Romanis δρύππας* (i. e. druppas) *vo-
cari ait;* tum & eadem illa vocabuli forma δρύπεπα,
quae in Longini Epigr. occurrit, Analect. T. II. p. 200.
ed. Brunckii: (cuius confer Notas T. III. p. 177.) quae
forma neſcio cur non eadem pariter in Phaniae Epigr. 5.
T. II. p. 53. recepta ſit, ubi, ſi minus addicebant ſcripti
libri, metrum certe non minus quam altero loco δρύπε-
πα pro vulgato δρύππα deſideraſſe videtur. Ac turbare
quidem has rationes rurſus idem Plinius videri poterat,
cum lib. XII. 26, 60. ait: *druppa vocatur (oliva,) priuſ-
quam cibo matura ſit, iam tamen colorem mutans;* quod cum
propria vi vocabuli δρυπεπὴς videtur pugnare. Sed,
quamquam & ad hanc difficultatem non deſit fortaſſe quod
reſponderi poſſit, tamen, ut initio dixi, non eſt hic lo-
cus univerſae iſti quaeſtioni ulterius immorandi: quae ve-
ro ad eam pertinentia propoſuimus, ea ipſe hic Auctoris
noſtri locus, in quo verſamur, viſus erat deſiderare.

τὰς δὲ κολυμβάδας καλουμένας. Eaedem a *muria*, qua b
conditae erant, proprio & magis vulgato nomine ἁλμά-
δες dicebantur. cf. IV. 133. a. Eaedem ſunt νητρίδες vel
νηκτρίδες apud Poll. VI. 45. Caeterum cum de hoc, tum
de aliis olivarum generibus nominibuſque conſulendus Bo-
daeus ad Theophr. p. 133 ſqq.

Ἀριστοφάνης ἐν Νήσοις. Titulum fabulae adieci ex Poll.
VI. 45. apud quem, pro olim vulgato Νήσαις, Νήσοις legen-
dum monuit ad hunc locum Caſ. De Attica forma ἐλάας,
quam pro ἐλαίας recepit Brunck in Fragm. Ariſtoph. p. 257.

b vide eiuſdem Notas ad Aves 617. — στέμφυλα dicebantur & uvarum *faeces* & olivarum *fraces*, id eſt *expreſſarum uvarum aut olivarum retrimenta;* quibus pro obſonio (ut ait Suidas) utebantur. Et Attici quidem (ut mox ipſe Athen. docet) in *olivarum fracibus* potiſſimum hoc vocab. ponebant. Sed nonnulli etiam τὰς ἀτυρήνους ἐλαίας (ut Heſych. monet) eodem nomine intelligebant, i. e. *olivas quibus demti nucleï*, nempe *quae demtis nucleis tuſae preſſaeque condiebantur;* ut eadem videantur eſſe στέμφυλα & θλασταὶ ἐλάαι: quam in partem in illo ARISTOPHANIS *verſu*, Οὐ ταὐτόν ἐστιν &c. accepiſſe eam vocem videtur Athenaeus. Nempe ἁλμάδες *integrae* erant *olivae muriâ conditae*, quae natantes in muria adponebantur menſis: στέμφυλα & θλασταὶ, *fractae* erant & *tuſae compreſſaeque;* quarum condiendarum ratio doçetur in Geopon. IX. 32. Apud Heſych. l. c. pro vulgato πταίσματα corrigendum πιέσ-
c ματα vel ἐκπιέσματα monuit ad h. l. Caſaub. In fine *verſus ſq.* Θλαστὰς γὰρ εἶναι &c. genitivum ἁλμάδος tenent libri omnes in eam ſententiâm, quam in verſione expreſſi. ἁλμάδας vero (cum H. Steph. in Theſ. I. 374. e.) legit Brunck in Fragm. Ariſtoph. p. 258. hâc ſententiâ, *Praeſtat ut contuſae ſint olivae eae quae muriâ condiuntur.* In ARCHESTRATI *verſu* corrupte Ῥισσαὶ ed. Ven. & Baſ. pro quo Ῥυσσαὶ ed. Caſ. Poterat vero teneri codicum ſcriptura Ῥυσαὶ, de qua vide Var. Lect. Iliad. *i'*. 499. De δρυπεπεῖς paulo ante dictum. HERMIPPI ludicri *verſus*, trochaici ſunt. *Foeniculum* graecis vulgo μάραθρον dicitur, ſed & μάραθον, II. 70. f. 71. a. & IV. 131. e. ex codicum ſcriptura. Inde adluſio ad *Marathoniam* victoriam. Adnotavit ad hunc locum CORAY: » Olivas *foe-*» *niculo* condire etiamnum apud Graecos ſolenne eſt. Has » foeniculo & muria conditas olivas appellant κολυμβητὰς » ἐλαίας, vocabulo paulum deflexo a veterum κολυμβάδες.« Πιτυρίδες καλοῦνται αἱ φαῦλαι ἐλάαι. »Scribit Na-» talis, αἱ θλασταί. [ſcil. *olivae tritae* poſuit in verſione.] » Libri noſtri omnes cum editis φαῦλαι. Praeter generalem » notionem vocis φαῦλος, quae omnibus rebus convenit » *minus bonis*, proprie olivarum quaedam ſpecies ita di-» cebatur ob *parvitatem*. Grammatici: Φαῦλος λέγεται καὶ » ἐπὶ σμικρότητος· ὅθεν καὶ φαύλη ἐλαία ἡ μικρόκαρπος, ἢ » καὶ φαυλία, γινομένη φασὶν ἐκ κοτίνου κοπέντος καὶ με-» ταφυτευθέντος.« CASAUB. In φαῦλαι conſentiunt no-

ſtri codices. Grammaticus, cuius verba Caſaubonus cita- c
tavit, Euſtathius eſt ad Iliad. ω'. p. 1492. med. quem falli, ubi φαυλίαν *olivam* a *parvitate* nomen habuiſſe ait, cum ex aliis auctoribus docuit Bodaeus ad Theophr. p. 80. & p. 415. tum ex Plin. XV. 3, 4. ubi *grandiſſimam* quidem *phauliam* dicit, caeterum *minimo ſucco*. φαυλαι igitur vel φαυλίαι dictae, ut *viles* & *vulgares*. Sic φαύλια μῆλα, non *parva* mala, (nam *magna* ſic dici Heſychius docet) ſed *vulgaria* & *trivialia*. cf. III. 81. a. & 82. b.

Callimachi *Fragm.* paulo uberius, quam Epitomator, ex Athenaeo olim integro conſervavit Suidas in Γεργέριμον, e quo verba nonnulla ſupplevi, praeeunte Bentleio in Callimachi Fragm. p. 433. num. 50. Particula τε, quam poſt Γεργερ. adiiciunt mssti noſtri, verſui non eſt apta.

Ἔλεγον δὲ τὰς δρυπεπεῖς ἐλάας καὶ ἰσχάδας καὶ γερ- d
γερίμους. »Quod non *caricas* ſolum, ſed etiam genus *olea-*
»*rum*, ἰσχάδας Attici vocarint, verbo indicat ex Didy-
»mo Athenaeus; pluribus ex Athenaeo Euſtathius ulti-
»mo in Odyſſeam commentario.« Casaub. — Ego ve-
ro vereor, ne ambiguitate, quae in ſtructura graecorum verborum ineſt, & Dalecampius & Caſaubonus in errorem fuerint inducti; quos & ipſe in verſione latina imprudens ſecutus ſum; quaſi hoc dixiſſet Didymus, τὰς δρυπεπεῖς ἐλάας dictas etiam fuiſſe & ἰσχάδας & γεργερίμους. Et eodem quidem modo etiam Euſtathius acceperat, ad Od. ω'. p. 838, 37 ſq. ubi, hunc ipſum Athenaei locum reſpiciens, ait, *veteres vocabulum ἰσχὰς non modo de fico, ſed & de oliva uſurpaſſe*. At rectius haud dubie idem Euſtath. ad Odyſſ. μ'. p. 494 init. eumdem Noſtri locum ob oculos habens, ſcripſerat: δρυπέπειs ἐλαῖαι, - - - αἱ ἐν τῷ δένδρῳ πεπαινόμεναι, αἱ καὶ γεργέριμοι. - - ἐλέγοντο δὲ καὶ ἰσχάδες τινὲς, δρυπετεῖς. Scilicet vocabulum ἰσχὰς, de *oliva* uſurpatum, univerſa (quod ſciam) antiquitas ignorat: Didymus vero hoc, puto, dixerat, *vocabulo δρυπεπεῖς & de olivis & de ficis uſos eſſe veteres; utraſque vero pariter γεργερίμους etiam fuiſſe dictas*. Sic ſane δρυπεπεῖς de *olivis* quidem maxime, ſed & de *ficis* fuiſſe uſurpatum, diſerte Suidas (in Δρυπέπης) teſtatur; cuius uſûs exemplum habemus in Ariſtophanis Lyſiſtr. 564. ubi etiam vetus Scholiaſtes monuit, Τὰς ἐπὶ τῶν δένδρων πεπανθείσας ἐλάας φασὶ δρυπέτεις· [ſive δρυπέπεις, aut δρυπεπεῖς· de qua voce confer paulo ſuperius

d dicta.] *νῦν δὲ ἐπὶ τῶν ἰσχάδων.* Vocem autem Γεργέριμος prorsus eodem modo definit Suidas, quo *δρυπέπης* vel *δρυπετὴς* definiri solet, nempe *ἢ ἐν τῷ δένδρῳ πεπανθεῖσα ἐλαία.* Igitur Didymi verba sic erant accipienda, ac si hac serie essent posita: *Τὰς δὲ δρυπετεῖς ἐλάας καὶ ἰσχάδας ἔλεγον καὶ γεργερίμους.* Et orta quidem fortasse ambiguitas fuerit ex Epitomatoris aut ex ipsius etiam Athenaei studio brevitatis: at, ut nunc etiam leguntur verba, eam quam dixi interpretationem percommode admittunt; perspicuitatis vero caussa debebat *post ἰσχάδας comma* interponi.

In Teleclidis verbis, quae corruptissima visa erant Casaubono, nil mutavi; nisi quod, cum neglecto metro fuissent scripta, in duos iambos distinxi, praeeunte Toupio in Epist. Crit. p. m. 106. qui prioris etiam iambi initium supplevit, *καὶ* particulâ praefixâ. Rectius vero fortasse pro *λιπαρεῖτο*, quod Casaub. edidit, *λιπαρεῖτε* scripsit idem Toup. Nam licet ad sententiam commodius videri possit verbum in tertia persona positum, *orabat me*, quam in secunda, *oratis me*; dubito tamen, an *λιπαρεῖσθαι* in pass. vel med. pro activo *λιπαρεῖν* dictum alibi reperiatur: nec augmentum verbi ista ratione ab Attico poëta omitti potuisse videtur. Manifesto vero vitio in vett. edd. & in mss̄tis est *λιπαρεῖτω*. Porro pro *με* habent *μου* edd. vett. sed *με* (quod dedit Cas.) tenent scripti libri. Quae sequuntur, ea sic corrigenda Casaub. censuerat, *δρυπετέσι μάζαις τε· ἀεὶ γὰρ σκανδικίσαι* vel *διασκανδικίσαι*, hâc sententiâ: *Orabat me obnixe, ut sibi per me liceret druppis & maza tandem vesci: diu namque se scandice tantum vititasse.* In quo mire hallucinatum esse magnum virum, docuit Toup l. c. monens, *δρυπετεῖς μάζας* (sive *δρυπέτεις*, ut ipse malebat) esse *mazas bene coctas*; (coll. VI. 267. e. & Aristoph. Plut. 1143.) verbum *διασκανδικίσαι* vero ex Aristoph. Equit. 19. esse mutuatum. Vide ad illum Comici locum quae docte Brunckius noster adnotavit: cui tamen non adsentior, verbo *διασκανδικίσαι* eam vim inesse, ut sonet *tam insulsa loqui & tam nullius pretii, quam sunt scandices*; sed collato vers. praeced. & Ran. 840 sq. *διασκανδικίσαι* nil aliud dixisse putem Comicum, nisi *loqui more Euripidis, σκανδικοποιλίδος filii*; id est, *multis bellisque verbis uti parum roboris habentibus, & parum ad rem facientibus*; brevi, *blaterare, garrire.* Quare h. l. non incommode per *confabulari* reddi posse visum erat. Bene

vero CASAUB. adnotavit: ξυγγίνεσθαι δρυπέπεσι, *rem ha-* d
»*bere cum druppis olivis*, pro *vesci*; ut ὁμιλεῖν οἴνῳ, *vi-*
»*num bibere*; & τῷ οἴνῳ προσιέναι apud Aelian. Var. Hist.
»III. [15.] item συνεῖναι μαινιδίοις infra VII. 308. a. Si-
»mile illud Aristophanis in Vespis, στεμφύλων ἐς λόγον
»ἔρχεσθαι.« Quod vero idem ait: »δρυπέπεσι scri-
»bendum προπαροξυτόνως:« ad Eustathium provocat, qui ita scripsisse veteres ait, ad Od. μ'. p. 494. 5 sq. cui morem gesserunt ii qui edit. 2. & 3. Cas. curarunt: sed δρυπεπέσι tenent mssti cum superioribus edd. Et apud ipsum etiam Eustath. Il. β'. pag. 160, 6. δρυπετὴς acute scribitur: ad Il. ν'. vero p. 532, 17. ait, αἱ δρυπέτειες, ἢ κατά τινας περισπωμένως δρυπετεῖς. cf. supra ad p. 56. a.

βρύτεα cum edd. & mssris nostris tenet Eustath. Od. ω'. p. 838, 41. βρύτια Suid. βρυττία Hesych. ubi vide Notata.

AD CAP. XLVIII.

Οὕτως κέκληνται. Rectius videtur quod est in mssris, Αὗται: *Hae nomen habent.* Nec enim dicunt graeci πῶς καλεῖται; sed τίς καλεῖται; Quod de voce ῥαφανίδες *aliás productâ, aliás correptâ* dicit Athenaeus, id non cum Dalech. ad primam, sed ad *vi* syllabam esse referendum, ex Eustathio docuit Cas. Is ad Iliad. φ'. p. 1302, 1. sic scribit: Ἰστέον ὅτι ἡ ῥαφανὶς, ὡς ὁ Ἀθήναιος καὶ αὐτὸ παραδίδωσι, διφορεῖται κατὰ τὴν ΚΑΡΙΔΑ· (dixerat paullo ante, & brevem & longam reperiri in ea voce penultimam.) καὶ ἐκτείνει μέν φησι τὴν λήγουσαν (*ultimam*, puta, *in casu recto*; quae in obliquis *penultima* est:) ἀττικῶς παρὰ Κρατίνῳ, ἐν τῷ, Ταῖς ῥαφανῖσι δοκεῖ, τοῖς δ' ἄλλοις οὐ λαχάνοις. συστέλλεται δὲ παρ' Εὐπόλιδι, ἐν τῷ, Ῥαφανίδες ἄπλυτοι. Itaque cum in Cratini versu in ed. Ven. & Bas. ῥαφανίσι penacute scriptum esset, ῥαφανῖσι penultima longa edidit Casaub. Est autem CRATINI *versus* (ut monuit idem Cas.) integer anapaesticus trimeter; nempe cataleCticus in syllabam. In eodem versu, verbum δοκεῖ latine *similis est* reddidit Dalech. Nescio quam recte: sed nihil certius equidem habui; nisi cum Natali malis, *Raphano videtur, non aliis oleribus.* Adamus, qui ante Villebr. Athenaeum in gallicam linguam converterat, δοκεύει legerat, i. e. *insidiatur:* at Homericum illud verbum cum accusativo casu constructur, non cum dativo.

e Ad EUPOLIDIS verba adnotavit CASAUB. » Heſychius: » Ἄπλυτοι ῥαφανίδες· οὕτως ἔνιοι, καὶ οὐ πετάμιαι, ἃς δὴ » καὶ θαλασσίας τινὲς ἔλεγον. Videtur is Grammaticus » hunc ipſum Eupolidis locum reſpexiſſe: quod ſi verum » eſt, dubitari non poteſt, ſcribendum eſſe [pro καὶ οὐ πο- » τάμιαι, apud Heſych.] καὶ οὐ σπιάι. Confer cum iſto » Athenaei loco diligenter. Simul obſerva, quas vocat He- » ſychius θαλασσίας ῥαφανίδας, dici in noſtris Athenaei » codicibus Θασίας, corruptis ſine dubio aut huius aut » illius exemplaribus. Ab Heſychianis ſtant aliquo modo » Theophraſtea, in queis λειοθαλασσία dicitur ſemper, quae » λειοθασία in Athenaeo. « — Eupolidis verba adlata cum manifeſte videantur eſſe initium iambici verſus, (conf. notata ad p. 56. a. initio cap. 47.) miratus ego ſum, quo indicio Athenaeus aut alii veteres Grammatici, niſi eos codice uſos eſſe ſtatuamus accentibus notato, ſcirent, in vocabulo ῥαφανίδες penultima brevi uſum eſſe poëtam, quandoquidem in iambico verſu primus pes perinde & anapaeſtus & tribrachys eſſe poſſit. Paullo poſt, τὸ ἄπλυτοι ex conieƈt. correxi, perſuaſum habens ſic ſcripſiſſe Athenaeum. Articulus τὸ in errorem induxerat librarios, ut ἄπλυτον imperite ſcriberent. ἄπλυτον ῥάφανον eſſe, qui intus albus, foris *pullus* eſt, & ab ipſa *nigredine* nomen habere, quod quaſi *illotus* videatur, monuit Bod. ad Theophr. p. 770.

ANTIPHANIS verba, ſcripta olim quaſi metro ſoluta, duos iuſtos efficere ſenarios iambicos mihi viſa erant: modo vulgatum ἐντρώγειν fuit in ἐντραγεῖν mutandum, qua formâ (ſcil. aor. 2.) ſolent in iſto verbo uti poëtae Attici. vide II. 65. e. III. 74. a. IV. 159. f. Sic & in imperativo, ἔντραγε, VII. 324. b. Ultima vocalis in ὠὰ, ob ſequentem vocalem, in pronunciando eliditur: ac poterat per apoſtrophum ſcribi, ὠ' ἐγκρίδας: ſed poterat etiam in ſcriptura, ut fit ſaepe in optimis vetuſtiſſimiſque codicibus, negligi eliſio.

f Θασίας. Vide quae paullo ſuperius a Caſaub. ad Eupolidis verba notata ſunt. θαλασσίας ex Heſych. (in Ἄπλυτοι) corrigendum viſum erat H. Stephano Theſ. III. 403. f. Cui conieƈturae favebat etiam ſcriptura apud Theophr. vulgata, λειοθαλασσίαν, Hiſt. Plant. VII. 4. pro λειοθασίαν, quod paullo poſt bis legitur apud Noſtrum. Sed ſicut ibi cum Athenaei codicibus conſentit Plin. XIX. 5, 25.

vero CASAUB. adnotavit: ξυγγίνεσθαι δρυπέπεσι, *rem ha-* d
»*bere cum druppis olivis*, pro *vesci*; ut ὁμιλεῖν οἴνῳ, *vi-*
»*num bibere*; & τῷ οἴνῳ προσιέναι apud Aelian. Var. Hist.
»III. [15.] item συνεῖναι μαινιδίοις infra VII. 308. a. Si-
»mile illud Aristophanis in Vespis, στεμφύλων ἐς λόγον
»ἔρχεσθαι.« Quod vero idem ait: »δρυπέπεσι scri-
»bendum προπαροξυτόνως:« ad Eustathium provocat, qui ita scripsisse veteres ait, ad Od. μ'. p. 494. 5 sq. cui morem gesserunt ii qui edit. 2. & 3. Cas. curarunt: sed δρυπεπέσι tenent mssti cum superioribus edd. Et apud ipsum etiam Eustath. Il. β'. pag. 160, 6. δρυπετὴς acute scribitur: ad Il. ν'. vero p. 532, 17. ait, αἱ δρυπέτειες, ἢ κατά τινας περισπωμένως δρυπετεῖς. cf. supra ad p. 56. a.

βρύτεα cum edd. & mssts nostris tenet Eustath. Od. ω'. p. 838, 41. βρύτια Suid. βρυττία Hesych. ubi vide Notata.

AD CAP. XLVIII.

Οὕτως κέκληνται. Rectius videtur quod est in mssts, Αὗται: *Hae nomen habent.* Nec enim dicunt graeci πῶς καλεῖται; sed τίς καλεῖται; Quod de voce ῥαφανίδες *aliâs productâ, aliâs correptâ* dicit Athenaeus, id non cum Dalech. ad primam, sed ad νι syllabam esse referendum, ex Eustathio docuit Cas. Is ad Iliad. φ'. p. 1302, 1. sic scribit: Ἰστέον ὅτι ἡ ῥαφανὶς, ὡς ὁ Ἀθήναιος καὶ αὐτὸ παραδίδωσι, διφορεῖται κατὰ τὴν κρίσιν (dixerat paullo ante, & brevem & longam reperiri in ea voce penultimam.) καὶ ἐκτείνει μέν φησι τὴν λήγουσαν (*ultimam*, puta, *in casu recto*; quae in obliquis *penultima* est:) ἀττικῶς παρὰ Κρατίνῳ, ἐν τῷ, Ταῖς ῥαφανῖσι δοκεῖ, τοῖς δ' ἄλλοις οὐ λαχάνοις. συστέλλεται δὲ παρ' Εὐπόλιδι, ἐν τῷ, Ῥαφανίδες ἄπλυτοι. Itaque cum in Cratini versu in ed. Ven. & Bas. ῥαφανίσι penacute scriptum esset, ῥαφανῖσι penultima longa edidit Casaub. Est autem CRATINI *versus* (ut monuit idem Cas.) integer anapaesticus trimeter; nempe catalecticus in syllabam. In eodem versu, verbum δοκεῖ latine *similis est* reddidit Dalech. Nescio quam recte: sed nihil certius equidem habui; nisi cum Natali malis, *Raphano videtur, non aliis oleribus.* Adamus, qui ante Villebr. Athenaeum in gallicam linguam converterat, δοκεύει legerat, i. e. *insidiatur:* at Homericum illud verbum cum accusativo casu construitur, non cum dativo.

e Ad EUPOLIDIS verba adnotavit CASAUB. » Hesychius: » Ἄπλυτοι ῥαφανίδες· οὕτως ἔνιοι, καὶ οὐ ποτάμιαι, ἃς δὴ » καὶ θαλασσίας τινὲς ἔλεγον. Videtur is Grammaticus » hunc ipsum Eupolidis locum respexisse: quod si verum » est, dubitari non potest, scribendum esse [pro καὶ οὐ πο- » τάμιαι, apud Hesych.] καὶ οὐ σηπίαι. Confer cum isto » Athenaei loco diligenter. Simul observa, quas vocat He- » sychius θαλασσίας ῥαφανίδας, dici in nostris Athenaei » codicibus Θασίας, corruptis sine dubio aut huius aut » illius exemplaribus. Ab Hesychianis stant aliquo modo » Theophrastea, in queis λειοθαλασσία dicitur semper, quae » λειοθασία in Athenaeo. « — Eupolidis verba adlata cum manifeste videantur esse initium iambici versus, (conf. notata ad p. 56. a. initio cap. 47.) miratus ego sum, quo indicio Athenaeus aut alii veteres Grammatici, nisi eos codice usos esse statuamus accentibus notato, scirent, in vocabulo ῥαφανίδες penultima brevi usum esse poëtam, quandoquidem in iambico versu primus pes perinde & anapaestus & tribrachys esse possit. Paullo post, τὸ ἄπλυτοι ex coniect. correxi, persuasum habens sic scripsisse Athenaeum. Articulus τὸ in errorem induxerat librarios, ut ἄπλυτον imperite scriberent. ἄπλυτον ῥάφανον esse, qui intus albus, foris *pullus* est, & ab ipsa *nigredine* nomen habere, quod quasi *illotus* videatur, monuit Bod. ad Theophr. p. 770.

ANTIPHANIS verba, scripta olim quasi metro soluta, duos iustos efficere senarios iambicos mihi visa erant: modo vulgatum ἐντρώγειν fuit in ἐντραγεῖν mutandum, qua formâ (scil. aor. 2.) solent in isto verbo uti poëtae Attici. vide II. 65. e. III. 74. a. IV. 159. f. Sic & in imperativo, ἔντραγε, VII. 324. b. Ultima vocalis in ὠὰ, ob sequentem vocalem, in pronunciando eliditur: ac poterat per apostrophum scribi, ὠ' ἐγκρίδας: sed poterat etiam in scriptura, ut fit saepe in optimis vetustissimisque codicibus, negligi elisio.

f Θασίας. Vide quae paullo superius a Casaub. ad Eupolidis verba notata sunt. θαλασσίας ex Hesych. (in Ἄπλυτοι) corrigendum visum erat H. Stephano Thes. III. 403. f. Cui coniecturae favebat etiam scriptura apud Theophr. vulgata, λειοθαλασσίαν, Hist. Plant. VII. 4. pro λειοθασίαν, quod paullo post bis legitur apud Nostrum. Sed sicut ibi cum Athenaei codicibus consentit Plin. XIX. 5, 25.

ſic hoc loco eorumdem codicum noſtrorum ſcriptura firmatur Pollucis teſtimonio, VI. 63. ubi pariter Θασίαι ῥαφανίδες laudantur: quare fuerint potius ex Athenaeo emendandi Heſychius & Theophraſtus, quam vice verſa; cum praeſertim & apud eumdem Heſychium alibi legatur, Θασία, ῥαφάνου εἶδος. f

PHERECRATIS verbis, qualia hîc prolata ſunt, non vidi quo pacto conſtaret metrum: nec expedita occurrebat ratio, qua ad iuſtos modulos revocarentur. In PLATONIS fragmento perperam φύλιον erat editum. Recte φύλλιον dedere mssti noſtri; quod collective pro φύλλια accipiendum, & cum Galeno in Lexic. Hippocr. intelligendum videtur de *herbis hortenſibus aromaticis* aut odoriferis, *quae veluti cumulus adiiciuntur his qui olera emunt;* quales ſunt, *coriandrum*, *mentha*, *ruta*, *apium*, & *ſimilia*. Paullo aliter exponunt φύλλεια vel φυλλεῖα apud Ariſtoph. Acharn. 468. cf. Heſych. & Suid.

Ex THEOPHRASTO qui citatur locus, legitur ille Hiſt. Plant. VII. 4. cum quo conferendus Plinius XIX. 5, 25. qui (ut paullo ante ad voc. Θασίας monui) ſcripturam λειοθασίαν, quae eſt apud Noſtrum, contra vulgatam apud Theophr. lectionem confirmat. Caeterum *napos* ibi Plinius vocat, quas ῥαφανίδας (i. e. *radiculas*) cum Theophraſto Athenaeus nominat. Notandum porro, Ἀμωρέαν *radiculam* Theophraſti codices hodie prorſus ignorare: ſed praeter reliqua quatuor genera ab Athen. recenſita, commemorari ibi quintum aliquod, cuius non alia nota adfertur, niſi quod *folium habeat erucae ſimile*. Plinius quatuor generibus, *Corinthio*, *Cleonaco*, *Liothaſio*, & *Boeotico*, quintum addit, quod *per ſe viride* (ait) dixerunt: deinde vero ab his quinque diſtinctum facit aliud *genus ſilveſtre*, *cuius folia ſunt erucae ſimilia*. Quibus in omnibus nihil ineſt, quod cum Ἀμωρέᾳ Athenaei ſimilitudinem aliquam habere videatur: nec vero ipſum hoc nomen unde dictum ſit reperio. Proxime ad id nomen accedere videri poſſit *armoracia*, quo nomine ſilveſtris raphani genus intelligebatur apud Romanos, Ponticis *armon* dictum, ut Plinius refert XIX. cap. 5. ſect. 26, 3. ubi vide quae notavit Harduin. & conf. Bod. ad Theophr. p. 1120.

In CALLIAE verbis pro vulgato πῦρ iam coniectaverat Caſaubonus, πύος forſan aut tale quid ſcripſiſſe poëtam. Eſt autem πύος *primum lac poſt partum*, quod *colo-* a

a *ſtrum* latine vocatur; & in univerſum *lac concretum*, *coagulatum*. Iam cum pro πύος etiam πύαρ dixerint veteres, ut Euſtathius docuit ad Od. ι'. pag. 350, 40. perſpecte Georg. d' Arnauld Lection. Graecar. I. 17. iudicavit, πύαρ h. l. ſcriptum oportuiſſe, quod recipere non dubitavi. Vide Notata ad Heſych. voce Πύαρ. Caeterum peropportune CASAUB. monuit, intelligi poſſe hunc Calliae locum de more φυλλοβολίας antiquiſſimo apud Graecos, de quo more vide quae ab eodem docto viro ad Suetonii Neronem cap. 25. e veterum ſcriptis collecta ſunt. Ubi ſi praeſertim Eratoſthenis verba ex Euripidis Scholiaſte ad Hecub. 574. prolata conſideraveris, non dubitabis agi h. l. de variis muneribus, tenuibus illis quidem, quae in primo comoediae ortu hiſtrionibus tribuebantur a ſpectatoribus. Eodemque pertinent ARISTOPHANIS verſus e Danaidibus, qui continuo deinde adferuntur; e quibus intelligitur, nonnullis ex iſtis donis corpora ſua ornare deinde ſolitos hiſtriones, alia vero *ſub alis*, id eſt, in pallii ſinu condidiſſe. In eiſdem *Calliae* verbis, δρυπετεῖς habet ſola ed. 3. Caſ. Superiores omnes cum msstis, δρυπεπεῖς: de quo ſupra dictum ad pag. 56. a. ἐλατῆρες ſunt *placentarum* genus, de quibus vide Heſych. & alios, qui ibi ab Interpretibus laudati ſunt. *Ariſtophanis* duos anapaeſticos tetrametros, in duo hemiſtychia quemque diviſi. Ibi αὐτὸν (quod ἑαυτὸν valet) dedere noſtri mssti: iidemque σχελίσι tenent, quod iam e ſuis ediderat Caſ. pro σκελίσι, quod fuerat in ed. Ven. & Baſ. Sunt σχελίδες, *oblonga carnium fruſta*, *coſtae* praeſertim: σκελίδες vero VI. 269. a. & III. 69. a. (ubi male vulgo σχελίδες) ſunt *pernae*, *petaſones*: quamquam confundere duas voces videtur Heſychius.

AD CAP. XLIX.

b ΚΩΝΟΙ. Hoc vocab. cum h. l. ignorarent ed. Ven. & Baſ. adiecit Caſaub. tacite quidem, ſed ſuffragantibus certe noſtris mssts. Conſuli poteſt de huius capitis argumento Bodaeus ad Theophr. pag. 168. & Salmaſ. de Homonymis Hyles Iatricae pag. 82.

ὀστρακίδας καλεῖ τῶν κώνων τοὺς πυρῆνας, ἔτι δὲ κώνους &c. »Si originem ſpectes, ὀστρακίδας (quaſi di»cas *teſtulas*) eleganter appellaveris *opercula* illa, ſub qui-

»bus in ſtrobilo latent ſingulae πιτυΐδες ſive *nuclei*. At b
»MNESITHEUS, ut obſervat auctor, ipſos *nucleos* ſic vo-
»cabat: ἔτι δὲ κώνους, hoc eſt, ut nos interpretamur,
»eoſdem *nucleos* vocabat κώνους. Apud THEOPHRASTUM
»[Hiſt. Plant. III. 10.] alioſque, *conus* eſt ipſum [totum]
»pomum, intra quod αἱ πιτυΐδες continentur. Interdum
»arboris nomen eſt, ut in lib. VII. Pauli Aeginetae. Da-
»lecampii ſententia [qui, quod de Mneſitheo refert Athe-
»naeus, ſic reddiderat: *oſtracidas vocat tum conos ipſos, tum*
»*eorum nucleos*] foret vera, ſi eſſet ſcriptum, ἔτι δὲ τοὺς
»κώνους. — — — Quod ait, οἱ πολλοὶ δὲ πυρῆνας, veriſ- c
»ſimum eſt: nam apud Galenum & caeteros medicos πυ-
»ρὴν στροβίλου eſt illud quod edimus e ſtrobilo. Hunc uſum
»vocis πυρὴν probat eſſe antiquum allato HERODOTI lo-
»co. Verba illius, quia minus recte leguntur, hîc appo-
»nam: Καρπὸν δὲ φορέει κυάμῳ ἴσον, πυρῆνα δ' ἔχει· τοῦ-
»το ἐπεὰν γένηται πέπον, σακκέουσιν ἱματίοισι. De nuce
»avellana loquitur Herodotus, non de ſtrobilo. Ideo fru-
»ſtra [ab Athenaeo hîc] allata eius verba putant docti:
»qui non animadvertunt, ab hypotheſi ad theſin tranſiſ-
»ſe Athenaeum, & illud in genere demonſtrare, πυρῆνα
»Graecis id quoque dici, quod in nuce, aut ſtrobilo, aut
»alio quo, ſit eſui aptum. Uſitatiore ſignificatione πυρὴν
»in oliva maloque punico nucleus ligneus dici ſolet, in
»uva τὸ γίγαρτον. Inde appellantur ἀπύρηνα, quae huiuſ-
»modi oſſe carent: &, per translationem, in his libris
»[VII. 299. a.] dicitur ἀπύρηνος ἰχθύς: vocante auctore
»πυρῆνα, τὴν ὀστώδη ἰχθυηρὰν ἀκανθαν, inquit Euſtath.
[ad Iliad. φ'. 1329, 33. Sed iſtud quidem de anguilla dictum, ex emendatione tam docta, quam ingenioſa, longe aliter interpretatus nuper eſt noſter Coray, in Notis ad Hippocr. de Aëre &c. pag. 242.] »Simillimum apud Lati-
»nos in voce *nucleus* poteſt obſervari. In Herodoto pla-
»niſſima eſſet lectio, τοῦτον ἐπεὰν γένηται πέπων.
»Athenaeum puto ita ſcripſiſſe: neque id temere, ὥς γε
»ἐμαυτὸν πείθω." CASAUB. — Herodoti locus eſt IV. 23. ubi conf. quae adnotavit Weſſeling. Paulo ſuperius, ubi de HIPPOCRATIS libro περὶ Πτισ. agitur, recte noſtri mssti ὃ ἐκ τοῦ ἡμίσους dedere. Perperam ὃ τὰ ἐκ τοῦ ἡμ. ed. Venet. Inde οὗ τὰ ἐκ τοῦ ἡμ. ed. Baſil. quod tenuit Caſaub.

AD CAP. L.

d »OVUM Graeci vulgo ὠόν: Sappho & Iones quidam »ὤϊον: Dores nonnulli ὤεον: Argivi ὤβεον, ſi Heſychio »credimus. Aeoles more ſuo inter duas vocales digam»ma ſuum inſerebant, ut in ſimilibus omnibus. Imitati »ſunt Latini, ut in pleriſque aliis: *ovum, ovis, aevum, »ſcaevus.*" CASAUB.

ὄρνιθος γάλα. Videtur in vetuſto aliquo poëmate iſta dictio olim, neſcio quo metaphorico aut fabuloſo ſenſu, occurriſſe; quam ANAXAGORAS in libris, qui τὰ Φυσικὰ inſcripta erant, veteres fabulas ad Naturae interpretationem referens, de *ovi albumine* interpretatus eſt. Apud Ariſtophanem vero in Veſp. (verſ. 506. ed. Br.) monent interpretes ὀρνίθων γάλα proverbialiter dici in homines ita felices, ut ea, quae per rerum naturam fieri non poſſunt, ipſis praeſto ſint & ex voto ſuccedant. Conf. Euſtath. Od. δ'. p. 153. 4 ſq. Illud Τίκτει πρῶτον &c. legitur in Avib. 695. ſed diverſis paululum verbis. SAPPHUS *Fragmentum prius* paulo uberius habes apud Etymologum in Ὠόν: Φασὶ δή ποτε λήδαν ὑακίνθινον πεπυκασμένον εὑρεῖν ὠΐον. Utrumque Fragm. ex Athen. repetiit Euſtath. ad Od. λ'. 437 ſub fin. ubi & alia ad hoc caput ſpectantia.

e διὰ τεσσάρων δὲ αὐτά. Commode δ' αὐτὰ mssti, per apoſtrophum. EPHIPPI verba ex parte iam ſupra adlata ſunt I. 29. d. praemiſſis aliis nonnullis. Ἄλεξις δὲ ἡμιτομά του ὠῶν. Vide II. 60. a. ὠά· φησὶ Κλέαρχος. Sic noſtri libri. ὠΐὰ edd. Particulam ὥς ſuo arbitratu adiecit Caſaub. praeter neceſſitatem. ὦα quidem προτερισπωμένως in eo ſignificatu ſcribitur apud Euſtath. ad Od. α'. 61, 9. λέγεται δὲ ὑπερῷον, τὸ ὑπερκείμενον οἰκημα. ᾧα γὰρ κατὰ γλῶσσαν, τὰ οἰκήματα. Et ad Iliad. π'. p. 1069, 9. φασὶ δὲ, ὅτι τὰ μετέωρα τῶν οἰκημάτων, ᾧα καλοῦσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι.

a »IBYCUS poëta *Herculem* intellexit, cum caneret, Τούς τε »λευκίππους κούρους τέκνα Μολιόνας κτανόντα. Is eſt qui oc»cidit Alectoridas [Actoridas] Molionas, ſive Molionae fi»lios. Poteſt ſcribi vel Μολιόνας, *Molionae*; vel Μολίονας, *Mo»liones*, [i. e. *Molionidas.*] Nam & Moliona horum mater, & »ipſi Moliones poëtis dicti. Vide Iliad. λ'. [708 & 749.] »Recte etiam λευκίππους, non λευχίππους: conſule Eu»ſtathium." CASAUB. — Multa huc ſpectantia habet Eu-

ſtath. ad Il. Ψ. pag. 1442. ubi etiam l. 31 ſq. verba illa a Ibyci ex Athenaeo repetit, ἅλικας, ἰσοκεφάλους, &c. itemque ad Od. λ'. p. 437, 43. Hiſtoriam Molionidum ab Hercule occiſorum narrat Apollodorus Biblioth. II. 7, 2. & quos ibi Heynius laudavit. κτανόντα non omnes edd. habent; ſed ſic correxit Caſaub. cum vitioſe κτάνοντας expreſſum eſſet in ed. Ven. & Baſ. At κτάνον ἅλικας dedere noſtri mssti; ut ipſe Hercules loquens induci videatur. In λευκίππους recte conſentiunt edd. omnes & mss. *Poſt* ἐνιγύους excidit in contextu noſtro *comma*, quod ſubiici debuerat. Miris iſtis poëtarum poſt Homerum commentis nil aliud, niſi mira fratrum concordia, indicari debuiſſe videtur. *Tertio verſu*, ἐν ὠέῳ erat in editis; neſcio an & in manu exaratis. Ibi ὠέῳ penacute ſcripſi cum Euſtath.

In EPHIPPI *verſu priore*, omiſſa initio eſt particula εἶτ', ex XIV. 642. e. ſupplenda. Cui indicando defectui ſic ſcribi debuerat ille verſus: — Ἴτρια, &c. Sunt autem ἴτρια genus *placentarum*, de quibus vide XIV. 646. e. d. In quo vocabulo primam ſyllabam eſſe longam adparet ex Sophoclis verſu ibi adlato, & ex Ariſtoph. Acharn. 1092. *Verſ.* 2. Recte ἐχναύομεν habent mssti noſtri. Cum vitioſe ἐχαύνομεν legeretur in ed. Ven. & Baſ. (nec minus corrupte in eiſdem editt. XIV. 642. e.) correxit Caſaub. ad Euſtathium provocans, qui iſta verba ex Athen. citavit ad Iliad. π'. p. 1082. 29. ubi etiam verbum χναύειν interpretatur, λίχνως ἐσθίειν.

In NICOMACHI *verſ.* 1. legitima quidem maxime nominis forma fuerit Οὐσίδιον, quam & mssti noſtri offerunt, & tenebant ed. Ven. & Baſ. eamdemque habes apud Epictet. Diſſert. II. 2, 10. Sed quo pacto ea metro h. l. apta ſit, non video. Quamvis enim ἄρ pro γὰρ cum Brunckio corrigamus; ne ſic quidem conſultum iuſtae verſus menſurae fuerit: manebit enim illegitimus pes ſpondaeus in quarta ſenarii ſede. Atque etiam, ipſam illam ἄρ particulam in ſenariis locum non habere, pronunciavit idem Br. in Ariſtophanis Indice. Tenendum igitur putavi Οὐσείδιον, quod tacite hic poſuerat Caſaubonus, ſimili formâ atque κτησείδιον, γραμματείδιον, λεξείδιον, de quibus dixi ad Epict. Diſſ. III. 18, 3. Sin Οὐσίδιον malueris, ſyllaba certe σι longa ſtatui debebit. Sed, utrum praeferas, metro non fuerit conſultum, niſi abiecto pronomine perſonali μοι, quod percommode ſubintelligi poterat. *Verſ.*

2. *συνεστρογγύλικα.* conf. IV. 165. e. & quae a nobis ſupra ad II. 42. f. notata ſunt.

b In ERIPHI *verſibus* imprudenti mihi accidit, ut, quod in ora mei libri pridem adnotaveram, negligerem, tertiumque verſum ſuperioribus non perſpicue ſubiicerem. Sunt enim iſta,

οὗτος δέ φησι, ταῦτα τὴν Λήδαν τεκεῖν, i. e.
Hic vero dicit, Ledam haec peperiſſe:

non Athenaei aut Epitomatoris verba, ſed poëtae; legitimum ſenarium efficientia, ſuperioribus ſubiiciendum.

Ἐταίνετος δὲ καὶ Ἡρακλείδης - - τῶν ὠῶν φησι. In φησὶ conſentiunt libri: & frequenter quidem (ob ſcripturae compendium) confuſa & permutata a librariis ſunt φησὶ & φασί: ſed cum hic etiam ſingularem καταλέγει teneant omnes, nil mutare auſus ſum. Sane & alibi ſimiliter locutus eſt ſive Athenaeus ſive Epitomator; v. gr. II. 53. c. Ἑρμώναξ δὲ καὶ Τιμαχίδας - - φησί: quo fortaſſe indicatur, alterum ſcriptorem verbotenus exſcripſiſſe alterum; ut nonniſi is proprie *dixiſſe* cenſendus ſit, qui primus dixerit. — τῶν τἀῶν expreſſum erat in ed. Ven. & τῶν ταῶν in ed. 1. Caſ. cum ſpiritu aſpero in media voce, de qua ſcriptura vide infra, IX. 397. f. & 398. a. At ταῶν dedere h. l. mssti noſtri, ut erat etiam in Caſ. 2. & 3.

AD CAP. LI.

Τούτου φησὶ περιενεχθέντος, ὁ τῶν δείπνων ταμίας, Οὐλπιανὸς ἔφη. *Dele comma poſt ταμίας*, ne ſeparentur invicem verba, quae meo iudicio iuncta intelligenda ſunt. Verbum φησὶ haud dubie Epitomatoris eſt ad *Athenaeum* referendum: ad eumdem vero (cum poſt περιενεχθέντος vulgo non inciſa eſſet oratio) etiam illa verba ὁ τῶν δείπνων ταμίας retulit CASAUBONUS, quaſi ipſe *Athenaeus* ab Epitomatore nunc *Coenarum iſtarum promus condus* diceretur; quia ſcilicet is lectoribus ſuis has Coenas (nempe Coenarum deſcriptionem) inſtruxiſſet adpoſuiſſetque, quemadmodum Larenſius per ſuum promum condum ipſam veram coenam inſtrui convivis curaverat: quam in partem contulit ille cum hoc loco id quod in Prooemio dictum eſt, (p. 1. b.) καὶ ἔστιν ἡ τοῦ λόγου οἰκονομία, μίμημα τῆς τοῦ δείπνου πολυτελείας· καὶ ἡ τῆς βίβλου διασκευὴ, τῆς ἐν τῷ λόγῳ παρασκευῆς. Quam interpretatio-

nem licet & ſpecioſam eſſe, & docto viro, qui eam pro- b
poſuit, minime indignam fatear; non potui tamen quin
aliter ſentirem, perſuaſumque haberem, τὸν τῶν δείπνων τα-
μίαν (i. e. *Coenarum harum*, nempe non ciborum, ſed ſer-
monum convivalium, qui hoc opere deſcribuntur, *Diſpen-
ſatorem ac Moderatorem*) ab Athenaeo nunc dici ULPIANUM
illum, quem ubique ut eum inducit, qui quaeſtionibus a
ſe quavis occaſione propoſitis, pro ea auctoritate, qua
cum apud convivatorem tum apud reliquos convivas va-
lebat, ſuum fere ad arbitrium *ſermones* illos *convivarum di-
rigeret moderareturque*. Eamdem in partem iam acceperat
Dalecampius; in eo ſolum leviter peccans, quod pro *mo-
deratore*, vel *diſpenſatore*, *cenſorem* dixit; quod nomen Grae-
ci ſcriptores (ut monuit etiam Caſaub.) vocabulo τιμη-
τὴς, non ταμίας, reddere conſueverunt. Poſſis in eam-
dem quam dixi ſententiam ταμίαν τῶν δείπνων latine et-
iam *praeſidem coenae* interpretari; quemadmodum apud He-
ſychium Ταμίας inter alia etiam προστάτης exponitur.

Εἰ κεῖται παρά τινι τὸ πρόπομα οὕτω καλούμενον, ὃς
νῦν ἡμεῖς φαμέν; De PROPOMATE multa h. l. congeſſit CA-
SAUBONUS, e quibus potiora haec ſunt fere. Mos olim
multis fuit, προπίνειν, id eſt, *a potu incipere coenam*, &,
priuſquam cibum caperent, vino dare operam. Quo ſpectat,
(quod hic non tetigit Caſ.) id quod legitur apud Noſtrum
II. 45. d. tum (quae loca Caſaub. citavit) III. 120. e. IV.
128. c. d. 142. d. Ab exteris gentibus morem illum ante coe-
nam vinum potandi ad Romanos, haud multo ante ſuam
aetatem, tranſiſſe Plinius queritur, XIV. 22, 28. *Tiberio
Claudio principe*, inquit, *ante hos annos XL inſtitutum, ut ie-
iuni biberent, potuſque vini antecederet cibos.* At πρόπομα
quod vocabatur Athenaei aetate, non intra *vini potum* an-
te iuſtam coenam conſiſtebat, ſed coniunctum erat *cum*
variorum *ciborum uſu*, qui *excitandi adpetitus cauſſa* ſume-
bantur: eratque id quod Romani *antecoenium*, *promulſidem*,
& praeſertim *guſtationem*, aut *guſtum* adpellabant; de quo-
rum nominum uſu Lexica latina conſuli poſſunt. Graeca
vox, ſi a PHYLARCHI verbis diſceſſeris ab Athenaeo ad- c
latis, (in quibus *ciborum* tamen *cum vino adpoſitorum* nulla
fit diſerta mentio) iſta quam dixi notione primum apud
Plutarchum reperitur, Sympoſ. VIII. 9. pag. 733 ſq. ed.
Francf. ubi de cauſſis novorum morborum diſputans: *Quae
frigidae*, inquit, *menſae* (ψυχραὶ τράπεζαι) *olim adpel-*

c *labantur, oſtrea, echini, cruda lactuca, nunc a cauda ad caput (ut Plato ait) traductae, primum pro ultimo locum tenent. Magnum vero etiam momentum ad invehendos morbos habent Propomata quae vocantur. Nam antiqui ne aquam quidem bibebant priuſquam ediſſent: nunc vino ante cibum captum oppleti, humectato & fervente corpore cibum adgrediuntur, tenuia & acuta & vi incidendi praedita ad adpetitum excitandum ingerentes, ac deinde demum cacteris cibis ſeſe implentes.* Athenaeus προπόματος nomine omnia iſta, de quibus Plutarchus praedictis verbis loquitur, complectitur: & varia ciborum genera, quae eo referebantur, reliquo libro II. totoque libro III. exponit: quos eoſdem cibos etiam III. 120. c. τὰς εἰθισμένας προπαρατίθεσθαι περιφορὰς adpellat. In Satyrico Petroniano (cap. 31.) *guſtationis* laterculum eſt huiuſmodi: *olivae, glires melle & papavere ſparſi, tomacula, Syriaca pruna, grana Punici mali.* Conf. Martial. XI. Epigr. 53. & ibi Interpp. Uberiorem recenſum, & in multis ſimilem ei quem dehinc Athenaeus orditur, ex ſuperiori etiam aevo in deſcriptione coenae Metelli pontificis maximi habes apud Macrob. Saturn. III. 13. hoc tenore: *Coena haec fuit: Ante coenam,* (ſive, iunctâ voce, *Antecoena,*) *echinos, oſtreas crudas, quantum vellent, peloridas, ſphondylos, turdum, aſparagos,* &c.

περὶ Ζηλᾶ τοῦ Βιθυνῶν βασιλέως. Vide Notata ad Polyb. XXXVII. 2, 1. ἀρέσκειν ἑαυτὸν dedere noſtri codices, quod idem valet ac ἑαυτῷ, quoniam perinde cum accuſ. & cum dativo conſtruitur verbum ἀρέσκω. Intellige igitur (αὐτὸν) ἀρέσκειν ἑαυτὸν, *placere ipſum ſibi.* Ἦν δὲ τῶν ἐν τοῖς προπόμασι, φησὶ, παρασκευαζομένων. ἄλλα τε &c. Neſcio an recipiendum fuerit quod libri noſtri dabant, παρασκευαζόμενα: at ſic ſane nunc videtur, nempe ſtructuram orationis talem concipiendo, Τῶν ἐν τοῖς προπόμασι (ſcil. ὄντων, vel νομιζομένων, vel, genitivum ſubintellectum ex ipſo verbo quod adeſt repetendo, τῶν ἐν τοῖς προπόμασι παρασκευάζεσθαι εἰωθότων) ἦν παρασκευαζόμενα ἄλλα τε καὶ &c. id eſt, *ex his quae ſolent ad Guſtationes parari, parata erant* &c.

AD CAP. LII.

d Hesiodi de *Malva* verſus eſt ex Ἔργ. 41. conf. paulo inferius ad finem huius cap. notanda. Τοῦτο Ἀττικόν.

Sic noſtri codd. percommode. Caeterum, quod ad rem d facit, monuit etiam Moeris pag. 263. Μαλάχη, Ἀττικῶς. μολόχη, Ἑλληνικῶς. ubi vide notata a Pierſono. Scilicet μολόχη non modo dorice dicebatur, ut apud EPICHARMUM, quem mox citat Noſter, ſed etiam communi Graecorum lingua: quare ea forma & in ANTIPHANIS *nonnulla exemplaria* irrepſit, ut ait idem Noſter; itemque in Ariſtophanis aliquem codicem, apud Hemſterh. ad Plut. vſ. 544. eademque etiam apud latinos ſcriptores Columellam & Plinium occurrit. τοῦ Ἀντιφάνους Μίνωος διὰ τοῦ ο γεγρ. Totidem literis iſta ſic dedere noſtri mssti; quos cur non ſequerer nulla cauſſa fuit: nam quod ANTIPHANIS *fabula Minos* a nullo alio, qui ſuperſit, auctore citatur, non illud quidem ſilentium infringere poteſt librorum auctoritatem, qui diſerte eam nominant: ſin minus aptum comoediae argumentum *Minoëm* aliquis exiſtimet, non repugnabo fieri poſſe ut leviter corruptum ſit nomen, & ſuſpicari licere, Μίδωνος fortaſſe debuiſſe librarios, aut Μύλωνος, coll. Polluce X. 152. & VII. 211. In ed. Ven. ſic legebatur hoc loco, τοῦ Ἀντιφάνους τὸ μο καὶ λος, δια τοῦ ο γεγρ. eodemque modo in ed. Baſ. & Caſ. niſi quod in his καὶ λο eſt, pro καὶ λος. EPICHARMI verba repetiit Euſtath. ad Od. α'. p. 40, 41. ſed corrupti illius codices, ex Athenaeo corrigendi.

PHANIAE ſive PHAENIAE priora verba nullam habent difficultatem. Eſt tamen ad ea CASAUBONI Animadverſio ſatis prolixa. »*Malvae*, (inquit) σπερματικὸν τύπον ad»pellavit Phanias, quod Plinius *ſemen*, Dioſcorides τὸν »καρπὸν: alii *placentam*, ait Phanias. Heſychius quoque: »Πλακοῦς, ὁ σπερματικὸς τύπος τῆς ἡμέρας μαλάχης. »Cauſſam huius appellationis explicat, quod orbiculus »ille peſtinatim ſit inciſus, ut ſolent incidi *placentarum cre*»*pidines*.« &c. — In poſterioribus eiuſdem auctoris ver- e bis, καὶ περιληφθείσης τῆς κρηπῖδος ὅμοιον γίνεται τοῖς θαλαττίοις περιγεγραμμένοις ἐχίνοις, quae prae caeteris explicatione indigebant, deſtituit nos docti Viri auxilium. Ea quum mihi obſcura prorſus eſſent, forte fortuna utcumque interpretatus ſum; & ita quidem, ut verear ne longiſſime ab auctoris aberraverim ſententia. Propius, ut nunc quidem denuo hunc locum diſcutienti videtur, a vero abfuit Dalecampius, Graeca latine ſic reddens: *ambitus vero marginis* (*imitatur*) *echinorum, quos in*

e *mari capiunt, delineationem & circumscriptionem.* Quam versionem tenuit Bodaeus ad Theophr. pag. 825. ubi totam istam malvae descriptionem *luculentissime traditam* ait. Ego vero, ut dicam quod sentio, leviter corrupta Graeca ista arbitror, & pro περιληφθείσης τῆς κριπῖδος legendum suspicor περιλειφθείσης τῆς λεπίδος, in hanc sententiam: *Malvae* ille *fructus, si ei relictum sit putamen,* (i. e. si consideretur *quatenus tunicâ adhuc suâ,* quam hirsutam esse scimus, *involutus est*) *speciem refert echinorum illorum marinorum, qui figuras quasdam descriptas in testis habent.*

f Ἕρμιππος δ' ὁ Καλλιμάχειος, ἐν τοῖς Περὶ τῶν Ἑπτὰ Σοφῶν, καὶ εἰς τὴν καλουμένην φησὶν ἄλιμον, προσέτι τε ἄδιψον, &c. Titulum libri HERMIPPI, ab Epitomatore omissum, supplevi ex Proclo, quem laudaverat CASAUBONUS, haec ad h. l. adnotans: »Ἄλιμον, intellige σύν»θεσιν: [sive φαρμακείαν, aut κατασκευήν. conf. quae »ad τὰς ἀμεθύστους l. 34. c. notata sunt.] *Remedium* quod»dam id fuit *contra famem & sitim;* unde nomen utrum»que, ἀλίμου, & ἀδίψου. Sapientes illos priscos hoc phar»maco usos legimus pro cibo & potu. [conf. IV. 161. a.] »De *alimo* multi: locus autem HERMIPPI est sumtus ex »illius libro *De Septem Sapientibus.* Proclus in Hesiodeum »versum, [paulo ante citatum] Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ &c. »Ἴσως, inquit, καὶ ἀφ' ἱστορίας τοῦτο λέγει. Ἕρμιππος γὰρ »ἐν τῷ [περὶ] τῶν Ἑπτὰ Σοφῶν περὶ τῆς ἁλίμου λέγει. »μέμνηται δὲ τῆς ἁλίμου καὶ Ἡρόδοτος (malim Ἡρόδωρος) »ἐν τῷ πέμπτῳ τοῦ καθ' Ἡρακλέα λόγου. καὶ Πλάτων ἐν »γ'. τῶν Νόμων, Ἐπιμενίδην φησὶ μικρόν τι ἐδεσμάτιον προσ»φερόμενον, ὥδε διατελεῖν τὴν ἡμέραν· ἦν δ' ἐξ ἀσφοδέλου »καὶ μαλάχης, ὅπερ αὐτὸν ἄλιμον καὶ ἄδιψον ἐποίει.« — Procli verba ista leguntur pag. 19 sq. editionis Heinsianae Hesiodi ex offic. Rapheleng. 1603. HERMIPPI *libros περὶ τῶν ἑπτὰ Σοφῶν* alibi citavit Athenaeus, X. 443. a. Herodorus utique, non Herodotus, auctor est τοῦ καθ' Ἡρακλέα λόγου. vide Athen. IX. 410. f. Nec vero in Platonis lib. III. de Legibus, nec usquam alibi apud Platonem id, quod ex eo refert Proclus, reperire mihi contigit; nisi eo referas pauca illa verba, quae haud procul initio libri III. de Legibus leguntur, ubi ait: ὃ λόγῳ μὲν Ἡσίοδος ἐμαντεύετο πάλαι, τῷ δ' ἔργῳ ἐκεῖνος ἀπετέλεσεν. i. e. *Quod olim verbis divinavit Hesiodus, id re ipsa ille* (Epimenides)

perfecit. Quae quidem Philosophi verba in eamdem, quam f Proclus dicit, sententiam exposita apud Plutarchum legimus in Septem Sapientum Convivio, T. II. Opp. p. 157. ed. Francf.

AD CAP. LIII.

Μεγαλοπολῖται δ' αὐτὴν Σικυωνίαν ὀνομάζουσι. »Mirum, quare dicatur, *Megalopolitas appellasse cucurbitam* »σικυωνίαν: nam ea vox non *Megalopolitarum* Arcadum propria, sed multorum Graeciae populorum communis fuit. »Hesychius: Σικυωνέα, κολοκύντη. Hippocrates quoque »non semel σικυώνην appellat τὴν κολοκυνθίδα, interpretibus Galeno & Erotiano.« CASAUB. — Conf. Foes. Oecon. Hippocr.

Θεόφραστος δὲ τῶν κολοκυντῶν, φησὶν, οὐκ εἶναι ἓν μέρος ἰδέας. Negotium sibi facere ista verba, professus est CASAUBONUS; nec immerito. »Ipsum primo (inquit) loquendi genus suspicionem movet, οὐκ εἶναι ἓν μέρος ἰδέας: quomodo vix putem locutum Theophrastum. Sententia deinde manifesto falsa: nam *plures esse cucurbitae species* differte *negat* philosophus. Σικύου, ait, καὶ κολοκύντης, τοῦ »μὲν εἶναί φασι γένη, τῆς δὲ οὐκ εἶναι· - - ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῷ γένει τὰς μὲν βελτίους, τὰς δὲ χείρους. Athenaei fortassis etiam hic memoriam licet accusare, aut librariorum perfidiam: nisi credere malumus attentionem illi »defuisse, qui haec excerpebat.« — Verba ista leguntur Histor. Plantar. lib. IV. cap. 7 med. At initio tamen eiusdem capitis idem Theophrastus *cucurbitam & cucumerem* in earum numero plantarum retulit, quarum *plura sint genera.* Ad verba quod spectat, valet idem μέρος ac γένος, & idem ἰδέα ac εἶδος. Itaque dicere potuerat philosophus ἓν μέρος καὶ ἰδέαν, quemadmodum v. gr. VI. 1. ait, ἔστιν αὐτῶν εἴδη καὶ μέρη πλείω: sed ἓν μέρος ἰδέας inepte utique dictum videri debet. Suspicatus eram, πολλὰς ἐν μέρει ἰδέας scripsisse Athenaeum, *multas particulares species* sive *formas:* sed nec hoc placet; nam *particulatim*, graece κατὰ μέρος vel ἐπὶ μέρος sonat; ἐν μέρει, est *vicissim.* Tractavit hunc locum Bodaeus ad Theophr. pag. 785. parum quidem ad levandas difficultates promovens.

ἡ μὲν Ἰνδικὴ, ἣ καὶ αὐτὴ καὶ σικύα. *Alia est Indica; ea* a *ipsa, quae & Sicya vocatur;* vel, *eadem quae & Sicya voca-*

a *tur.* In eamdem ſententiam rectius fuerit ἡ δὲ αὐτὴ καὶ σικ. quemadmodum legendum monuit CORAY.

ἄχρι δὲ τοῦ νῦν λέγεσθαι παρὰ Κνιδίοις τὰς κολοκύντας Ἰνδικάς. » Legi malim – – τὰς κολοκύντας σικύας Ἰνδικάς. » vel ſic potius, τινὰς κολοκύντας Ἰνδικάς. Nam ſine di- » ſtinctione omnes *cucurbitas* fuiſſe dictas Cnidiis *Indicas*, » falſum cenſeo: tamen, ut iſta lectio ſonat, Cnidiis Ἰν- » δικὴ tantundem valuit atque κολοκύντη. « CASAUB. Mox, pro Γαλατεία, rectius Γαλατία ſcriberetur. Quod

b abſque apoſtropho δέ ἐστιν, δὲ ἡ, & ſimilia, h. l. & ſae- pe alibi efferuntur; iſta ita edita inveni, (niſi quod ſubinde δὲ ἐστὶν, ſic, praeſertim in ed. Caſ. ſcribitur) nec e codd. msstis aliud enotatum vidi. Malebam equidem δ' ἐστὶν, δ' ἡ, & ſic de caeteris. Sed in infinita maiorum curarum turba, haec talia negligenda fuere. ἡ ἀρτυτή. » *Cucurbita* » *condiebatur* hyſſopo, origano, aliiſque herbis condimen- » tariis. Aëtius lib. I. χαίρει δ' εἰκότως ὀριγάνῳ ἀρτυμένη, » διὰ τὴν ἐν αὐτῇ ὑδατώδη ποιότητα. « CASAUB. In verbis εὐπεπτ. δὲ καὶ ἐκκριτ. particula καὶ in ed. 2. & 3. Caſ. deſideratur errore operarum. Mox κάθεφθος recte e msstis reſtituit idem Caſaub. & ſic quoque noſtri codices. In aliis quidem, ait ille, κάτεφθος eſſe. Olim mendoſe κάθευδος edebatur, quod *ſeſſilis* interpretatus erat Dalech. κάτεφθος *valde cocta* vel *elixa* exponit Caſaub. Satis, puto, fuerat *cocta* vel *elixa*. De *malis* στρουθείοις vel στρουθίοις vide ad III. 81. a. Mox εἴ τι τοιοῦτον ſcripſi cum noſtris codd. τοιοῦτο edd.

c Ἀττικοὶ δὲ μόνως καλοῦσιν αὐτὴν κολοκύντην. » μόνως, *uno* » *vocabulo*: non, ut aliae gentes, vel *Indicam*, vel *ſi- cyam*. « DALECH.

HERMIPPI *verſiculus* cuius metri ſit, neſcio. Olim ſic ſcribebatur: Τὴν κεφαλὴν ὅσην ἔχει, ὅ σην κολοκύντη. Ibi notavit CASAUB. » Potius ſcribam – – ὅσην ἔχει; ὅ ση κο- » λοκύντη. *Quam magnum caput habet? quanta eſt cucurbita:* » non ὅσην, *quantum habet cucurbita caput.* « Quem ſecutus ſum. Malim tamen prius hemiſtychium pro *exclamatione*, quam pro *interrogatione*, accipi: *Quantum caput habet!* In EPICHARMI *iambo*, cum τ' ἦν ἔτι perperam vulgo lege- retur, τῆν' ἐστὶ correxerat Grotius in Excerpt. pag. 481. ſed, pro Dorico poëtae ſtylo, ἐντὶ oportuiſſe monuit Koen ad Corinth. de Dial. p. 130. Latinam Grotii ver- ſionem adoptavi; quam in partem (de *ſalubritate*) etiam

Dalecampius acceperat. Quod ſi tamen vox ὑγιέστερον c ad *hominem* aliquem referretur, ut intelligeretur v. gr. μειράκιον, γυνάριον, aut ſimile aliquod ſubſtantivum; magis placeret ERASMI interpretatio, in Proverb. *Cucurbita ſanior*, cum ait: »Mihi videtur, non abſurde ductum hinc »proverbium, quod cucurbita undique turgeat integra, »nec rimis hians, nec vermiculis obnoxia. Eſt autem »obeſitas & integritas corporis, *ſanitatis* argumentum.« (conf. Bochart. Hieroz. P. II. lib. IV. c. 27.) Cui interpretationi favet, quod apud Suidam (in Κολοκύντη, & in Ὑγιής) in maſculino effertur proverbium, cui quidem interpretatio non eſt adiecta, Ὑγιέστερος κολοκύντης vel κολοκύνθης; (nam utroque modo ſcribitur.) Et ſuſpicari liceret, in Epicharmi verſu fortaſſe ὑγιεστέρα, in foemininо, de *puella* quadam ſcriptum oportuiſſe, niſi rurſus in neutro genere idem eſſet eodem proverbio Sophron apud Etymol. in Ὑγιής. Idem proverbium Eraſmus apud Zenodotum (ſic ille Zenobium adpellat) etiam legi ait; at ibi mihi non contigit reperire.

AD CAP. LIV.

Ἐπικράτης, ὁ κωμῳδιοποιός· Τί Πλατών; &c. »Comi- d »cos Atticos nihil feciſſe libentius, quam ut philoſopho- »rum diſciplinas & inſtitutionem in ſcena traducerent, & »populo ridendam propinarent, ex Ariſtophanis drama- »tibus, Diogenis Laërtii hiſtoria, & hiſce commentariis »nemo ignorat. [Vide v. gr. Ariſtotelicorum irriſionem, »III. 98. f. & 99. a. & Stoicorum, III. 104. b. c. & 103. »d.] Athenaeus h. l. EPICRATIS pluſculos *verſus* deſcri- »pſit, *quibus Platonis ſchola ridetur* ſalſiſſime. Inducebatur »medicus quidam Siculus, diſcipulis Platonis oppedens, »ſubtilibus atque (ut exiſtimabat) inanibus illorum diſpu- »tationibus & diviſionibus offenſus. Frendunt iuvenes »dentibus, & tantam contumeliam parant ulciſci: feciſ- »ſentque adeo, niſi eorum motus auctoritas praeſentis ma- »giſtri compeſcuiſſet.« CASAUB. — Feſtiva illa EPICRATIS verba in ed. Ven. & Baſ. veluti nullo prorſus metro adſtricta continuo tenore ſcripta ſunt. Anapaeſticum eis ineſſe metrum recte videns Caſaubonus, ſed rationem illius metri vel non ſatis ipſe tenens, vel minus certe curans, diſtribuit per anapaeſticos trimetros, non modo mire

d inter se confusos, promiscue mixtis aliis integris, aliis brachycatalectis, aliis catalectis in syllabam; verum etiam intercurrentibus passim iambicis aut trochaicis pedibus, quibus in eo systemate non erat locus, misere subinde claudicantes. Ego, GROTIUM fere secutus, (in Excerpt. pag. 669 sqq.) in dimetros anapaesticos dispescui, acatalectos (i. e. integros) plerosque, modo sub initium fere aut finem cuiusque orationis mixtos monometris vel dimetris catalecticis in syllabam. In exemplo, quod typis describendum dederam, quintum quemque versum suâ nota numerali distinxeram; in quo vellem praescriptum meum secutus esset typographus: sic facilius versum quemque reperturus erat lector, quo referuntur animadversiones ad nonnulla loca strictim proponendae.

In *vers.* 1. paulisper haesseram, cum sit Τί Πλάτων singulus pes anapaesticus, ubi duo saltem, qui monometrum efficerent, exspectasses. Eum fortasse decurtavit Athenaeus. Equidem Τί δὲ δὴ ὁ Πλάτων malueram. *Versum* 3. qui est ex catalecticis, sic scripserat Grotius, περὶ τίσι νῦν διατρίβουσι; Ubi operarum errore irrepsisse περὶ pro vulgato πρὸς putaram, nisi diserte ille in Notis scripsisset: »Legi»tur apud Athen. πρὸς τίσι, sed sensus illud magis exigit.« At (ut taceam, citra necessitatem sic proceleusmaticum pedem pro dactylo invehi) eamdem vim habet in ista constructione praepositio πρὸς atque περί. Quemadmodum πρός τινι εἶναι vel γίγνεσθαι dicunt Graeci, *alicui rei intentum*, *in ea occupatum esse*; (vide Lexic. Polyb. in Πρὸς cum dativ.) eodem modo eodemque sensu πρός τινι διατρίβειν percommode dictum fuerit. *Vers.* 4. φροντὶς meminerimus & aliàs frequentatum inprimis de *philosophorum curis* ac *meditationibus*. *Vers.* 7. ποτὶ τᾶς γᾶς a Grotio est. Cum γᾶς vulgo dorice expressum esset, consentaneum erat, ut adiecta praepositio pariter doricâ efferretur formâ. Articulum vero desiderabat metrum, ut fieret versus similis versibus 3 & 5. *Vers.* 10. Vulgatum μειρακίων metro prorsus adversabatur: quare commode μειρακιδίων correxit Grot. In quo vocab. syllaba ρα sua quidem origine brevis erat, sed ob trium brevium in una voce concursum produci potuit. *Vers.* 11. In Ἀκαδημίας penultima anceps, hic longa est: quod si opus esset, potuerat Ἀκαδημείας
e scribi. *Vers.* 14. ζώων τε βίον rectè edd. cum ms. *b*. Perperam ζώων τε καὶ δενδρ. ms. *a*. *Vers.* 16 sq. In fine ora-

tionis rectius penultimum locum, quam poſtremum, occupaverit monometer. Quare ſic diſtribuendi fuerint iſti verſiculi:

τὴν κολοκύντην
ἐξήταζον, τίνος ἐστὶ γένους.

Verſ. 18. Caſaubonus, ſuperiorem verſum vel eius partem cum hoc iungens, ſic ediderat:

τίνος ἐστὶ γένους. καὶ τί ποτ' ἄρ' ὥρισαντο;

Grotius, praemiſſo monometro τίνος ἐστὶ γένους, hunc ſubiecit, diſtinctum perſonae *A.* nota:

A. καὶ τί ποτ ἆρ' ὥρισαντο;

cuius menſuram equidem non percepi. Speciem habet dimetri catalectici. Itaque ἆρ' circumflexum eſt, ut cum prima ſyllaba ὥ verbi ſequentis ſpondaeum efficiat. Sed deinde ρι in ὥρισαντο pro longa uſurpatur, quod & analogiae & uſui repugnat. Nec vero ipſa illa particula ἄρ' circumflecti hoc loco debuit, cum non ſit interrogativa, ſed ex ἄρα decurtata. Itaque alia ratione conſulere metro tentavi, ἐορίσαντο ſcribens, quod perinde ac ὥρισαντο dici potuit, quemadmodum pro ὦρακα & ἐώρακα & ἑόρακα dixere Graeci. (vide Not. ad I. 15. c.) Sic exiſtebat dimeter brachycatalectus, cuius primus pes dactylus eſt, alter proceleuſmaticus, tertius trochaeus: quem verſum ferri in hoc ſyſtemate poſſe putavi; recte-ne, an ſecus, iudicent artis magiſtri, cuius ego tironem me profiteor. Simili ratione *verſ. ſeq.* vulgatum γένους in γένεος cum Grotio fuit reſolvendum: ſed & duae voces fuere tranſponendae. *Verſum* 20. ſic Grotius curaverat: δήλωσον δ' εἴ τι κάτοισθα. Equidem pro δὲ, fulciendo metro, γὲ particulam praetuli. *Verſ.* 21. οὖν particulam inſerui praeeunte Grotio, itemque Scaligero, cuius emendationibus msstis uſus erat Grotius.

Verſ. 22. Percommodum verbum κύψαντες. Valet enim κύπτειν, (ſicut κυπτάζειν apud Schol. Ariſtoph. in Lyſiſtr. 17.) περί τι πονεῖν καὶ διατρίβειν: ſcilicet, *pronum incumbere in aliquid quaerendum* vel *elaborandum*. Inde ἀνακύπτειν, I. 6. a. *ex labore ſe erigere recipereque*. *Verſ.* 25. μειρακιδίων pro vulgato μειρακίων (ſicuti vſ. 10. etiam Grotius fecerat) recepi. Nec tamen improbaverim eiuſdem Grotii rationem, qui h. l. vulgatum tenens, καὶ particulam initio huius verſus poſuit, non in fine ſuperioris, qui adeo fiebat catalecticus:

κἀξαίφνης, ἔτι κυπτόντων
καὶ ζητούντων τῶν μειρακίων.

f *Verſ.* 27. »ποίαν (inquit Grotius) pro πόαν, ob verſum.« In eamdem vero formam ποίαν conſentiebant edd. omnes & mssti. *Verſ.* 28 & *ſeqq.* In ed. Caſaub. ſic legitur:

— — ταῦτα δ' ἀκούων
ἰατρός τις Σικελᾶς ἀπὸ γᾶς, κατεπέρδετ'
αὐτῶν ὡς ληρούντων. ἦ που δεινῶς
ὠργίσθησαν, χλευάζεσθαι ἐβόησαν.

Nec variant quidquam libri, niſi quod de poſtremis verbis infra dicam. Grotius iſtos verſus ſic conſtituit:

Ταῦτα δ' ἀκούων ἰατρός τις
Σικελᾶς ἀπὸ γᾶς, κατεπάρδε-
τ' αὐτῶν ὡς μάλα ληρούντων·
ἦ που δεινῶς ὠργίσθησαν,
χλευάζεσθαί τ' ἐβόησαν.

In noſtrum exemplum quo pacto in primo iſtorum verſuum, pro ἰατρὸς, Ionicum irrepſerit ἰητρὸς, iam ipſe neſcio: & reſtitutum velim iſtud, quod mutare nil erat neceſſe. Caeterum rationem, quâ duos proximos verſiculos curavit ſummus alioquin in hoc genere artifex, probare non potui; cum & perincommode diviſum eſſet verbum in fine verſus, & vox μάλα praeter neceſſitatem inſerta. Adnotavit ad hunc locum ipſe Grotius: »μάλα »addidimus, ut eſſet catalecticus. Si hoc omiſſo brachy»catalectum malis, non repugnabo.« Nempe ex ipſius ratione ſuperior etiam verſus erat catalecticus. Atqui nec catalecticis, nec brachycatalectis, nec inſerta voce, hîc erat opus. Verbum πέρδω nonnumquam quidem in medio reperitur, ſed multo frequentius in activo, & praeſertim in Aoriſto ſecundo. Itaque κατέπαρδ' legendo manebant verſus dimetri integri, ſicut ii qui praecedunt, iuſto tenore fluentes:

Σικελᾶς ἀπὸ γᾶς, κατέπαρδ' αὐτῶν,
ὡς ληρούντων. ἦ που δεινῶς &c.

At in his, quae nunc proxime ſequuntur, fefelliſſe me rationem intelligo. Sic enim ſcribi debebant *verſiculi* 31 & 32. ut praecederet monometer, ſequereturque paroemiacus:

ὠργίσθησαν,
χλευάζεσθαί τ' ἐβόησαν.

Copulam τε poſt χλευάζεσθαι cum ignorarent editi libri, adiecit Grotius; eamdem vero noſtri dedere mssti: eo-

demque modo etiam Casaub. in Animadv. obiter citaverat f ista verba, nihil tamen nec de edita, nec de scripta lectione monens.

Sequuntur *vers.* 33 & 34. verba discipulorum:

» Τὸ γὰρ ἐν λέσχαις ταῖσδε τοιαῦτα
» ποιεῖν, ἀπρεπες. « — Οὐδ' &c.

Recte ταῖσδε post λέσχαις dedit noster cod. *a.* Alter codex cum editis τοιαῖσδε: quod tenens Grotius, duos versiculos sic constituit:

τὸ γὰρ ἐν λέσχαις
τοιαῖσδε τοιαῦτα ποιεῖν ἀπρεπές.

In ed. Cas. uno dein versu comprehensa erant haec verba:

εὐπρεπὲς, οὐδ' ἐμέλησε τοῖς μειρακίοις.

& continuo sequebatur, Ὁ Πλάτων δὲ &c. Ubi ἀπρεπὲς corrigendum monuit Casaub. *in Animadv.* & pro οὐδ' ἐμέλησε scribendum censuerat οὐδ' ἠμέλησε, *non neglexerunt adolescentes factam sibi iniuriam.* Quarum emendationum priorem, nulli dubitationi obnoxiam, cum Grotio adoptavi: ad alteram quod spectat, postquam dixit poëta δεινᾶς ὠργίσθησαν, *vehementer irati sunt;* languidus & frigidus videri poterat, si nunc demum subiecisset, *non neglexerunt.* Quare aliam emendandi rationem iniens Grotius, sic scripsit:

οὐδ' ἐμέλησεν τῆς κολοκύντης
τοῖς μειράκιοις.

monuitque idem in Notis: »Legebatur, οὐδ' ἐμέλησε τοῖς »μειρακίοις. Atqui iam dixerat, *iratos adolescentes* ob me»dici Siculi inverecundiam. Ergo hoc dicit: *prae iracundia* »*oblitos discipulos quaestionis*, quae erat prae manibus, nisi »eam Plato forti animo resuscitasset. « — Quam rationem ego, quod ad sententiam, probans, verba sic locavi, quemadmodum continuus tenor integrorum versuum dimetrorum desiderare videbatur. Sed, ut infra contextum significavi, non satis videtur οὐδ' ἐμέλησε, sed particulam ἔτι desidero: quare utique οὐδ' ἔτι ἔμελε (sic scriptum volebam, non ἐμέλει) malim, id est, *non amplius curabant;* aut eâdem sententiâ, quod commodius fortasse fuerit, οὐδ' ἔτ' ἐμέλετο. Ac potuit ἐμέλησε ex interpretatione pro ἐμέλετο, in contextum irrepere: est enim hoc *atticum*, istud *commune*, ut docet Eustath. ad Iliad. α'. p. 108 extr. Nomen vero τῆς κολοκύντης recte fuisse a Grotio hoc loco positum, ex his etiam, quae mox sequun-

ſtur, adparet: quoniam enim iam e plurimorum verſuum intervallo nulla *cucurbitae* mentio eſt facta, non poſſet deinde ſine magno incommodo ita nude poni τίνος ἐστὶ γέγους, niſi nomen τῆς κολοκύντης, de qua agebatur, paulo ante rurſus fuiſſet poſitum.

Poſtremi verſus in ed. Caſ. ſic ſcripti digeſtique ſunt, conſentientibus (quod ad verba) edd. vett. & msstis:

ὁ Πλάτων δὲ παρὼν καὶ μάλα πράως οὐδὲν
ὁρισθεὶς ἐπέταξ' αὐτοῖς, πάλιν ἀφορίζεσθαι τίνος ἐστὶ γένους, οἱ δὲ διήρουν.

Quos Grotius in hunc modum digeſſit:

Ὁ Πλάτων δὲ παρὼν καὶ μάλα πράως
οὐθὲν ὁρισθεὶς ἐπέταξ' αὐτοῖς
πάλιν ἀφορίζεσθαι, κολοκύντη
τίνος ἐστὶ γένους. οἱ δὲ διήρουν.

Et ad verſ. penult. monuit: » Hoc κολοκύντη ex ſuperio»ribus hic repetivimus ob verſum. « — Ego vero, ſicut ſuperiori loco peropportune & re ipſa poſtulante reſtitutum a ſummo viro nomen τῆς κολοκύντης, ſic idem nomen hîc languide admodum & inutiliter repetitum iudicavi. At illo reiecto, reliqua verba non amplius ad metri legem apta erant. Quare verbum ἀφορίζεσθαι in brevius ὁρίζειν contraxi. Quod ſi quis audacius factum iudicaverit, cum praeſertim non ſit veroſimile, e ſatis noto & breviori verbo ὁρίζειν longius & exquiſitius ἀφορίζεσθαι effictum eſſe a librariis; huic ego ultro adſentior, ac paene perſuaſum me nunc habere profiteor, ſervato verbo ἀφορίζεσθαι, vocem αὐτοῖς in αὖθις fuiſſe mutandam, abiiciendamque particulam πάλιν, ut poſtmodum invectam, poſtquam αὖθις fuiſſet in αὐτοῖς corruptum. Sed praeterea, quod ſupra (ad verſ. 16 ſq. & ad vſ. 31 ſq.) monui, id haud dubie hîc pariter, in fine praeſertim totius orationis, erat curandum; ut monometer non poſtremum locum, ſed penultimum, occuparet. Quare quatuor poſtremos verſiculos ſic reſcriptos velim:

Ὁ Πλάτων δὲ παρὼν, καὶ μάλα πράως,
οὐδὲν ὁρισθεὶς, ἐπέταξ' αὖθις
ἀφορίζεσθαι
τίνος ἐστὶ γένους. οἱ δὲ διήρουν.

Haec ſcripſeram, cum poſteriorem huius Epicratei Fragmenti partem aliter a noſtro CORAY curatam, & inſignem ei lucem docti viri ingenio adfuſam vidi. Is igitur

(metrum quidem non tangens; sed ita sumens versus, f prout erant a Casaubono distributi: nec in ipsis verbis quidquam mutans:) collatis Epicratis verbis cum Aristophanis Plut. 698-704. perspectissime monuit: » Ista, Ἧ » που δεινῶς - - ἀπρεπές. *verss.* 30-34. esse alterius per» sonae *A.* verba; ac tum demum rursus pergere perso» nam *B.* Οὐδ' ἐμέλησε τοῖς μειρακίοις· ὁ Πλάτων δὲ & » quae sequuntur.« — Ita, servato verbo ἐμέλησε, & omisso Grotiano nostroque adsumento τῆς κολοκύντης, haec prodit sententia, ut ad id, quod de Siculi medici rusticitate dixerat *B*, respondeat *A*: *Haud dubie graviter eo facto irati fuerint omnes, seque ludibrio habitos clamaverint. Est enim indecorum, tali in conventu disputationeque talia committere.* Cui regerit *B*: *Nec curarunt discipuli; & Plato ipse praesens*, (nempe, quo praesente tam inverecunde ille se gesserat) *nihil turbatus, leniter admodum* (quod Philosophi erat ingenium) *pergens, rursus definire distinguereque eos iussit, cuius esset generis: & illi definiebant distinguebantque.* Quam ad sententiam tali quodam modo digerendi fuerint illi versiculi:

Ταῦτα δ' ἀκούων ἰατρός τις
Σικελᾶς ἀπὸ γᾶς,
κατέπαρδ' αὐτῶν, ὡς ληρούντων.
A. Ἧ που δεινῶς ὠργίσθησαν
χλευάζεσθαί τ' ἐβόησαν.
τὸ γὰρ ἐν λέσχαις ταῖσδε τοιαῦτα
ποιεῖν ἀπρεπές.
B. Οὐδ' ἐμέλησεν τοῖς μειρακίοις·
ὁ Πλάτων δὲ παρὼν, καὶ μάλα πράως,
οὐδὲν ὀρινθεὶς, ἐπέταξ' αὖθις
ἀφορίζεσθαι
τίνος ἐστὶ γένους· οἱ δὲ διήρουν.

Ubi notabis, in illo Οὐδ' ἐμέλησεν non absolute positam esse οὐδὲ particulam, ut latine *ne quidem* sonet; sed referri ad istud δὲ, quod vs. seq. post Πλάτων est: quo fit, ut, sicut οὐδὲ *nec* valet, sic δὲ dein & valeat.

AD CAP. LV.

Lepidos istos Alexidis *iambos* in Grotii Excerptis frustra quaesivi; quos ab illo praetermissos esse mirari subiit.

Propoma quid ſit, quod dicit Athenaeus, ſupra expoſitum eſt ad p. 58. b.

a *Verſ.* 1. οὗ τὸ πρᾶγμ' ἠβούλετο. Proprie, *quo res volebat.* Dalech. *quo ducebat ſors.* Caſaub. in Animadv. *quo res poſtulabat; quo me accedere mea intererat.* *Vſ.* 2. κατὰ χειρὸς ἑδόθη. Vide IV. 156. f. & praeſertim IX. 408. f. In illis verbis, τὴν τράπεζαν ἣν' ἔχων, τὶς pro τὴν ſcribi Caſaubonus iuſſit: qua mutatione nil opus eſſe putavi, cum percommode ſubintelligi τὶς poſſit. *Verſ.* 4. οὐδὲ παρέχουσαι κνίσσαν ἡμῖν πλείονα. Monuit CASAUB. »κνίσσαν »& *nidorem* aliâs quidem coenam opiparam indicare; at h. »l. agi de *guſtationis* cibis, cui non pinguia adeo & nidoroſa »conveniunt, verum tenues cibi, & non tam alere apti, »quam famem irritare.« *Verſ.* 6. Fulciendo metro particulam γ' inſerendam putavi: niſi fortaſſe, omiſſâ etiam illâ, ob caeſuram produci potuit ultima ſyllaba vocis ὑπερήφανος. Nec Euſtathius quidem, hos verſus citans, (ad Iliad. ω'. 1481, 17 ſqq.) particulam iſtam agnoſcit. *Ibid.* ὄζουσα τῶν Ὡρῶν. »Euſtathius: [loc. modo cit.] Τὸ δὲ »ὄζουσα ὡρῶν παραπεποιῆσθαι δοκεῖ ἐκ τοῦ Θεοκρίτου, »ὃς πλυθῆναί τι ἔφη πρὸς κράναις Ὡρᾶν, ἤγουν πρὸς ταῖς »κρήναις αὐτῶν τῶν ὡρῶν, ἃς κάλλος ἐστὶ νοεῖν· σεμνύνων »ἐκεῖνος οὕτω τὸ καλῶς πλυθέν. *Horae*, pulchritudinis Deae »praeſides habebantur. Illis tribuebant quicquid in ſuo »genere *pulcherrimum* eſſe volebant intelligi.« CASAUB. — Theocriti locus, quem reſpexit Euſtathius, eſt Idyll. I. 150. ubi notata ab Interpretibus conſuluiſſe iuvabit: ſed quod ad Theocriti imitationem iſtud expreſſum ab Alexide ait, temporum ratio doctum praeſulem fefellit.

Verſ. 7. τὸ τοῦ πόλου τοῦ παντὸς ἡμισφαίριον. »*Polum* »appellat non quod aſtrologi, ſed ipſum *coelum.* Plato in »Epinomide pro *orbe* accepit, ἐν ᾧ χρόνῳ διεξέρχεται τὸν »αὐτοῦ πόλον, *ſuum percurrat polum.*« CASAUB. — Conf. Euripidis verba paulo poſt, pag. 61. b. & H. Steph. Theſ. III. 464 med. *Verſ.* 8. ἅπαντ' ἐνῆν τἀκεῖ γὰρ ἐν ταύτῃ καλά. ἐν ταύτῃ ſcil. λοπάδι. τἀκεῖ, nempe τὰ ἐν οὐρανῷ καλά. Quae adnotavi, ne quis (quod mihi initio viſum erat) τἀκεῖ pro τὰ ἐν λοπάδι accipiens, deinde pro ἐν ταύτῃ oportuiſſe ἐν τούτῳ (ſcil. οὐρανῷ) putet. *Verſ.* 10. ὠῶν ἡμίτομα. Corruptiſſime ὠὸν ἡμίσομον ed. Venet. & Baſ. Dein ὠὸν ἡμίτομον edidit CASAUB. & in Animadv. ait: »Fecimus ὠὸν ἡμίτομον ex mss. quamquam alii co-

» dices, ſervatâ eâdem ſententiâ, ὠῶν ἠμίτομα.« Noſtri codd. ὠὸν ἠμίτομα. Recte vero Euſtathius ὠῶν ἠμίτομα: quae verba iam ſupra eodem modo citaverat auctor noſter, II. 57. e. *Verſ.* 14. ἀποδέδειχα κόσκινον. »Sic apud b »Lucian. [Epiſt. Saturn. c. 24.] ἐσθὴς κοσκινηδὼν τετρυ»πημένη.« CASAUB.

AD CAP. LVI.

Μύκαι. FUNGI. Singularis ὁ μύκης, τοῦ μύκητος & τοῦ μύκου, δίκλιτον, ut aiunt Grammatici. Sed & αἱ μύκαι habes infra (p. 60. f.) ex Epicharmo, tamquam a ſing. ἡ μύκη: ſi modo vera iſta ſcriptura. De ARISTIA comico in Indice Auctorum ab Athenaeo citatorum dicetur: vide interim Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 747. & Toup in Epiſt. Crit. pag. 50 ſqq. In eius *verſu*, quem citat Athenaeus, ὀρέχθει vulgo ſcribebatur conſentientibus libris: ſic & apud Euſtath. ad Iliad. ο'. p. 1020, 37. apud quem aliâ inſuper ex parte corruptum metrum eſt, cum δάπεδον pro πέδον ſcribatur. ὠρέχθει per ω ſcribendum, quo conſtaret ſenarius, recte monuit Caſaub. Et ſic puto correxit Valckenaer, cuius Epiſtola ad Roeverum (laudata in hanc partem ab Harleſ. ad Fabric. Bibl. Gr. T. II. p. 423.) mihi haec ſcribenti non in promtu eſt. Sententia verſiculi haud ſane perſpicua. »Verbum ὀρεχθεῖν (ait Caſaub.) de *ſono rei in ſolum proiectae* dici norunt eruditi.« Et iſtâ quidem notione ſubinde accipitur illud verbum; de qua conſuli Lexica poſſunt, & Homeri interpretes; in his Euſtath. ad Iliad. Ψ. p. 1393, 29 ſqq. Quare ſic interpretatus eſt illum verſiculum Caſaub. »*Fungis* illiſis *reſonabat lapideum ſolum.*« Quam ſententiam etiam Gallico probatam interpreti video. At quis quaeſo umquam *fungis* illiſis *reſonans* audivit *ſolum?* Sane, ſi μύκας hîc *fungos* intelligas, (ut intellexit quidem Athenaeus) aliâ notione accipiendum verbum ὠρέχθει erat. Quam in partem rectius, meo quidem ſenſu, DALECAMPIUS reddidit: *Fungos concupiſcit lapidoſus ager;* adiectâ hac notâ: »Proverbii ſpecie dictum »hoc videtur, & illis convenire, qui id ambiunt & optant »ad quod non ſunt apti. Fungi naſcuntur in molli ac hu»mida terra, non inter ſaxa.« Iſtam interpretationem ſpectaſſe Caſaub. videtur, cum ait: »Non placet illorum »coniectura, qui emendant hîc ὀρέγει.« — Voluit ὀρέγε-

b ται dicere; nam ὀρέγει prorsus alienum foret. At nulla mutatione opus est: nam, verum si quaeris, idem etiam valet ὀρεχθεῖν atque ὀρέγεσθαι; & quidem non solum primitivâ notione, cum ad corpus refertur, ubi *extendi* significat, quam in partem ὀρέχθεον Iliad. Ψ'. 30. in brevibus Scholiis ὠρέγοντο exponitur: sed & in significatu ad animum translato, ubi *cupere*, *concupiscere*, *desiderare* sonat; quam in partem manifeste ab Apollonio Rhodio usurpatur, Argon. I. 275. ubi vide Brunckii nostri Notam. Sed in eodem Aristiae versiculo amplius aliquid videre sibi visus est ingeniosissimus Toupius; (Epist. Crit. p. 51.) scilicet ambiguitatem, in qua lusisse poëtam existimavit; quandoquidem, sicut verbum ὀρεχθεῖν ambiguum est, modo *concupiscere* significans, modo *resonare*; sic & μυκαι, prout accentum posueris, (μύκαι, vel μυκαὶ) vel *fungi* sunt, vel *pecorum mugitus*.

c In Poliochi *vers.* 6. ἠγρεύετ' ἂν cum Brunckio correxi. Perperam vulgo ἀνηγρεύετ' ἄν. Mox dein οἰνάριον ἀμφίβολον dicitur puto vinum ita *debile*, ut dubites vinum-ne, an aqua sit; aut ita *acre*, ut nescias vinum-ne dicendum sit, an acetum. conf. I. 31. e. Quod vers. 2. ἠσχυρωμένην legitur in ed. 2. & 3. Cas. proprius istarum editionum error est: priores recte ἠχυρωμ. de quo verbo confer proxime sequentes Antiphanis versus. In eiusdem Antiphanis *vers.* 3. fulciendo metro voculam τις inserui, Grotio praeeunte in Excerpt. p. 637. Post εἴς τις paulo commodius, loco commatis, minore puncto distinguetur oratio. παροψίδες *obsonia* interpretatus sum.

d conf. IX. 367. c. d. *Versum* 7. *Thymo nemo vescitur ubi adest caro*, in Proverbiorum numero, quae Erasmianis interspersa sunt, retulit Hadrianus Iunius, qui etiam adnotavit, ductos esse hos versus ex illa Antiphanis fabula, cui titulus *Proverbium* vel *Proverbia* erat; quod ex eis quae mox subiecta leguntur, colligi posse ille existimavarat. De θύμῳ conf. Erasm. in Prov. *Iisdem vescentes cepis.* Est enim θύμος (penultimâ brevi) *cepa* s. *bulbus sylvestris*, aut *allium sylvestre*.

Ὅτι Κηφισόδωρος. Perperam vulgo Κηφισόδοτος: de quo corrigendo vitio monuit Ionsius lib. I. de Scriptorib. Hist. Philos. cap. 13. sect. 1. ubi plura de hoc *Cephisodoro* reperies. Recte viri nomen expressum legebatur apud Nostrum III. 122. b. & VIII. 354. c. Pro κατὰ Ἀριστοτέ-

λους ſcribitur πρὸς Ἀριστοτέλην III. 122. b. quod perinde eſt: & in ſimilibus librorum titulis, quales bene multi multorum auctorum commemorantur, frequentius πρὸς quam κατὰ occurrit; puto, quod illa vocula paulo minus invidioſa videretur. Quod ait Athenaeus, *obtrectaſſe Cephiſodorum Ariſtoteli*, ὃς οὐ ποιήσαντι λόγου ἄξιον τὸ παροιμίας ἀθροῖσαι, id perperam a me ſic converſum eſſe intelligo, *quod Adagia colligere operae pretium non duxerit*; in quo imprudens praeeuntem ſecutus ſum Dalecampium. In eam ſententiam ποιησαμένῳ oportebat, non ποιήσαντι. Recte CASAUBONUS in Animadv. *quaſi operae pretium non fecerit, cum Proverbia collegit*; monuitque: »In Ariſtoteleorum librorum indice reperies apud Diogenem [V. 26.] »Παροιμίαι. ά. [i. e. *Paroemiarum liber unus.*] Praeterea ex »Graecorum Paroemiographorum & Scholiaſtarum ſcriptis conſtat liquido, eius argumenti librum ſub Ariſtotelis »nomine in ſtudioſorum manibus olim eſſe verſatum. « — Conf. Menag. ad Laërt. l. c. In Ariſtotelis libello igitur ieiunitatem aut neſcio quae alia in tractando illo argumento vitia reprehendit ille Iſocratis, aemuli Stagiritae, diſcipulus. *Dramatis Antiphanei titulus* in edd. Παροιμία ſcribebatur: ſed noſtri codices Παροιμίαι dedere, quod e ſuis etiam enotatum commendaverat Caſaubonus. Qui ſequuntur ANTIPHANIS *verſus*, ex eiuſdem Caſauboni praeſcripto correxi. Vulgatam ſcripturam, in qua nil variant libri, ſub contextu indicavi: ſed primus etiam verſus (de quo tacui in iſtis Notulis) vitiatus vulgo erat, in hunc modum:

Ἐγὼ γὰρ ἄν τι τῶν ὑμετέρων φάγοιμι.

AD CAP. LVII.

Φύονται δὲ οἱ μύκητες γηγενεῖς. »Quod ait; *naſci fungos γηγενεῖς*, intellige, *ſponte*, & *nullâ cultura*, ſed αὐτομάτους, ut loquitur Florentinus: [Geoponicorum Col»lectorem dicit. vide Fabric. Bibl. Graec. T. VI. p. 502 »ſq.] & Athenaeus quoque mox, [p. 62. a.] τὰ ὕδνα »γίνεται αὐτόματα ἀπὸ γῆς. Ridicula alioquin videatur »obſervatio; cum omnia quae terrâ naſcuntur, γηγενῆ »poſſint dici. Sed & artificio provenire fungos nemo ne»ſcit: ut, ex decocto fungorum in terram proiecto; aut, »ſi reſecto populo iuxta truncum aquam ſparſeris, in qua

»fermentum diſſolveris: populeos iſtos vocant, de qui»bus in Geoponicis lib. XII. cap. ult.« CASAUB.

f Sequitur EPICHARMI *verſus*, quem ſicco pede tranſiit doctus Animadverſor:

Οἷον αἱ μύκαι ἀρ' ἐπεσκληκότες πνιξεῖσθε.

in quo equidem nec metri rationem, nec ſententiam expedio. Denique perſuadent omnia, ut oppido corruptum eum pronunciemus. Verba, uti iacent, hoc ſonant: *Sicuti fungi ſane intabeſcentes ſtrangulabimini.* Atqui fungi *ſtrangulant*, non *ſtrangulantur*. Quid, quod ne graeca quidem videntur eſſe iſta verba. Sane αἱ μύκαι (a ſing. ἡ μύκη, vel ἡ μύκα) de *fungis*, nuſquam alibi reperitur. Porro ἀπεσκληκότες quidem verbum graecum eſt: ἐπεσκληκότες vereor ne non ſit graecum. Verbum πνιξεῖσθε, ut aliquem ſenſum extunderet Gallicus interpres, activa notione accepit: quam recte, ipſe viderit. Dalecampius *veluti fungis ſtrangulabimini* interpretatus eſt; nempe Hadr. Iunii emendationem ſecutus, qui in Adagio *Tamquam fungus ſuffocat* in hunc modum ſcripſerat iſta Epicharmi verba:

Οἱονεὶ μύκαις ἀρ' ἀπεσκληκότες
πνιξεῖσθε. —

Et in eamdem quidem ſententiam corrigenda illa utique videntur: ſed, ut numerus inſit, vide ne ſic fere fuerit verſus conſtituendus:

Οἱονεὶ μύκαισιν ἀρ' ἀπεσκληκότες πνιξεῖσθε.

Sic fuerit legitimus trochaicus tetrameter brachycatalectus.

In NICANDRI *verſ.* 3. σύγκολλα ſcribendum recte monuit Caſaub. quod iam Dalech. viderat. Quos ego ſecutus, vocabulum illud non, ut iidem, de *glutinoſa* fungorum natura accepi; ſed (quod & res ſuadebat, & analogia uſuſque ſermonis deſiderabat) fungos cogitavi *adhaerentes*, veluti *adglutinatos*, eis arboribus, quas dixit poëta. *Glutinoſus* graece κολλώδης ſonat: σύγκολλος, eſt *conglutinatus*, *glutine coniunctus*; de quo vocab. confer notata ad p. 24. b. Salmaſii rationem non probavi, qui in Homonymis Hyles Iatricae p. 203. οἰδάλε', οὐ σύγκολλα, legendum cenſuit, *minime compactos fungos* intelli-
a gens. In eiuſdem NICANDRI verſibus *de fungis ficus arboris*, *verſ.* 2. ἀεινάντεσσι erat in ed. Ven. & Baſ. unde H. Steph. in Indice Theſauri Gr. Ling. ſtatuit rectum caſum ἀείνας, gen. ἀείναντος, non modo inauditum graecis vocabulum, ſed vereor ne contra analogiam formatum. Re-

cte ἀειναέεσσι edidit Casaub. & sic nostri habent codices; a a sing. ἀειναὴς, quod idem valet ac ἀένναος. In ed. 2. & 3. Cas. ἀειναέσσι scriptum, casu-ne nescio, an consilio; certe praeter rationem: nam & ionicae dialecti genius, & praecedens syllaba να brevis, (vide Odyss. ν'. 109.) repetitam vocalem ε desiderabat. Dein *eodem vers.* νοτίζεις erat editum: ubi percommode νοτίζοις dedere nostri libri; & sic etiam Casaub. in Animadv. legebat, nullâ tamen msstorum factâ mentione. *Sequente versu* iidem nostri codices, pro φύωνται, quod perperam editum erat, recte φύσονται dedere. Iam, quod paulo post *conqueritur* EPITOMATOR, *se reliqua*, quae in Athenaei exemplo, quo ille usus est, hoc loco scripta erant, *legere non potuisse*: videri quidem id poterat pertinere ad nonnulla quae scripta fuissent post ista verba, ἀπὸ ῥίζης προτάμοιο. Sed, verum si quaeris, nihil ibi magnopere desideratur; certe in illis verbis commode finiebatur sententia: at superiori loco, ubi *lacunam* indicavi, haud dubie nonnulla desiderantur. Non confirmem equidem, ad ἀκήριοι necessario desiderari substantivum μύκητες; nam illud fortasse e superioribus versibus, quos non adposuerat Athenaeus, in ipso Nicandri poëmate intelligi poterat: sed cum his minime cohaerere ista, quae vulgo sequuntur (ὧν σὺ μύκητα &c.) in aprico est. Postquam de *ficuum fungis* dixisset poëta, haud dubie *alias quasdam* dein nominavit *arbores*, ὧν σὺ μύκητα, *quarum tu fungum*, inquit, *esculentum* tuto *praecides* comedesque. Versus, qui sequitur ista verba ὧν σὺ μύκητα, foede corruptus in hunc modum legebatur in editis:

θρεπτικὰ μή τι χαμαιζήλης ἀπὸ ῥίζης προτάμοιο.

CASAUBONUS *in Animadv.* postquam *ex meliorum codicum fide* hanc commendavit scripturam:

θρεπτὸν μή τι χαμηλὸν ἀπαὶ ῥίζης προτάμοιο:

sic pergit: »Eos solos fungos pronuntiat (poëta) innoxios, qui in aggesto fimo propius truncum nati sint: non »illos qui in extremis imisque radicibus.“ — Mire utique, & paene ridicule! in quo a Dalechampio, cuius errores aliâs quavis occasione singulari cum severitate & tragico quodam supercilio exagitare ipse consuevit, decipi se passus est vir doctissimus. Atqui ille nonnisi corruptum graecum exemplum, quod sequeretur, habuerat ob oculos: Casaubonum vero emendatiores codices meliora docuerant. Cum huius codicibus consentiunt nostri, nisi quod

a non ἀπαὶ ῥίζης praeferunt, ſed ἀπὸ tenent, recte id quidem: & perſuaſum ego habeo, ne Caſauboni quidem codices παραὶ iſtud dediſſe, ſed ipſum ſuo ex ingenio depromſiſſe, pari ratione atque ab eodem alibi παραὶ pro παρὰ (I. 23. a.) praeter neceſſitatem invectum vidimus. Ἁρεπτὸν apud poëtam idem valet ac proſaicum Ἁρεπτικὸν, quod paulo poſt legitur p. 61. d. Quid vero in iſta connexione valeret dictio μή τι χαμηλὸν, minime obſcurum erat. Idem valere χαμηλὸς ac χαμαίζηλος, diſerte Heſychius adnotavit. Dicitur autem χαμαίζηλον non modo τὸ ταπεινὸν, *humile*, *quod proxime terram eſt*; ſed & τὸ εὐτελὲς, *vile*, *contemnendum*, ut idem Heſychius docet.

Qui deinde in alio NICANDRI *verſu* commemorantur ἀμανῖται μύκητες: » eorum mentio fit [inquit H. STEPHANUS in Indice Theſ.] apud Dioſcoridem, Oribaſium, » Paul. Aeginetam, Nic. Myrepſum, non ſolum ὡς βρω» σίμων & edulium, ſed etiam ὡς φθαρτικῶν & exitialium.« Hos Bodaeus ad Theophr. p. 28. ait eſſe, quos *fuillos* Plinius vocat, XXII. 23, 47. At de his Plinius quidem non niſi triſtia refert. Eumdem Nicandri verſum ex Athenaeo his verbis citat Euſtathius ad Iliad. ο'. p. 1020, 42. καί τε μύκητας ἀμανίτας τότ' ἐφεύσαις ἢ ἀφεύσαις, ἀντὶ τοῦ φώξαις, φλογίσαις, ὀπτήσαις. Inde lectionem ἀφεύσαις adoptavi, quae analogiae convenientior mihi viſa erat: ſic enim & ἀφεψεῖν dicitur, *decoquere*; & ἀφαύειν, idem quod ἀφεύειν denotans; & alia ſimilia. In eodem verſu deeſt initio unus pes; quem defectum transverſa lineola indicavi. In prima quidem editione Caſauboniana poſt καί τε nonnihil ſpatii relictum eſt, quaſi ibi aliquid deſideraretur: at id caſu, non conſilio, factum puto; nec in Animadverſionibus eiuſdem Caſauboni, ubi repetitur ille verſus, tale quid obſervatur. Pro τε, poſt καὶ, ſuſpicatus eram κε fortaſſe oportuiſſe, quod idem ac ἂν valeret: ſed in tam brevi fragmento nil adtinet talibus conjecturis immorari.

b EURIPIDIS *Epigramma* in Analectis Brunckii habes T. II. p. 57. ubi vide quae adnotavit Iacobs Vol. I. P. I. p. 319. Vocem ἀγήραντος ignorant lexica: ſed γηρᾶναι pro γηρᾶσαι adnotavit Heſych. At ipſa illa nominis verbalis forma, quam praeferunt editi libri, vereor ne unius primi editoris ingenio debeatur. Ambo certe noſtri mssti ἀγήρατον habent: quod teneri, ni fallor, poterat,

adeoque (cum nulla esset mutandi caussa) debebat. Ha- b
bet enim verbale adiectivum ἀγήρατος penultimam longam, utpote a verbo in αω formatum, in quo vocalem α litera ρ praecedit: sic ἀόρατος, δυσπέρατος, ἐπάρατος, & id genus alia. *Vers.* 4. Pro μοιριδίῳ habent μοιραδίῳ iidem nostri codd. insolitâ formâ, &, ut puto, vitiosâ. Caeterum, quoties istud Epigramma perlegi, idem me sensisse fateor quod apertis verbis Musgravius declarat, (in Euripidis Fragm. p. 607.) *satis inficetum* dicens. Calamitatum ei similium, de qua hic agitur, meminit Plinius XXII. 23, 47.

In Dioclis verbis inepte, quasi metrica essent, Ἄγρι' c
ἑλήματα editum erat. Plene, uti par erat, Ἄγρια habent mssti. Pro ἑλήματα, est ἑλανὰ II. 68. d. eâdem sententiâ. Pro ἀνδράφαξις, Brunck in ora sui exempli ἀνδράφαξυς scripsit. E nostris codicibus nil enotatum: ac sane utroque modo scriptum id nomen reperitur apud Theophr. lib. VII. c. 1 & sqq. tum apud Dioscorid. & alios.

AD CAP. LVIII.

ΣΙΑ. Qua occasione haec de *sio*, quae aquatilis planta est, medio sermoni de fungis instituto interseruerit Athenaeus, sciremus haud dubie, si integrum hac parte opus illius supereesset. Suspicari licet, a fungis venenatis ansam cepisse Deipnosophistam alias plantas non minus nocivas commemorandi, quae cum innoxiis (qualia sion & apium) facile permutentur confundanturque. Σία, in *plurali* numero, dicere graece amant: sic mox σία γὰρ μετὰ σελίνου &c. & III. 74. b. τὸν σίκυον μετὰ σίων λαμβανόμενον. At hoc loco, cum sequatur *singularis* ἐοικὸς, necessario σίον in sing. debebat praecedere. Itaque aut ipsum Σία in Σίον fuerit mutandum, deleto puncto: aut, si titulum illum teneas, seorsim deinde repetendum nomen σίον, sive statim initio, Σίον Σπεύσιππος; sive paulo post, φησὶ σίον ἐν ὕδατι γιν. Mox pro ἑλείῳ non nisi operarum errore ἑλείῳ erat in ed. 2. & 3. Cas. Ptolemaeus, qui mox commemoratur, is est cui *Physcon* cognomen fecere: de quo in Indice Auctorum dicetur. Homeri *versus* legitur Odyss. ε'. 72. quo loco Eustathius (pag. 208, 39.) probat lectionem σίου, quam eamdem & multos e veteribus vulgatae scripturae ait praetulisse.

AD CAP. LIX.

Verum videtur εὐστόμους, quod pro εὐστομάχους, dant noſtri libri; id ſonat *ori gratos*. Sic Dioſcorides IV. 83. (al. 81.) citatus a Bod. ad Theophr. p. 28. ἡδεῖς eſſe ait, ſed βλάπτειν δυσπεπτουμένους. Quod ait
d Diphilus, οἱ μετὰ τὸ ἐμπεσεῖν καὶ τεθῆναι πεσσόμενοι, id Plinius XXII. 23, 47. vertit, *qui in coquendo duriores fient*; cuius rationem probavit Caſaub. in Animadv. Salmaſius vero (in Homonymis Hyles Iatricae pag. 206.) de *coagulatione* interpretatus eſt; neſcio an rectius. καὶ ὀξυμέλιτος νήρου, καὶ ὄξους. Sic mssti cum ed. Ven. quod in noſtro exemplo temere eodem modo repetitum eſt, cum νηροῦ (ultimâ circumflexâ) voluiſſem. νηρὸν autem pro νεαρὸν, *recens*, dixiſſe Graecos, ſatis vel ex eo ipſo adparet, quod nimium faſtidioſus Grammaticus Phrynichus (in Ecloga Nominum & Verb. Attic. p. 14.) improbans illud, ait: Νηρὸν ὕδωρ μὴ εἴπῃς, ἀλλὰ πρόσφατον, ἀκραιφνῆς. (Sic ſane apud Xenocratem in libello DE Alimento ex Aquatilibus ſect. 20. p. 57. ed. Franz. de conchyliorum quodam genere legitur, καὶ ἂν παλαιοὶ ὦσιν, ἢ νηροί. ubi quidem alii codices νεαροὶ praeferunt. Quo ex loco ſaltem intelligitur, non turbare nos debuiſſe ſubtilitatem, qua in definienda vocabuli illius notione uſus eſt Ammonius Grammaticus p. 97.) Neque aliud quid ſuis in libris Natalis repererat, qui *mulſi recentis* vertit. At in ed. Caſ. eſt ὀξυμέλιτος νίτρου, καὶ ὄξους, (ſic) nullâ diſtinctione inter ὀξυμ. & νίτρ. interpoſita: quaſi ὀξύμελι νίτρου diceretur *mulſum nitratum*, aut *mulſum nitro paratum*. Et ante Caſaubonum Dalecampius in verſione, verbis paulo commodius diſtinctis, ſic poſuerat, *aceti mulſi, nitri, aceti*: quam in ſententiam graece oportebat καὶ ὀξυμέλιτος, νίτρου, (vel potius καὶ νίτρου,) καὶ ὄξους. Quae ſcriptura utique inſignem veri ſpeciem habebat, cum praeſertim ex NITPOY (cuius vocis accentus etiam in hodierna codicum ſcriptura ſupereſt) in NHPOY facillime aberrare verus aliquis librarius potuerit. Sed quum, unde ducta eſſet emendatio, quove niteretur fundamento, me praeteriiſſet, mirarerque & Caſaubonum in Animadv. & Dalecampium in Notis nullam eius mutationis rationem reddidiſſe, & ſcripturae illius, in quam cum editione principe conſentiunt mssti, ne mentionem quidem feciſſe; in

contextu reponendam hanc, illam in ora adnotandam censueram. Nunc, novis curis quae ad hunc locum ſpectant excutiens, non modo apud Plinium & Dioſcoridem (locis ſupra citatis) *in remediis adverſus fungorum venenum* video *nitrum* commemoratum, verum etiam apud ipſum Noſtrum in proxime ſequentibus eiuſdem Diphili (e quo haec adducta ſunt) verbis intelligo illud μετὰ ἁλῶν referri ad *ſalem* aut aliquod *ſalis genus* paulo ante commemoratum: quare ex ipſa illa orationis connexione admodum fiebat probabile, pro νήρου fuiſſe νίτρου vel καὶ νίτρου legendum; quod adeo repoſitum in contextu velim. Quod autem nec Caſaub. nec Dalech. corruptae veteris ſcripturae fecere mentionem, ea cauſſa eſt, quod iam in ed. Baſ. quâ ſolâ uterque illorum virorum uſus eſt, (quam ego initio oblitus eram h. l. inſpicere) eamdem ſcripturam, quae a Caſaub. repetita eſt, repererant; ſive ea caſu in illam editionem intraverat, ſive ex editoris ingenio erat illata. Itaque in brevi ſub contextu Notulâ, pro *editiones Caſaub. cum Dalech.* ſcribendum erat *ed. Baſ. & Caſ.* Sed *caſu* quidem magis, quam conſilio, in editionem Baſ. irrepſiſſe probatam illam ſcripturam, propemodum ſuſpicor; cum quod verba ὀξυμέλιτος & νίτρου non, uti par erat, commate ſaltem interpoſito diſtincta ſunt; tum quod in exemplo Venetae editionis, quod prae oculis habeo, quo eodem uſus erat Baſileenſis editor Bedrotus, ſuaque manu omnia fere, quae in ſua dein editione paulo aliter quam in ed. Ven. ſcripta exhibuit, correxerat, nihil hoc loco correctum eſt.

Θεόφραστος δὲ ἐν τῷ περὶ Φυτῶν Ἱστορίας &c. Totum iſtum locum, multis difficultatibus preſſum, qui ex THEOPHRASTI *Hiſtoria Plantarum* hîc citatur, nuſquam hodie in Philoſophi huius operibus legi, monuit poſt Dalecampium Bodaeus a Stapel ad Hiſt. Plant. lib. I. cap. 9. pag. 28. Quod ait, ὑπόγεια δὲ τὰ τοιαῦτά ἐστι, καὶ ἐπίγεια: intellige, alia eſſe ὑπόγεια, ut tubera; alia ἐπίγεια, ut fungos. Ad verba illa, πέζικας ἅμα τοῖς μύκησι & quae ſequuntur, haec adnotavit CASAUBONUS: »*Pezicas* fungorum genere contineri ſcribit Plinius: ex Theophraſto »ſeparat noſter, καθάπερ οὓς καλοῦσί τινες πέζικας ἅμα »τοῖς μύκησι γινομένους: ita ſcripti, non πέζικας, etſi *pe*»*zicas* aut *pezitas* Plinii codices; ſed Athenaeo mox rectum »eſt πέζις. *Pezias* [voluerat puto *Pezies*] & *fungi* hoc dif-

e » ferunt, auctore Theophrasto, quod, cum sint *ambo nul-*
» *lis radicibus, fungi* tamen *tenue quoddam radicum habent ru-*
» *dimentum: caule enim sunt prominulo, unde fibrillae & capil-*
» *lamenta pendent, quibus terrae cohaerent & alimentum capiunt.*
» Verba Theophrasti ita descripta sunt hodie in nostris
» [Epitomes Athenaei] codicibus: ἀῤῥίζοι γὰρ καὶ αὐτοὶ τυγ-
» χάνουσιν. ὁ δὲ μύκης ἔχει προσφύσεως ἀρχὴν, τὸν καυλὸν
» εἰς μῆκος, καὶ ἀποτείνουσιν ἀπ' αὐτοῦ ῥιφί. Deest aliquid
» omnino. Lego & suppleo, τὸν καυλὸν εὐμήκη, καὶ ἔχε-
» ται τοῖς ἀποτείνουσιν ἀπ' αὐτοῦ ῥιφί. vel, τὸν καυλὸν ἐς
» μῆκος ἀποτείνοντα, καὶ τρέφεται τοῖς ἀπ' αὐτοῦ ῥιφί.
» Proprie ῥῖπες sunt *vimina* & οἱ τῆς οἰσύας λύγοι: duriu-
» scule hic, si modo ita scripsit Theophrastus, pro *fibris*
» *radicalibus*; quas etiam λεπτὰς καὶ μικρὰς ῥίζας alibi ap-
» pellat. Harum congerie fiunt radices ξυσανοειδεῖς & fim-
» briatae. Προσφύσεως ἀρχὴν vocat *inchoata & imperfecta*
» *adhaesionis organa*, quia caulis fungi radicem non habet,
» quae esset vera πρόσφυσις. At qui vocatur *caulis* in fun-
» go, *pediculus* potius videtur ac μίσχος: propterea Theo-
» phrastus, *caulem fungos habere*, modo negat, ut in primo
» Historiarum, [cap. 2.] οὔτε γὰρ ῥίζαν πάντ' ἔχει, οὔτε
» καυλὸν, οὔτε ἀκρέμονα, οὔτε κλάδον, οὔτε φύλλον, οὔτε
» ἄνθος, οὔτε καρπὸν, οὔτ' ἂν φλοιὸν, ἢ μήτραν, ἢ ἴνας, ἢ
» φλέβας· [οἷον μύκης, ὕδνον.] modo ait, ut libro eod.
» cap. 8. ὁ δὲ τοῦ κυπείρου καὶ βουτόμου καυλὸς ὁμαλότητά
» τινα ἔχει παρὰ τούτοις, ἔτι δὲ μᾶλλον ὁ τοῦ μύκητος. «
Haec ille; quae fere eadem repetiit Bod. ad Theophr. p. 24. quibus pauca quae adiiciam habeo. πέζικας scripsi cum ed. Ven. & Bas. nostrisque msstis, e quibus quidem cod. *b.* πεζικὰς acute scriptum habet, in cod. *a.* vero super terminatione κας inter lineas ας scriptum. *Sunt & in fungorum genere* (ait Plinius IX. 3, 14.) *a Graecis dicti pezicae, qui sine radice aut pediculo nascuntur:* ubi Harduinus graecum nomen quasi *fungos sessiles* sonare ait, intelligitque de globosis illis fungis, quos *lupi crepitus* vulgo vocant. Ista si vera est scriptura, quam secutus sum, fuerit singularis πέζιξ: pro quo quidem paulo post apud Nostrum (eâdem hac pag. extr.) πέζις legitur, sive ibi πέζιξ oportuit, quemadmodum Salmasius legebat in Homonymis Hyles Iatricae p. 202 & sq. sive cum Brunckio nostro statuas, perinde & πέζις & πέζιξ dixisse veteres, quemadmodum v. gr. perinde & βρέινθις & βρένθιξ scriptum

reperitur, II. 69. b. coll. Hesychio in Βρένθιξ. Ex vocab. e πέζιξ sive πέζις corruptum est mendosum πύξος apud Theophrast. eo loco qui paulo inferius a Nostro citatur. Pro καὶ αὐτοὶ τυγχάνουσι Bodaeus ad Theophr. p. 29. καὶ ἀκαυλοι legendum censuit. Libri nostri ab editis nec hic dissentiunt, nec in his quae sequuntur, quorum emendationem Casaubonus proposuit. Mendosum ῥίψι, cum certa emendandi ratio non suppeteret, tenui sicut editum inveni. Casauboni emendationem ῥιφὶ probavit Bodaeus p. 28. Quam repudians Salmasius l. c. (haud satis video quo pacto structuram concipiens verborum) sic corrigebat, ὁ δὲ μύκης ἔχει προσφύσεως ἀρχὴν τὸν καυλὸν εἰς μῆκος καὶ ἀποτείνουσαν [an τὸν καυλὸν εἰς μῆκος ἀποτείνοντα voluerat?] ἐπ' αὐτοῦ ἔρεφιν. Nempe ἔρεφιν (quasi *tectum* dicas) intelligebat *caput fungi*, quo pediculus eius tegitur.

Φησὶ δὲ καὶ ὅτι ἐν τῇ περὶ τὰς Ἡρακλέους στήλας θαλάσσῃ, ὅταν πλείω ὕδατα γένηται, &c. Quae de *fungis petrefactis* h. l. commemorantur, (quae ad *madreporarum* quaedam genera pertinere equidem suspicatus eram) eisdem verbis apud Theophr. Hist. Plant. IV. 8. leguntur; & quidem ita eisdem, ut, quod ambo nostri codices habent ὕδατα πλείω, (non, uti editum est, πλείω ὕδατα) f id etiam ipsum eodem modo ibi legatur: sed illud naturae phaenomenon ibi *ad Erythraei maris oram*, non *ad Herculis columnas* ponitur, ut a Dalech. & Casaub. est monitum. conf. Plin. XIII. 25, 50. Nec vero idcirco aliena prorsus ab hoc loco erat *columnarum Herculis* mentio: nam apud eumdem Theophr. paulo ante (cap. 7. extr. ubi quidem & corrupta & defecta vulgo oratio esse videtur) pariter ἀπολιθούμενα nescio quae περὶ Ἡρακλέους στήλας commemorantur. (Et sicut ibi non περὶ τὰς Ἡρακλ. στηλ. sed nude περὶ Ἡρ. στ. *absque articulo* legitur, sic & hic apud Athen. uterque noster codex articulum ignorat.) Ea res errori locum dedit, ut Athenaeus hic (nisi librariorum aut Epitomatoris culpâ aliquid praetermissum est) *Herculis columnas* pro *Erythraeo mari* nominaverit.

In Phaeniae sive Phaniae verbis, ista τὰ μὲν φύειν, quae ignorant nostri mssti, iam ante Casaubonum a Veneto editore (ex coniectura, puto) adiecta video, & in ed. Bas. repetita. Poterat autem ea praetermittere Athenaeus. Mox vero Τὰ δὲ οὐδὲ φύει ex coniecturâ scripsi:

ſſin φύειν aliquis tueatur, in quod conſentiunt libri omnes, nihil impedio: & poterit ſine magno incommodo verbum φησὶ e ſuperioribus hîc ſubintelligi. Pro vulgato τὴν ἀνθίνην duo remedia propoſuit Caſaubonus: primum, ut τὴν ἀνθήλην legeremus, i. e. *paniculam*, (vide H. Steph. Theſ. I. 446. c. d.) quod paucis probatum iri exiſtimo; ſpecioſius erat alterum, τὴν ἀρχὴν, id eſt, *omnino*. Praetuli equidem emendationem a Salmaſio in Homonym. Hyl. Iatr. p. 203. propoſitam, τὴν ἄνθην, quod idem valet ac τὴν ἄνθησιν vel τὸ ἄνθος. cf. Suid. in Ἄνθης, & Thomam Mag. in Αὔξην. Malueram τινὰ ἄνθην, ſed in vulgato τὴν adquieſcendum putavi. Mox κορυνήσεως recte ed. Caſ. ex Euſtath. ad Iliad. ο'. p. 1020, 39. Sic vero & noſter cod. *a.* in quo tamen κορυνώσεως inter lineas adnotatum. κορυνόσεως cod. *b.* Prorſus corrupte κορυφνώσεως ed. Ven. & Baſ. Valet autem κορύνησις idem ac βλάστησις, notante Heſychio. Ἕλιξ eſt *hedera helix*, de qua vide Bod. ad Theophr. p. 277. Eamdem ἄκαρπον eſſe, i. e. fructum plane nullum ferre, dixit Theophr. III. 18. πτέρις, ἣν ἔνιοι βλάχνον καλοῦσι. Nil mutant libri: & ſic legebat etiam Euſtath. l. c. qui idem nomen βλάχνον etiam ab Arriano in Bithynicis adnotatum ait. Pro eo autem habes apud Heſychium βλάθρον, βλάχρον & βλήχρα.

Θεόφραστος ἐν Φυτικοῖς· Λειόφλοια, καθάπερ ὕδνον, μύκης, πέζις, γεράνειον. Rurſus hîc, ut paulo ante, e ſuperiori quadam Theophraſti diſputatione ad inferiorem aberravit, ſi ita ſcripſit, Athenaeus. Lib. I. c. 8. de differentia arborum quoad *corticem* (τὸν φλοιὸν) diſſerueratphiloſophus: ibique λειόφλοια (i. e. *laevi cortice*) *eſſe* dixerat *malum & ficum arbores*. Cap. 9. differentiam plantarum quoad *radices* exponit, ubi (quemadmodum hodie quidem verba leguntur) ſic ſcribit: πλὴν εἰ ὅλως ἔνια μὴ ἔχει (ſcil. ῥίζας·) καθάπερ ὕδνον, μύκης, πύξος, (πόξος in ed. Heinſ.) κράνιον. Quem locum cum haud dubie hîc reſpexerit Athenaeus, ἄῤῥιζα ſi non ſcripſit, ſcribere certe debuit, ut poſt Caſaubonum monuit Bodaeus pag. 27. Vulgatum λειόφλοια parum felici conatu defendere tentavit Salmaſ. in Homon. Hyl. Iatr. pag. 202. qui in Exercit. Plinian. p. 498. ἄφυλλα propoſuerat, puto quod id propius quam ἄῤῥιζα ad vulgatam librorum ſcripturam accedere putaret. Dalecampius conjectaverat, apud Athenaeum fortaſſe ſic legendum eſſe: *Theophraſtus laevi cortice*

tegi ſcripſit fungum & peziten ; ſcabro , tuber & ceraunion. In f πύξος, quod corrupte apud Theophr. legitur, latere id fungi genus quod πέζιξ vel πέζις apud Noſtrum, apud Plinium *pezica* dicitur, a Caſaub. aliiſque monitum eſt, & paulo ante a nobis obſervatum. Etiam κράνιον in Theophraſti libris haud dubie corruptum eſt: pro quo γεράνειον ex Athenaeo, apud quem mox idem vocab. eodem modo repetitur, Caſaubonus legendum cenſuit; a quo parum diſceſſit Salmaſius, γεράνιον legens, Exercit. Plin. p. 498. Eſſe autem γεράνειον (quam ſcripturam apud Athen. agnoſcit etiam Euſtath. ad Iliad. o'. p. 1020, 40.) *tuberis* (ὕδνου) ſpeciem quamdam, mox ipſe Athenaeus declarare videtur; ubi de eodem vocabulo rurſus dicendi erit locus.

AD CAP. LX.

Θεόφραστος· τὸ ὕδνον, ὃ καλοῦσί τινες γεράνειον, καὶ a εἴ τι ἄλλο ὑπόγειον. Latus dubitandi locus, ſi conferas cum his quae hodie apud Theophr. Hiſt. Plant. I. 10. ſic leguntur: καὶ τὸ ὕδνον δέ, ὃ καλοῦσί τινες ἀσχίον, καὶ τὸ οὐΐγγον, καὶ εἴ τι ἄλλο ὑπόγειόν ἐστιν, ᾧ οὐδέν ἐστι ῥίζα. Quae autem mox ex eodem citantur verba, ἢ τῶν ἐγγεοτόκων &c. eorum prorſus nullum veſtigium hodie in Theophraſti libris, quatenus quidem publicam lucem viderunt, comparet: qui quum infinitis locis adeo miſere ſint corrupti mutilatique, optandum etiam atque etiam eſt, ut, ſi qua etiamnum, de quo deſperare nemo debet, latent in bibliothecarum umbris remedia, ea in lucem denique protrahantur, & omnino ſubtiliore quodam iudicio, quam a Bodaeo factum eſt, (cui quidem viro doctrina minime defuerat) caſtigata inſtauratque ſummi Philoſophi Opera ad Naturae cognitionem ſpectantia a Schneidero aliquo aut Corayo naturae & bonarum literarum ſtudioſis hominibus in manus tradantur. CASAUBONUS, prolatis ſuperioribus Theophraſti ex Hiſt. Plant. I. 10. verbis, haec ſubiecit: »Diſputat eo loci philoſophus de radicis natu»râ: aitque, *ſi pro radice haberi debeat quidquid ſub terra con»ditum latet, cum alia inter radices fore numeranda, - - tum »in his etiam tuber quod ἄσχιον vocatur, & vingum, & ſi »quid aliud ſimile his ſub terram gignitur; quorum omnium ni»hil eſt radix.* [Nempe ὧν οὐδέν ἐστι legebat. Salmaſius contra in Exercit. Plin. p. 499. legebat: ὃ οὐδέν ἐστιν ἢ ῥίζα,

a »*quod nihil niſi radix eſt.*] *Vingum Aegypti* non ſemel alibi »commemorat Theophraſtus; *aſchium* invenies nuſquam: »& ſimul mirum eſt, veſtigium nullum in hac periodo »apparere vocis γεράνειον, quam reperiſſe conſtat Deipno»ſophiſtam in ſuo codice Theophraſti. « — Pro γεράνιον apud Athenaeum κεραύνιον legendum cum Dalech. cenſuerat Bodaeus p. 31 ſq. nempe ex Plin. XIX. 3, 12. At ibi *geranium* veram eſſe ſcripturam, non *ceraunion*, cum ex Indice libri XIX Pliniani, tum ex Apuleii teſtimonio, qui ſua e Plinio hauſit, evicit Salmaſ. Exercit. pag. 498. & Harduin. in Emendd. ad Plin. lib. XIX. num. IV. Quo minus apud Noſtrum ſolicitari conſtans librorum ſcriptura debuit, quam eamdem & paulo ante libri omnes pariter agnoſcunt, & ex hoc ipſo loco Euſtathius repetiit. Iam, quod ait τὸ ὕδνον, ὃ καλοῦσί τινες γερ. id ita accepit Euſtath. quaſi omne ὕδνον fuiſſet γεράνιον a nonnullis appellatum: quod cum pugnare videatur cum ſuperioribus, ubi ὕδνον & γεράνειον diſtinxerat Athenaeus, ſuſpicatus eſt Salmaſ. pag. 499. legendum eſſe τὸ ὕδνον καὶ ὃ καλ. At poteſt etiam relativum ὃ apud Noſtrum reſtrictive accipi, ut ſit *illud genus tuberum, quod geranium nonnulli vocant:* cum quo non utique pugnat, quod paulo ſuperius ſeorſim nominatum ſit primo *tuber*, dein *geranium*. Quae ſequuntur de *Miſy & Iton*, quae apud Theophr. deſiderari dixi, habet eadem Plinius XIX. 3, 12. Inde pro olim edito μίσον, μίσυ ſe correxiſſe ait Caſaubonus, quod quidem & mssti ipſius agnoſcebant, quibus noſtri adſentiuntur. Iidem pariter ἴτον dedere, (ut eſt apud Plin.) pro mendoſo ἴστον, quod editiones omnes occupaverat. Praeter rationem a Dalecampio huc tractum eſſe *octum* Plinio memoratum XXI. 15, 52. & οὔϊγγον vel potius οὔϊτον Theophraſti I. 11. & alibi, docuere Caſaub. & Salmaſ. Confer Heſych. in Οὔϊτόν. Quod ait τὴν ὀσμὴν ἔχει κρεώδη, non placuit *Palmerio*, qui καρυώδη legendum contendit, Exercit. lib. II. pag. 485. id eſt, *nucum* vel *iuglandum* habere *ſaporem;* quod & verum eſt (inquit) in tuberibus. Sed *carnoſum* in tubere, cui *miſy* nomen, *odorem ſaporemque* Plinius pariter adnotavit l. c. Non ferendum fore talem ſaporem, Palmerius ait. At morillis etiam, quas vocamus, haud ingratis ſane palato, pariter carnoſum eſſe odorem ſaporemque recte dici poſſe videtur.

Περὶ δὲ τούτων ἰδίόν τι λέγεται &c. Haec, & quae ſe-

quuntur, ad verbum propemodum in latinum ſermonem convertit Plinius eodem loco, XIX. 3, 13. *De tuberibus*, inquit, *haec traduntur peculiariter: cum fuerint imbres autumnales, ac tonitrua crebra* &c. ὅταν αἱ βρονταὶ, ὡς ταύτης b αἰτιωτέρας οὔσης. »Obſerva numeri enallagen: niſi malis »ſcribere, ὡς ταύτης τῆς αἰτίας αἰτιωτέρας οὔσης.« CASAUB. De *tonitruum* vi ad gignenda tubera vulgatam fuiſſe veterum opinionem ex Iuvenal. V. 116 ſeqq. docuit idem Caſaub. cf. Plutarch. Sympoſ. IV. 2. ἀλλ' ἑπέτειον εἶναι. Intellige φυτόν: ni malis ex pervulgata ellipſi pronominis τὶ, aut nominis χρῆμα, interpretari. Poſt χώρα c ὕπαμμος in editis libris ita legebatur, καὶ γὰρ αἱ τίαι τοιαῦται: quae verba, utpote abſurda, in verſione prorſus praeteriit Dalech. Eadem vero & a Caſaub. ſine animadverſione praetermiſſa eſſe mireris. Ex utroque noſtrorum codicum enotata eſt huiuſmodi ſcriptura, αἱ τι cum neſcio quo literarum nexu literis τι ſuperne adpicto: unde nullo negotio intelligebatur, ſic oportuiſſe ut a nobis eſt editum, καὶ γὰρ αἱ Τιάραι τοιαῦται, id eſt, *nam Tiarae ſunt tales*, ſcil. χώρα ὕπαμμος. Quam eamdem ſcripturam nunc etiam a ſagaciſſimo CORAY ex ingenii coniectura commendatam video. E corruptis verbis ἐν τῇ Ἀκαρνίδῃ, niſi ἔν τε τῇ (vel ἔν τε) Ἀκαρνανίδι aut ſimile quid oportuit, nihil extrico. Ea ipſa verba apud Plinium l. c. praetermiſſa ſunt, ubi tamen & Lampſacus & Alopeconneſus & Elis commemorantur.

In MATRONIS *verſu* doricam ionicamque formam ἵνεικε noſtri codices dedere. Iidem, in DIPHILI verbis, vocabulum φύσει ignorant. In illis, ἐν Ἑλλησπόντῳ, φησὶν, οὔτε ὕδνον γίνεσθαι, οὔτε γλαυκίσκον, οὔτε θύμον, nil mu- d tant libri: nam quod ex θύμον *thynnum* Natalis fecit, ni id prorſus operarum erratum eſt, ex ingenio interpretis fluxit. Miratus eſt igitur Caſaubonus *glauciſcum*, piſcem, medium inter duas plantas, *tubera* & *thynnum* nominari: cumque γλαὺξ apud rhizotomos herbae nomen ſit, (cf. Heſych. in Γλαὺξ, & ibi Interpp. not. 22.) eo inclinabat, ut ſuſpicaretur ab illa voce deductum fortaſſe nomen γλαυκίσκος quod hic ponitur. Cuius ego quidem vel dubitationis vel ſuſpicionis nullam cauſſam vidi: *tubera*, & *glauciſci* (piſces,) ſunt ex eduliis delicatioribus ac paulo pretioſioribus: (vide de *glauciſco*, ne longius abeam, III. 102. b. & 103. d.) *thymus*, cepa vel allium agreſte, vul-

d gatiſſimus praeter mazam, nec is ingratus, tenuiorum Athenienſium cibus; unde de *amicis* & familiaribus inter tenuiores, *eodem thymo veſci*, proverbialiter dictum apud Ariſtophan. in Plut. 253. Quis deinde ſit NAUSICLIDES, qui commemoratur, prorſus mihi incompertum; niſi Ναυσικράτην oportuiſſe ſuſpicari licet. In huius dicto, quiſquis fuerit, ubi ait μήτε ἔαρ, μήτε φίλους, quod pro φίλους *folia* poſuit Natalis, quaſi φύλλα legiſſet; idcirco »varia»re libros« ait CASAUBONUS, & »hanc lectionem ſibi »perplacere« profitetur. In quorum neutro mihi probatur docti viri ratio: nam nec commendabile quidquam habitura illa lectio videtur, ſi vel maxime vetus aliquis codex exhiberet; & Natalis, ſic reddens hunc locum, *unde neque ver, neque folia Nauſiclidis deſertum*, ſatis oſtendit, primum, ſe nullum alium codicem h. l. niſi Venetam editionem ob oculos habuiſſe; tum vero, ipſum, quid vel legeret vel diceret, perinde neſciviſſe. Corruptam illam ſcripturam διὸ Ναυσικλείδους ἐρημίαν nullus codex mstus agnoſcit: noſtri recte cum eis quibus Caſaub. uſus eſt, ſicut in φίλους conſentiunt, ita & in id quod edidi, διὸ Ναυσικλείδην (vel Ναυσικλείδη, ut e ſuis citat Caſaub.) εἰρηκέναι. Dicto vero illi, de quo quaerimus, vocabulo ἔαρ tropica quadam notione accepto, hanc fere vim ineſſe ſuſpicatus ſum: *non licere in illa regione vitam (in iuventute praeſertim) laete degere; nec eſſe ibi amicos, quibuſcum aut laute obſonari, aut ſaltem tenuem cepam laetus comedere poſſis.*

Ὑδνόφυλλον, *herbam quae ſupra tubera naſcatur*, commemoravit etiam Heſych. h. v. An hodie rei herbariae peritis comperta talis ſit herba, quae tuberum in terra latentium index ſit, neſcio.

AD CAP. LXI.

»In apparatu guſtationis recenſentur convivatori noſtro & URTICAE. Negabat tamen Galenus in II. DE Fa»cult. Alim. reperiri aliquem poſſe qui urticas velit eſſe »non cogente fame, & quidem maxima. Sed ingenioſa »nimirum gula eſt, & artifex parare ſibi etiam ex aculea»tis mollem voluptatem. In ſuperius allato coenae Me»telli albo [ex Macrob. Saturn. III. 13.] *urticae* non ſunt »neglectae. Vulgo pauperes & frugi homines urticis ut

» caeteris herbis & oleribus vitam tolerabant. « CASAUB. d At nobis noti ſunt homines, qui elixis teneris urticae herbis, non tolerandae famis cauſſa, ſed pro delicato cibo, veſci adſuevere. Videtur autem Athenaeo commemorandis hoc loco *urticis* occaſionem dediſſe *urticae marinae* mentio, paulo ante in Lyncei Samii verbis iniecta. De marina urtica, animali ex cruſtaceorum genere, ex profeſſo infra agitur III. 89. extr. & ſeq. hîc de *urtica herba:* quae, pariter atque illa, κνίδη vulgo Graecis vocabatur, Atticis ἀκαλήφη; ut notavit Moeris & alii quos ibi laudarunt Interpretes pag. 66 ſq. ARISTOPHANIS verba *ex Phoeniſſis*, quae hîc adferuntur, eadem repetuntur pag. 90. a. duabus quidem ibi vocibus initio aucta. ἔχε τὸ πρῶτον &c. Ibidemque ex PHERECRATIS *Transfugis* citantur haec verba, κἂν ἀκαλήφαις τὸν ἴσον χρόνον ἐστεφανῶσθαι. Utrumque vero fragmentum, & prius quidem aliquanto correctius, alterum multo etiam auctius, exhibet Suidas in Ἀκαλήφη, cum Ariſtophanis Scholiaſte ad Equit. 420. quae ex Athenaei opere olim integro petita videntur; nec vero ex III. 90. a. (quoniam ea parte ipſi habemus integrum Athenaei opus) ſed ex hac parte ſecundi libri, quam nimis decurtatam Epitomator exhibuit. Et fuerat hic locus etiam magis idoneus illis adponendis praedictorum auctorum verbis, quibus de *urtica herba*, non de marina urtica, agitur: quare illa ſub contextu noſtro adponenda duxi. Confer Brunckii Notas ad Ariſtophanis Fragm. pag. 168. Pro Ἀκαλήφη eſt Ἀκαλύφη in cod. *a.* quae ſcriptura (mendoſa quidem ea, ut puto, coll. III. 90. a. b.) paſſim etiam alios occupavit libros; cuius exempla nonnulla habes apud Moeridis Interpp. p. 67. cf. quae ad Heſ. voc. Ἀκαλῆφαι notavit doctus Editor. Herbae, cui ἴφυον nomen, rurſus fit mentio II. 71. a. Vide de ea Bodaeum ad Theophr. p. 669. qui *lavendulam* eſſe cenſuit, Heſychii auctoritate.

AD CAP. LXII.

De ASPARAGO *Gaetulico* vera videtur ſcriptura πη- e χῶν δώδεκα, quam ex *ſecundo libro Deipnoſophiſtarum Athenaei* diſerte citavit Stephanus Byzant. voce Γαιτοῦλοι: cum quo convenit, quod mox deinde aliorum aſparagorum menſura pariter per πήχεις (*cubitos*) conſentientibus libris indicatur. ποδῶν quidem ex h. l. repetiit Eu-

e ſtath. ad Il. μ'. pag. 857, 18. ſed is Epitome uſus eſt, in qua multa alterata & adulterata ſunt; Byzantinus vero, integro opere. Pro Γαιτουλία eſt Γετουλία in noſtris codd. Κρατῖνος δὲ διὰ τοῦ φ ἀσφάραγον ὀνομάζει. Eam formam Atticis propriam fuiſſe, adnotavit Suidas. Sed quum paulo poſt diſerte moneat Noſter, Antiphanem ἀσπάραγος ſcripſiſſe, ſatis indicat, ne apud Atticos quidem conſtantem fuiſſe illius formae uſum; quod & Galenus lib. II. de Aliment. Facult. c. 58. ſignificare videtur, cuius verba Rodaeus adpoſuit, ad Theophr. pag. 600. *Cratini* verba, quae reſpexit Athenaeus, conſervavit Phrynichus in Ἀσπάραγος, p. 40 ſq. quae quo pacto legenda ſint, & ad metri legem revocanda, docuit ibi Pauw pag. 43.

f In AMEIPSIAE verſu, σχῖνον Dalech. *lentiſcum* interpretatus eſt: mihi cum Salmaſ. in Homon. Hyl. Iatr. p. 8. de *ſcilla eduli* potius accipiendum h. l. id nomen viſum eſt; quod utrumque ſignificat. cf. p. 67. a. 68. b. & 71. a. ibique not. ὁ τῆς κράμβης ἀσφάραγος, λεγόμενος ἰδίως ὄρμενος. »*Braſſicae aſparagum* proprie κῦμα, quaſi κύημα, ait Ga»lenus, nominabant: Attici, ut Athenaeus obſervat, ὄρ»μενον: διὰ τὸ ἐξορούειν καὶ βλαστάνειν, *quod erumpat & »germinet.* Inde ἐξορμενίζειν, pro ἐξορμᾶν εἰς αὔξην.« CASAUB. In ὄρμενον & hic & paulo poſt conſentiunt Athenaei libri, & Euſtath. ad Iliad. μ'. pag. 857, 12 ſqq. ubi plura leguntur ad hunc locum ſpectantia; conf. eumdem ad Iliad. φ'. pag. 1302, 5 ſqq. Eamdemque ſcripturam *leni ſpiritu* tenent & alii auctores; alii vero ὄρμενος praeferunt, nec tamen conſentientibus apud eoſdem libris. Vide quae ad Heſych. col. 784. not. 12. a docto Editore congeſta ſunt. Ad rem quod ſpectat, quae mihi obſcurata videtur ab his qui explicare eam voluerunt, Galenus loco citato perſpicue ſic ſcripſit: Καλούντων οὖν τῶν Ἑλλήνων σχεδὸν ἁπάντων τοὺς ἁπαλοὺς καυλοὺς, ὅταν αὔξάνωνται πρὸς τὴν τοῦ καρποῦ τε καὶ σπέρματος ἐκβολὴν, ἀσπαράγους, - - τὴν δύναμιν αὐτῶν ἐροῦμεν. - - - Πολλὰ μὲν οὖν τῶν λαχάνων τε καὶ ὅλως τῶν φυτῶν γεννᾷν πέφυκεν ἐκβλαστήματα τοιαῦτα, πάντα δὲ οὐκ ἐσθίουσιν αὐτὰ, καὶ διὰ τοῦτο περὶ τῶν συνθετέρων ὁ λόγος ἡμῖν ἔσται. Quibus verbis, ſi quid video, clare planeque dicitur, *aſparagos* a Graecis vocatos eſſe plantarum *caules*, *teneros* quidem eos adhuc, ſed *qui iam in altum adſurgerent ad ſemen fructumque ferendum.* In eamdem ſententiam, & aliquanto

etiam disertius, Pollux VI. 54. ait: *πᾶν δὲ τὸ ὑπερεξηνθηκὸς, ὅπερ ἐκκεκαυληκὸς καλοῦσιν, ὄρμενον ὠνόμαζον· καὶ τὸ ὑπέρωρόν τι γενέσθαι, ἐξορμενίσαι.* At ecce Bodaeus, adpositis eisdem Galeni verbis, prorsus contrarium inde colligit: (ad Theophr. p. 600.) »Est ergo, inquit, *asparagus*, quod *primum in lucem prodit oleris germen*, priusquam »in folia explicetur, sive recentissimus turio.« In eamdemque sententiam Salmasius, in Homonymis Hyles Iatr. cap. 30. pag. 33. »Graeci *ἀσπάραγον* - - appellant brassicae »cymam, & quemcunque teneriorem *cauliculum olerum primitus e terra exeuntium.*« Quae qualia sint, dispiciant artis periti: ergo satis habere debui pugnantiam indicasse, quae in his inesse videtur. f

εὐεκκριτώτερος pro vulgato *εὐεκκριτικώτερος* scribendum recte monuerat Casaub. Nam *εὐέκκριτος* in positivo dicitur, non *εὐεκκριτικός*. conf. II. 68. f. & 69. f. Quod de *brassicae asparago* ex DIPHILO adfertur, esse *ὀλέων βλαπτικὸν*, eius contrarium de asparagis proprie sic dictis Plinius refert, *oculis claritatem afferre* scribens, XX. 10, 42. Addit tamen de eisdem ibidem: *Urinam cient utilissime, praeterquam vesicam exulcerant:* quae fere conveniunt cum his quae de brassicae asparago mox rursus ex eodem Diphilo Noster adfert: *ἔστι δὲ - - οὐρητικὸς, καὶ ἀδικεῖ νεφροὺς καὶ κύστιν.* Quo minus video, cur suspicatus sit Casaubonus, *καὶ οὐκ ἀδικεῖ* fortasse scripsisse auctorem: nisi is Dioscoridem & qui cum eo forsitan faciunt respexit; nam apud Dioscoridem quidem lib. II. c. *τμ'.* scribitur, *βοηθεῖ δυσουροῦσιν, ἰκτερικοῖς, νεφριτικοῖς.* Sed haec rursus Medicis discutienda relinquo.

In SOPHOCLIS *ῥήσει*, post *ἐπισχολάζεται* perperam punctum positum in ed. Cas. quod ex ed. Bas. irrepsit. In verbis nil mutant nostri libri; sed apud Eustath. ad Il. *μ'.* pag. 857, 14. sic scribitur: *Σοφοκλῆς· κἀξορμενίζειν οὐκ ἐπισχολάζεται βλάστη, τουτέστιν, οὐ σχολὴν ἡ βλάστη ἔχει, ἀλλὰ δηλονότι ὁρμᾷ εἰς αὔξην, κατὰ τὰ ἐξορμενίζοντα φυτά.* Sic quidem habet Eustathii ed. Bas. qua utor: nescio, an aliter Veneta, quae non est ad manus. Brunckius quidem ex eiusdem Eustathii ed. Ven. p. 899. citans istum locum in Lexico Sophocleo p. 62. *κἀξορμίζει, κούκ ἐπισχ.* scripsit, quemadmodum est in Athenaei libris.

ANTIPHANIS *versus*, legitimus foret trochaicus tetrameter catalecticus, si *ρα* syllaba in *ἀσπάραγος* produci a

a poſſet, quae brevis eſt cum aliâs, tum in Theopompi & Ameipſiae verſibus ſupra adlatis; aut ſi ἀσπάραγγος eſſet ſcriptum, ut apud Polluc. I. 247. editum eſt, & olim ibidem VI. 54. editum erat: at iſtam quidem ſcripturam per geminum gamma a nullo Grammatico adnotatam video. Itaque fuerit ille verſus, ſi modo caeteroquin integer, tetrameter iambicus brachycatalectus. ἠγλάϊζεν valet ἔθαλλεν. Heſychius: Ἀγλαΐζει, θάλλει.

In his quae ex ARISTOPHONTE adferuntur, corrupta eſſe quae vulgo conſentientibus quidem libris hic legebantur verba, πίτταν, ῥάμνον, σφάκελον, τύμπανον, nemo facile negaverit. Tractavit hunc locum Bodaeus ad Theophr. pag. 638. ubi pro πίτταν, quod *picem* ſignificat, πίτυν corrigebat, *chamaepityn* herbam intelligens, quam interdum nomine illo deſignari ait. »Hoc »ſi minus placet, inquit, pro πίτυν ſcribe θύμβραν, vel »aliam quamdam culinariam plantam.« Mihi in ΠΙΤΤΥΝ latere ΓΗΤΙΟΝ videbatur, i. e. *allii* aut *cepae* quoddam genus, quod ſimul cum pleriſque h. l. laudatis herbis nominatur IV. 170. b. ubi quidem γήτειον ſcribitur, quod perinde eſt; nam & alibi non minus recte γήτιον habes, v. gr. XIV. 662. e. ex optimarum membranarum ſcriptura, quam eamdem etiam IV. 170. b. paulo poſt ſuperiorem locum, ipſum metrum flagitat. conf. infra II. 68. f. ibique not. Adde Poll. VI. 66. Pro ῥάμνον, ῥάφανον probavi ab eodem Bodaeo propoſitum. Mox σφάκελον tenens Dalecampius, *ſphacelum* herbam *ſimilem ſalviae* ait apud Theophraſtum. Et legitur quidem apud hunc ſcriptorem vulgo σφάκελος lib. VI. cap. 1. & 2. pro *ſalvia*; unde & H. Steph. in Theſ. III. 1165. a. habet: ſed iſtam ſcripturam merito ſuſpectam faciunt cum alia, tum hoc quod a nullo e veteribus Grammaticis adnotata illa acceptio huius vocabuli eſt; ut vix dubitandum ſit ex librariorum temeritate σφάκελον pro σφάκον & apud Theophr. & h. l. apud Noſtrum invectum eſſe. σφάκον quidem, ut γήτιον, cum eiſdem caeteris, quae hic commemorantur, herbis nominatam videmus cum apud eumdem Noſtrum IV. 170. b. tum apud Pollucem VI. 66. Quare hoc cum Bodaeo non probandum ſolum, ſed & recipiendum putavi. Denique pro corrupto τύμπανον, πήγανον (i. e. *rutam*) oportuiſſe, iam ante Bodaeum Dalecampius viderat. Totum hunc locum prorſus intactum praetermiſit Caſaub.

AD CAP. LXIII.

Ἡσίοδος δὲ τὸν κοχλίαν φερέοικον καλεῖ. Hesiod. Ἔρ. 569. (ed. Br. 532.) Notum illud apud Ciceronem de Divin. II. 64.

Terrigenam, herbigradam, domi-portam, sanguine cassam.

ANAXILAE versibus subieci Grotii versionem, ex Ex- b cerpt. p. 860. ACHAEI verba, quae veluti prosaica scripta erant, in duos trochaicos versiculos distribui. Adposui in fine interrogandi signum: certe ἢ τοσούσδε *an tot* significat; non *vel quot*, ut reddidit Dalech. In ed. Ven. & Bas. prorsus corrupte ἄλτνη φέρει scribitur, pro quo Dalech. *alunt nemora* posuit. Casaubonus vero Αἴτνη φέρει edens, msstorum vestigia se secutum ait, cum prius ex coniectura ἄλση vel ἄλτη feciſſet. Ac sane e nostris msstis nulla ab ista scriptura Αἴτνη discessio enotata est. At, *Aetnam* montem prae caeteris *magnam alere cochlearum copiam*, nec usquam alibi memoratum reperi, nec probabile mihi visum erat id dicere voluisse poëtam: nec temperare mihi potui, quin ἀτμὴ pro Αἴτνη ponerem. Est enim ἀτμὴ, non modo *fumus* aut *vapor calidus*, sed & *humidus quivis vapor;* ut pro *rore* etiam commode accipi possit, quem *exhalare* terram vulgo putant. Et *cochleas* adrosis quidem vesci plantis nemo ignorat: at simul tamen, quoniam humida praesertim tempestate, & in matutino rore, magnâ copiâ comparent, *humore atque rore ali*, quemadmodum cicadae, putabantur dicebanturque. Id ipsum quidem haud dubie significabat is, qui apud PHILYLLIUM *poëtam* paulo ante dicens inducebatur,

Οὐκ εἰμὶ τέττιξ, οὐδὲ κοχλίας, γύναι.

nempe, *non rore aut aqua vivo.* Sin vulgatam scripturam Αἴτνη tenendam iudicaverit aliquis; ne idcirco nimiae nos temeritatis incuset, verum meminerit, non prorsus eliminatam eam esse a nobis, sed simul cum hac, quae nobis praeferenda visa erat, oculis lectorum, si quis eam forte probaturus esset, subiectam. Et provocare fortasse aliquis eam tuiturus poterit ad Dioscorid. II. 9. ubi *Siculae terrestres cochleae* in optimarum numero commemorantur. Quod vero ait κοχλίαι κεράστατι, peraptum (ad aspectum quidem animalis) epitheton, *cochleae cornutae:* a sing. ὁ κεράστης, quod de cervo proprie dicitur amplis cornibus instructo, ut docet Scholiastes Apollon. Rhod. ad Ar-

b gon. IV. 175. Verba ista Achaei citans Gesnerus de Aq. p. 250. Οὐ τοσούσδε, pro Ἢ τοσούσδε malebat.

γρίφου τάξιν ἔχον. Intellige πρόβλημα, e praecedente verbo προβάλλεται.

Ἀριστοτέλης δὲ ἐν πέμπτῳ περὶ Ζώων Μορίων φησίν· Οἱ κοχλίαι φαίνονται κύοντες ἐν τῷ μετοπώρῳ, καὶ τοῦ ἔαρος· μόνοι τε οὗτοι τῶν ὀστρακοδέρμων συνδυαζόμενοι (perperam συνδιαζόμενοι mssti nostri) ὤφθησαν. Priora verba ducta sunt ex Arist. de Hist. Animal. V. 12. ubi ait κύοντες δὲ φαίνονται καὶ οἱ κοχλίαι πάντες ὁμοίως τὴν αὐτὴν ὥραν. nempe paulo ante dixerat, ἐν τῷ ἔαρι καὶ ἐν τῷ μετοπώρῳ. Posteriora verba leguntur hodie lib. III. De Generat. Animal. cap. XI. pag. 1112. c. edit. Duval. ubi sic: μόνον δὲ τῶν τοιούτων (nempe τῶν ὀστρακοδέρμων) συνδυαζόμενον ἑώραται τὸ τῶν κοχλιῶν γένος. Videtur iam olim Musurus, vir doctus, qui Venetam curavit Athenaei editionem, observasse, priora ista verba non ex *eorum Librorum* quinto, quos hodie περὶ Ζώων Μορίων (i. e. *De Partibus Animalium*) inscriptos habemus, sed ex quinto, ut dixi, *Historiae Animalium* (Ζώων Ἱστορίας, vel περὶ Ζώων Ἱστορίας) esse desumta; quare vocabulum Μορίων, quod post Ζώων adiectum habent mssti omnes (cum nostri, tum ii quibus Casaubonus usus est) obelo *delevit*: quod quidem non hoc uno loco, sed pluribus etiam aliis ab eodem factum reperi. Nam saepe etiam aliàs in Athenaei opere, consentientibus constanter mssstis codicibus, citatur *Aristotelis liber Quintus* περὶ Ζώων Μορίων, ubi semper intelligendus est *Quintus ex eis libris* qui περὶ Ζώων Ἱστορίας in codicibus Aristotelis, qui hodie supersunt, inscribuntur: quibus in locis fere constanter vocabulum Μορίων, a Musuro deletum, in impressis Athenaei libris non comparet; ego vero, ignarus quaenam fuerit illius contusionis caussa, ex praescripto codicum manu exaratorum, & in his veterum nostrarum membranarum Veneto-Parisiensium, ubique restituendum putavi.

c Λέγονται δέ τινες τῶν κοχλιῶν καὶ σέσιλοι. Ἐπίχαρμος - - - Ἀπελλᾶς δὲ, Λακεδαιμονίους, φησὶ, σέμελον τὸν κοχλίαν λέγειν. »Alii Grammatici haec aliter tradunt. »Spartanis enim cochleas dici σεσήλους: simpliciter vero »cochleas appellari σεμέλους. Hesychius: Σέσιλοι, κοχλίαι, »Λάκωνες. Idem: Σέμελος, κοχλίας.« Casaub. Epicharmus Dorica usus est dialecto, quemadmodum & Lacedae-

monii: quare etiam Lacones eodem nomine, quo Epicharmus, adpellaverint cochleam. Ex Hesychio apud Athenaeum σέσιλον corrigendum censuit Bochart. in Hieroz. Part. II. lib. IV. cap. 30. Quod nil necesse est. σέσιλος (quemadmodum metrum poscit in Epicharmi iambo) penultimam longam habet, sicut ἄργιλος, ὄμιλος, & id genus alia. Legitur vero idem vocab. etiam apud Dioscorid. II. 9. ubi, Ὁ ταῖς ἀκάνθαις, inquit, καὶ τοῖς θαμνίσκοις προσκεκολλημένος ἄγριος (κοχλίας,) ὃν τινες σέσιλον ἢ σεσέλιτα [f. σεσέλιδα] καλοῦσι.

Ἀπολλόδωρος - - τῶν κοχλιῶν φησί τινας καλεῖσθαι κωλυσιδείπνους. Perspecte CASAUBONUS: »Viderit APOLLODORUS, quam sit verum, *cochleas quasdam fuisse κωλυσιδείπνους appellatas*. Ego existimo, contrarium esse verum; & τοὺς κωλυσιδείπνους, *qui serius ad conditam coenam ventitarent*, & moram facerent diligentioribus, quos vocabant τρεχεδείπνους, conviviali ioco dictos esse κοχλίας, *quod cochleam vincerent tarditudine*, ut ille ait apud Plautum. Plurima sunt hoc genus συμποτικὰ ἀστεῖσματα in scriptis veterum. Suspicio est, scripsisse *Apollodorum* in explicanda origine huius vocis, ortam videri a κόχλω, verbo antiquo idem significante ac γυρίζω, *roto*: aut ab ὁλῶ, τὸ συστρέφω, (hae sunt Grammaticorum interpretiae) ὁλίαν primo, deinde κοχλίαν dictum, [conf. Etymolog. M. in Κοχλίδιον] *quod non recta procederent*: παρ' ὃ καὶ κοχλίας λέγεσθαι τοὺς κωλυσιδείπνους. Haec aut similia Apollodorus: quae lecta negligenter & properanter, neque intellecta ab eo videntur, qui haec ita scripsit, sive Athenaeus, sive eius Breviator. « — Vocabulo τρεχέδειπνος usus erat Noster, I. 4. a. & Plutarchus Sympos. VIII. 6. apud quem τῷ τρεχεδείπνῳ opponitur ὁ κωλυσίδειπνος, qui *quod tardius ad coenam venit, alios convivas*, dum ipsum exspectant, *a coena prohibet*. Ex eodem Plutarchi loco lux accedit illis Amphidis verbis apud Nostrum I. 8. c. Ἀσυμβόλου γὰρ δείπνου ὅστις ὑστερεῖ &c. quorum vim me non satis percipere supra professus eram. Narrat ibi Plutarchus, Polycharmum, Athenienstum demagogum, cum publice pro concione rationem vitae a se actae redderet, inter alia haec dixisse: *Numquam ego, vocatus ad coenam, postremus veni.* »Videtur enim hoc (sic dein pergit Chaeronensis philosophus) admodum esse populare: sicut contra, quos sero venientes prae-

d » ſtolari coguntur alii, eos hi inſuaves & imperioſos iudi-» cant, moleſteque ferunt. «

AD CAP. LXIV.

Βολβοί. De *Bulbis*, quos dixere veteres, vide Theophraſt. Hiſt. Plant. VII. 13. ibique Bodaeum. » Plurium » generum (ait LISTER ad Apicii lib. VII. c. 12.) fuerunt » *bulbi:* at privatim *eſculenti & cibarii* modernis prorſus » ignoti. Vide Io. Bauhinum. An Orchidum quaedam ſpe-» cies? - - An radices Tuliparum? - - Bulbi craſſiorem pi-» tuitam faciunt, ait Corn. Celſus. Igitur non poſſunt eſ-» ſe ex acribus, vel ex ceparum aliquo genere raparumve. «

In EUBULI *verſ.* 1. Θερμότερον ἢ κραυρότερον ἢ μέσως ἔχον, Caſaubonus μέσως ἔχον intelligens inter illa duo quae prius nominantur, pro κραυρότερον legendum κρυερώτερον cenſuit, ut contrarium τῷ θερμότερον, quo exiſteret haec ſententia: » Inquirunt diligenter homines de-» licati, quaenam ſit cuiuſque cibi natura: ecquis, ſi *fer-» vens* comedatur, melius ſapiat: ecquis ſi *frigidus:* quem » rurſus *tepentem* praeſtet eſſe: atque hoc probe noſſe, id » vero putant iſti maius *quam Troiam cepiſſe.* « Iſtamque correctionem ſuo calculo probavit Ruhnken. ad Tim. p. 168. Quam ego non praeciſe quidem damnans, vulgatam tamen teneri fortaſſe poſſe exiſtimavi, ut μέσως ἔχον intelligeretur *medium tenens inter id quod parum & quod nimium eſt.* Sic κραυρὸν ſive pro *arido* accipias, ſive pro *friabili*, quod in cibis idem atque *tenerum* (germanice *mürb* dicunt, Graece aliâs ταρερὸν) valere putavi; haec prodibat ſententia: *Sit-ne cibus, qui adponitur, plus minus-ve calidus; aut plus minus-ve aridus*, (ſive *tener;*) *an media quadam ratione* (i. e. recte) *ſe habeat; id vero alii maioris rem momenti eſſe putant, quam Troiam cepiſſe.* Integrum *verſum* 2. expreſſum eſſe ex Euripidis Andromache [vſ. 369.] docuit Caſaub. *Verſ.* 3. καυλοὶ ſunt *ſilphii caules edules:* σίλφιον, *laſerpitium*, ſeu *ſuccus ipſe ſilphii*, qui *Cyraenaicus* dicitur. Inde παρόψιδας (i. e. *obſonia* coll. IX. 367. c. d.) quae cum ſilphio parantur, ἱεροσύλους, *ſacrilega* obſonia, vocat; quia ſilphium frutex eſt generis *ferulacei;* (Theophraſt. Hiſt. Plant. VI. 3. Plin. XIX. 3, 15.) & πικρὰς, id eſt, *miſera, luctuoſa;* quod nimiae deliciae multorum e morborum ſint cauſſae. *Verſ.* 8. κρέας ἀσύλοικον dicit *car-*

locum valet, quod de posterioribus tantum versibus adnotavit CASAUBONUS, cum ait: »Trium postremorum ver»suum dictio prorsus aliena est ab humili Comicorum sty»lo. Non dubito, de industria poëtam tragica & ampul»lata dicendi genera usurpasse, ut suorum aequalium tra»gicum aut Dithyrambicum impetum irrideret: quod vi»demus ab Aristophane & saepissime fieri, & semper ur»baniſſime.« Ante Πελοπ. in edd. vett. & msstis καὶ particula erat inserta; commode quidem ad sententiam, sed importune ad metrum. Quare recte eam eiecit Casaubon. *Vers.* 4 *sq.* Βυσαύχην Δεᾶς Δηοῦς σύνοικος, γηγενὴς βολβός. Δεᾶ Δηοῖ editum erat: Δεᾶς Δηοῦς dedere nostri msstι, in quibus tamen mendose Δηοῦν, pro Δηοῦς. Δηὼ, Δηοῦς, ἡ Δημήτηρ, *Ceres*, *terra*. Βυσαύχην dicitur, qui *brevi* est & *obstipe collo*: ὁ τοὺς ὤμους συνέλκων ἐπὶ τὸν τράχηλον, aut ὁ τὸν αὐχένα συνέχων, καὶ τοὺς ὤμους ἀνέλκων, ut e veteribus Grammaticis docuit Eustath. ad Il. β' p. 156, 45. Quod epitheton qua ratione *bulbo* tribuat hic poëta, utrum ob formam, an ob vim & effectum, non definiam equidem. Ex physiognomices artis ratione *insidiatorem* esse τὸν βυσαύχενα interpretatus erat Aristoteles, ut Pollux adnotavit II. 135. An eo adludens poëta, bulbum veluti *insidiosum* dixit? id quidem vix probabile. Dalech. vertit, *nec e profundo cervicem exserens*: eodemque fere modo sive Adamus sive Villebr. *enfant de la terre, ou il est enfoncé jusqu'au cou.* Mihi eo spectare ista adpellatio videbatur, quod proxime supra radicem folia statim in omnes partes excrescant, quorum e medio deinde demum caulis florem gerens fructumque laturus exsurgat: unde fit, ut, si folia cum caule pro *corpore* plantae habeas, radicem s. bulbum ipsum pro *capite*, inter caput corpusque nonnisi *brevissimum* veluti *collum* interſit. *Vers.* 8. Φλεβὸς τροπωτὴρ του- a
λύπους. Mire CASAUB. »*Polypum* (inquit) vocat φλεβὸς »τροπωτῆρα, quia *colorem mutat.*« Polypum in eorum ciborum numero posuisse veteres, qui & Venerem stimulant, & ad eius usum vires homini addant, nisi aliunde constaret, satis ex hoc ipso loco patebat, cum quo commode conferetur alius huic geminus, VIII. 356. f. Quare quam *venam* hic dicit poëta, ea est, quam γονίμην φλέβα Alcaeus Messenius dixit Epigr. VIII. T. I. Analect. Bruncki pag. 486. & nude item φλέβα Leonidas Tarentinus Epigr. XXVI. T. I. pag. 227. cum quo loco hunc nostrum

a contulit Iacobs in Animadv. ad Anthol. Vol. I. Part. II. pag. 86. τροπωτὴρ vulgo quidem *lorum* dicebatur, *quo ad ſcalmum adligabatur remus;* quem ſolum ſignificatum adnotarunt Grammatici: ſed a verbo τροπάω (i. q. τρέπω) deductum vocabulum, proprie & per ipſam ſuam formationem vel eum ſignificat, *qui vertit*, qui *in aliam formam mutat;* vel *qui in omnes partes vertit, agitat, exercet.* τροχήλατος κόρη, *filia agitatae rotae*, eſt patina fictilis; quod & Caſaub. monuit. conf. ad I. 28. c. (Animadv. p. 210.) Adde IV. 169. e. στερνοσώματον κύτος »eſt *patinae cavum*, »quod prae ſua magnitudine & pectus & corpus totum »vaſti polypi caperet.« CASAUB. Equidem τὸ στερνοσώματον non ad polypi pectus corpuſque referam, ſed ad ipſius *patinae amplam cavitatem* & quaſi *gremium.*

ARCHESTRATI *verſus* 2. cui in fine duo pedes deſunt, ſic editus legebatur, ταῖς δ' ἄλλαισι παροψίσι πάσαις. Quem ſic, uti e noſtrorum codicum praeſcripto fecimus, refingi iuſſit Caſaub. in Animadv.

AD CAP. LXV.

Quinque verba, πολύτροφα εἶναι ἀλλὰ διὰ τὸ, cum omiſſa eſſent in editis, ſupplevi ex msstis. De eiſdem inſerendis monuerat etiam Caſaub. Deinde vero non cum editis καὶ τὰς αὐτὰς habent noſtri mssti, ſed τὰς πρώτας φύσεις αὐτὰς τὰς δυν. abſque καὶ & abſque commate: b quod mendoſum iudicavi. Quod mox in Proverbio dicitur, εἰ μὴ νεῦρ' ἔχῃς, eo reſpexerat Philoxenus, cum ſupra (I. 5. d.) νεύρων ἐπιπάνος diceret. Idem proverbium in animo habuit Martialis, cum ſcriberet Xenion 34. lib. XIII. Cum his, quae mox de *bulborum varia bonitate* Diphilus ait, contendit Salmaſius (in Homon. Hyles Iatr. p. 197. b. A.) ea quae de eodem argumento Dioſcorides habet, quae cum his pugnare videntur. Pro σκυλλώδεις, quod erat editum, σκιλλώδεις ſcribendum monuerat iam Caſaub. Sic vero & noſtri dedere mssti. Quod autem ſubiecit idem CASAUB. »*Bulborum* & *ſquillae* ſimi»lem in multis naturam eſſe, ſciunt naturae rerum con»ſcii:« id quidem ab hoc loco alienum erat. Nam σκιλλώδεις multi cibi dicuntur, qui nihil cum *ſquilla* commune habent, niſi *acriorem* quemdam *mordacioremque ſaporem.* conf. III. 87. c. IV. 121. a. In eodem vocabulo erravit

Dioſcoridis interpres, II. 161. ubi *σκιλλώδης*, pariter de b bulbo quodam eduli dictum, *ad ſcillae figuram propius accedens* vertit: qualibus exemplis diſcant Medici, quam egregie non modo ludant operam, ſed &' ſeſe & alios ſaepe miros in errores ſint inducturi, ſi veterum Artis ſuae Magiſtrorum ſcita atque praecepta e latinis Graecorum librorum verſionibus percipi poſſe confidant. Caeterum non ſum neſcius, ipſam etiam ſcillam in bulborum numero relatam a Plinio XIX. 5, 30.

AD CAP. LXVI.

Continuantur Diphili Medici verba, uſque *καὶ εὐέκκριτοι*. Quod ait *παχύ τι*, idem valet ac *πολύ τι*. cf. I. 33. c b. *καί γε* idem valet ac *καί τοι*, *quamquam*. Iſtud *καί γε ἱκανῶς εἰσι* referendum putavi ad praecedens *εὐστόμαχοι*: quaſi dixiſſet, *καί τοι ἱκανῶς εὐστόμαχοί εἰσι, καὶ εὐέκκριτοι*.

Μάτρων ἐν Παρῳδίαις. Sic hoc loco, pro olim edito *Παρῳδαῖς*, commode dedit uterque noſter codex. cf. ad p. 73. e. *Σόγκους* agnoſcunt h. l. mssti & editiones omnes, poſtremâ Caſauboniana exceptâ, in qua *Σόγχους*; quod probum quidem per ſe, (ſic quidem libri omnes p. 60. d. ex Antiphane) ſed nil opus erat hîc invitis libris obtrudere. Praelatum tamen *Σόγχους* video a Brunckio in Analect. T. II. pag. 249. ubi hi Matronis verſus exhibentur. Lepide vero *ſonchum*, ſpinis hiſpidam plantam, feſtivus Homeri imitator *καρηκομοῶντα ἀκάνθαις* vocavit, quemadmodum alibi echinum marinum, IV. 135. a. Quod deinde *bulbinas*, *Iovis Olympii cantores* adpellat, eum honorem tribuere iocoſus poëta amat cibis flatulentis, qui ventris crepitus ſolent excitare: ſic quidem rurſus de ſquillis cancellis, IV. 136. a. *Verſ.* 5. pro *ἰδεῖν*, quod vulgatum erat, *ἰδέειν* ſcripſi, metro poſcente, quod iam praeiverat Brunck l. c.

AD CAP. LXVII.

Θεόφραστος δὲ ἐν ζ'. Φυτῶν. Forſan *Φυτῶν Ἱστορίας*, d ut paſſim alibi, v. gr. II. 66. e. Locus eſt in Hiſt. Plant. VII. 13. Eademque fere Plinius habet, XIX. 5, 30. Quae mox de *bulbo eriophoro* adferuntur, eodem loco habet

Theophraſtus; Plinius vero XIX. 2, 10. ubi πόδεια *impilia* interpretatur.

e PHILEMONIS *verſus* praetermiſſi ſunt a Clerico in Philemonis Fragmentis; non alia de cauſſa, niſi quod in Auctorum ab Athenaeo citatorum Indice locum hunc adnotare oblitus erat Dalecampius; qui Index deinde, ſicut eum Dalech. ediderat, ſecundae & tertiae editioni Caſaubonianae praefixus eſt, nonniſi paginarum numeris ad has editiones adaptatis. *Verſ.* 2. εὐδοκιμεῖ in ed. Ven. nullo accentu erat notatum: Baſileenſis editor penacutum fecit, ut eſſet imperfectum praeteritum, quod tenuit Caſ. Equidem in praeſente tempore efferendum putavi. *Verſ.* 3. In χρόμυον, ſimplici literâ μ, conſentiunt hic, quod ſciam, mssti editique: ac ferri id poſſet, ſi per metri rationem neceſſe eſſet. Sed quum ad metrum iſto loco indifferens ſit, χρόμμυον malim, quae eſt legitima huius vocabuli ſcriptura. Sic etiam p. 68. e. mssti dedere, ubi pariter ac hic χρόμυον editum erat. *Verſ.* 3. Pro ἐφ' αὐτοῦ ἐστι πονηρὸς, Brunck in ora ſui libri notavit ἐφ' αὑτοῦ ἔστιν πον. Quam mutationem & ignorant noſtri libri, nec admodum neceſſariam iudicavi.

Percommode vero deinde τῶν συμποσίων habent edd. ſive id ſuo in cod. invenerat primus editor, ſive ex coniect. correxit. Mendoſum quidem haud dubie eſt τοῦ σίου, quod pro iſto habent noſtri codices. Cum in interpretando verbo περιγράφειν hallucinatus eſſet interpres, monuit h. l. CASAUB. »Τῶν συμποσίων περιγράφων τοὺς »βολβοὺς, verte, *e conviviis bulbos circumſcribens*: & περι»γράφειν δεῖ τὴν πολλὴν βρῶσιν, *circumſcribere oportet co»piam ciborum*. Fori Attici verbum eſt περιγράφειν, pro »*adimere, auferre*. Creditores cum nomina ſua extorquere »non poterant, in corpora ſaeviebant. Prima poena erat, »ademtio libertatis eundi quo vellent. Locum enim *cir»cumſcribebant*, unde illis fas non erat exire ante redditam »pecuniam. Heſychius: Περίγραφον· οἱ δανείζοντες τοῖς μὴ »ἀποδιδοῦσι τὸ ἀργύριον περιέγραφον, καὶ οὐχ ὑπερέβαινον »ἕως * λύτουν. Lego, περιέγραφον τόπον, καὶ οὐχ ὑπερέ»βαινον ἕως τοῦ λῦσαι. Inde igitur περιγράφειν ἀπό τινος »dici coepit, pro, *veluti lineâ circumſcriptâ arcere ab aliquo*.« — Eamdem in ſententiam eſt apud Epictet. in Enchirid. 33, 7. τὸ πρὸς τρυφὴν ἅπαν περίγραφε.

AD CAP. LXVIII.

TELECLIDIS unus *verſus* eſt anapaeſticus tetrameter ca- f
taleĉticus in ſyllabam, quem Ariſtophanium vocant. Hunc ob ſpatii anguſtias, in duo hemiſtichia diſtribuere conſultum duxi. In eo εἰς τὴν φάρυγγ' editum erat: ubi τὴν articulum foem. tenet noſter cod. *b.* ſed maſculinum τὸν habet *a.* quod perinde eſt: nam perinde ἡ & ὁ φάρυγξ recte dicitur. At quum duobus aliis apud Noſtrum locis, ubi idem verſus citatur, (VI. 268. c. & XIV. 644. f.) τὸν habeant communi conſenſu editi ſcriptique libri, hîc quoque τὸν receptum malim. Pro φάρυγγ', quod habet Veneta editio, perperam eſt φάριγγ' in ed. Baſ. quod inde etiam in ed. Caſ. propagatum. Et φάρυγγ' quidem & hîc & duobus reliquis locis tenent (quod ſciam) mssti libri: at id quum repugnaret metro, haud dubie in φάρυγ' fuit mutandum, in quo nobis praeivit Pierſon ad Moer. pag. 85. Eſt autem poëtis maxime frequentata illa nominis forma per ſimpl. γ in obliquis caſibus. cf. Od. ι'. 373. & ibi Interpp. In ὀπταὶ & hîc & VI. 268. c. conſentiunt libri: pro quo quum XIV. 644. f. αὐτόμαται adverſante quidem metro, & alioquin etiam corrupte (nam αὐτόματοι ſaltem oportebat) legeretur, ubique fortaſſe Αὐταὶ δὲ κιχλ. legendum ſuſpicatus erat Pierſ. l. c. Συρακούσιοι. At non modo *Syracuſii*, ſed omnino Dores, ut docet Euſtath. ad Od. χ'. 795. 38. In EPICHARMI *verſu*, ἐλαιοφιλοφάγους cum mssti noſtris dedit Euſtath. l. c. e quo eam ſcripturam etiam CASAUBONUS commendaverat, adiecta hac obſervatione: »Amant enim *turdi*, *olivis*, »non *foliis olivarum*, *veſci*. Integra ſaepe oliveta ſic tur»dorum greges populantur, ut inter agrorum calamitates »non poſtrema iſta cenſeatur.«

Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις. Vide Ariſtoph. Nub. vſ. 339. & quae ibi a Brunckio notata ſunt. Τρία δὲ εἶναι γένη a κιχλῶν Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ. Vide Ariſt. Hiſtor. Animal. IX. 20. Ibi pro ἰλλάδα, quod paulo poſt habent apud Athenaeum libri omnes, ἰλιάδα ſcribitur. Et »iam olim (ut adnotavit CASAUB.) »philoſophi locus ille ancipitis »lectionis fuit: nam ἰλιὰς tuetur Heſychius: ἰλλὰς Euſta»thius.« Videtur autem mendoſo iam tum Ariſtotelis codice uſus eſſe Heſychius, vera autem ſcriptura ab Athe-

a naeo conſervata: certe nomen ἰλλὰς, quod ex Noſtro cum reliquis Ariſtotelis verbis hic adlatis repetiit Euſtath. ad Iliad. ν'. p. 923, 33. illi *turdorum* generi, quod συγγελαστικὸν eſſe monet Ariſtoteles, & ſicuti hirundines ἀγελαδὸν (coll. eodem Ariſtot. Hiſt. Anim. VI. 1.) nidificari ait, ab ipſa illa avis natura inditum videtur, ab εἰλεῖν, vel ἴλλειν, quod συνάγειν & συστρέφειν ſignificat, ut idem Euſtath. ibid. docet. Conf. Heſych. in Ἰλλάδας & Ἴλλαι, quae vocabula per ἀγέλας exponit idem ipſe Grammaticus. Quod vero doctiſſimus Geſner de Avib. p. 690. ait, Athenaeum etiam ἰλιάδα habere, id non niſi ad Baſileenſem ſpectat editionem, ubi ex vulgaris Ariſtotelis libris, conſilio non optimo, ſcriptura iſta in Athenaeum illata eſt.

Ἐπικιχλίδες: »*Carmen cantatum* ἐπὶ κίχλαις, *pro turdis*, »vel *propoſita turdorum mercede.* ἐπὶ ſic accipiendum, ut in »pactis conventis. De hoc poëmate vide lib. XIV. [pag. »639. a.] Meminit etiam Herodotus [in vita Homeri.]« Casaub. — Vide Fabricii Bibl. Graec. T. I. p. 279.

AD CAP. LXIX.

b ΣΥΚΑΛΙΔΕΣ. Ficedulae. De hac avicula, ſive de variis avicularum generibus, quae iſto nomine comprehenduntur, praeter Geſnerum de Avib. p. 339-341. conſulenda quae, qua ſolet cum doctrina, tum iudicio, collegit Camus ad Ariſtot. Hiſt. Anim. p. 117 ſqq. Nos hic, pro noſtro inſtituto, quae a Casaubono adnotata ſunt, adponemus: »De *Ficedulis*, inquit, quae ex Alexandro Myn»dio narrantur, diverſa ſunt omnia a Philoſophi placitis. »Alexander *ficedulas* ſpeciem facit *aegithallorum* ſive *pa»rorum*: Ariſtoteli [Hiſt. Anim. VIII. 3.] & *aegithalli* & »*ficedulae* ſpecies diſtinctae ſunt avium, quae vermibus »veſcuntur. Myndius *duo genera parorum* ſtatuit: Stagirita »philoſophus [ibid.] tria diſerte ponit. Iam in nomini»bus ipſis nihil ſimile. ἑλαιοῦ nuſquam in Ariſtotele men»tio: nam ἐλεὸς, de quo libro VIII. Hiſtoriarum, [cap. »3.] inter aves nocturnas: & ἐλέα, [al. ἑλέα,] cuius »extat hiſtoria lib. IX. cap. 21. [immo cap. 16.] alius »eſt generis avis. πιρίας incognitum philoſopho nomen, »ut & πυρρίας, quod docti ſubſtituunt pro πιρίας. Ari»ſtoteli tamen [VIII. 3.] πυρρούλας cum *ficedula* & *me»lancorypho* inter aves σκωληκοφάγους recenſetur. In Alex-

» andri verbis obſervamus haec: ὑφ' ὧν μὲν ἐλαιὸς κα- b
» λεῖται, ὑπὸ δέ τινων πιρίας· συκαλὶς δ' ὅταν ἀκμάζῃ τὰ
» σῦκα. Si haec vera lectio, eadem avis pro diverſis anni » temporibus diverſa nomina habebit, neque *ficedulis* ſuum » illud nomen perennabit, ſed paucorum tantum erit men- » ſium in anno. Hoc mihi videtur abſurdum: propterea » ſuſpectam habeo librorum fidem, & deeſſe verba aliquot » reor, ita, niſi fallor, explenda: συκαλὶς, ὅτι ἀλίσκεται » ὅταν ἀκμάζῃ τὰ σῦκα.« — Haec ille. In Alexandri Myn- dii verbis αἰγιθαλλῶν erat editum; αἰγιθηλῶν habent noſtri codices, ſcriptâ vocali α ſuper η. Inde alteram λ de- levi. Scriptura iſta per η, quam contextus habet, fecit ut de *caprimulgo* cogitarem: at is longe diverſa avis eſt, & graece non αἰγιθηλὸς, ſed αἰγοθήλας vocatur, de quo Ariſt. Hiſt. Anim. IX. 30. & Aelian. de Nat. Anim. III. 39. & XVI. 22. conf. Becmann. ad Antigoni Caryſtii Hi- ſtor. Mirab. p. 90. Quare in latina noſtra verſione *deleta* illa verba, *ſive caprimulgis*, velim. Apud Ariſtot. promiſcue, aliàs acute αἰγιθαλὸς ſcribitur, aliàs αἰγίθαλος antepena- cute: quo nomine *parum* aviculam deſignari, quam *me- ſangiam* vulgo vocamus, conſentiunt omnes. Vocabulum ἐλαιὸς unde acceperit primus Athenaei editor, neſcio: codices noſtri, ut ſub contextu adnotavi, ἔλαιον habent, haud dubie mendoſum nomen. Salmaſius Exercit. Plin. p. 168. ἐλαιὰς legendum cenſuit, eamdem aviculam intel- ligens, quae ἐλέα apud Ariſt. IX. 16. & ἐλεᾶς apud Ari- ſtoph. in Avib. 303. ubi conf. Schol. Pro πιρίας (vel πι- ρία, quod habent noſtri libri) πυριὰς vel πυρίας aut πυρ- ρίας emendabant Wotton, Dalech. & Salmaſ. l. c. Caute Gesner pag. 340. » Vide, ait, num σπιζίας legi poſſit. » Eſt enim *ſpizites* aegithali ſpecies Ariſtoteli, [VIII. 3.] a » magnitudine fringillae dicta; ut accipiter *ſpizias* eidem, » qui fringillas venatur.« Caſauboni ſupplemento in ver- bis ſeqq. nil eſſe opus, monuit Salmaſ. l. c. Nec mirari adeo duplex nomen, diverſis anni temporibus eidem ani- manti inditum, debuerat vir doctus; cuius uſus hodieque in nonnullis animalibus exempla habemus. De duplici au- tem illa *ficedulae* adpellatione monuit etiam Plinius X. 29, 44. quae e communi opinione nata erat, (quam ipſe et- iam Ariſtoteles profeſſus eſt, IX. 49.) qua formam ſuam mutare ficedulam ſibi perſuaſerant; cum, verum ſi quae- ris, aliud avium genus ſit, quod pro eodem mutatâ for-

b mâ habuere veteres, ut bene monuit Harduin. ad Plin. l. c. T. I. pag. 561.

EPICHARMI *verba* repetiit Euſtath. ad Iliad. ρ'. p. 1148, 41 ſq. intermixtis etiam ſimilibus nonnullis eiuſdem poëtae verbis, quae infra lib. VII. pag. 286. b. c. leguntur: quo ex altero Athenaei loco colligi poterat, e fabula Epicharmi, cui *Hebes Nuptiae* titulus erat, deſumta haec verba. Verbum ἦν, quod in his legitur, tertia perſ. plur. pro ἦσαν eſt, ex dorica dialecto, ut monuit Maittaire de Dialect. p. 207. quem morem & paſſim Iones ſecuti ſunt, ut ex Heſiodo adnotavit Euſtath. l. c. & ex Herodoto c Valckenarius ad Herodot. V. 12. Paulo poſt, ὀνομάζοιντ' ἂν ex coniect. edidi, oblitus ſub contextu adnotare, ὀνομάζοιτ' ἂν vulgo legi conſentientibus libris: quem ſi quis probet ſubitum a plurali numero ad ſingularem tranſitum, non deerunt illi quidem exempla, quibus ſuam tueatur ſententiam. Poſſit vero etiam haud improbabiliter ſuſpicari aliquis, eſſe fortaſſe ex perperam accepto ſcripturae compendio ὀνομάζοιτ' editum ſcriptumque pro ὀνομάζοιτις. In fine huius cap. διὰ δυεῖν dedere noſtri codices; διὰ λλ δυοῖν edd.

AD CAP. LXX.

Vulgo ſic edebatur, conſentientibus msstis: ΣΠΙΝΟΣ. Εὔβουλος· Ἀμφιδρομίων &c. Ubi CASAUB. »Pro Εὔβουλος ſcribendum fortaſſe Ἔφιππος, ut lib. IX.« Scilicet IX. 370. d. iidem qui hîc adferuntur verſus, duobus aliis etiam vel tribus initio aucti, diſerte ex EPHIPPI *Geryone* citantur; quae fabula eiuſdem Ephippi & alibi paſſim laudata reperitur. Quare non dubitavi verſibus iſtis & poëtae huius & fabulae nomen praeponere. Nec vero idcirco abiiciendum EUBULI nomen, quod dabant libri, putavi: ſuſpicatus ſcilicet, intercidiſſe teſtimonium, quod ex Eubulo hoc loco Athenaeus adpoſuiſſet. Nunc, oculos forte in ea quae paulo poſt ſequuntur coniiciens, animadverto, non adpoſitum fuiſſe hoc ipſo loco ab Athenaeo Eubuli teſtimonium, & ab Epitomatore aut a librariis omiſſum; ſed tale quid h. l. dixiſſe Athenaeum, *diminutivo vocabulo σπινίον uſum eſſe* EUBULUM *loco paulo poſt adferendo.* Sic enim & aliâs ſubinde factum a Deipnoſophiſta videmus; v. gr. III. 95. a. coll. p. 107. a. b. Eo etiam reſpicit de-

inde δὴ particula, cum ait, (infra, lit. e.) καὶ δὴ καὶ παρ' Εὐβούλῳ. De festo die, quem Ἀμφιδρόμια dixerunt Graeci, quo die nomina imponebant nuper natis infantibus, consulendus Hesychius, & quos ibi auctores laudarunt Interpretes, instarque omnium Meurs. in Graecia Feriata, hac voce. *Vers. penult.* πιλοῦν legas, a πιλόω, d an ex p. 370. d. πιλεῖν, a πιλέω, nihil interest. Utrumque *cogere*, *conspipare*, proprie denotat: hic autem fortasse non tam *congerere* verti debuit, (ut feci cum Dalecampio,) quam *ingerere;* ut ἐπιστρεφῶς πιλοῦν πλεκτάνας sit *gnaviter implere ventrem polyporum cirris.* Videntur autem, qui polypis vescebantur, *cirros* praesertim in deliciis habuisse. cf. I. 5. d. CASAUBONO etiam (quod nunc demum animadverto) placuit πιλοῦν hic pro *edere* accipi: »Nam »*mandendo*, inquit, *cogitur;* neque inepte, quod *mansum* »est, πίλημα dixeris.« De verbo πνίγειν (*vers.* 4.) monuit idem CASAUB. esse illum *elixandi modum*, quem hodieque *suffocationem* vocant: »cum in proprio succo co»quuntur carnes, intra ollam aut patinam concluſae, ut »nullus exhalationibus pateat meatus: unde πνικτὰ κρέα »Graeci vocant, quae ita sunt cocta.« — *Ibidem:* »Στηθί»νιον, inquit, apud Pollucem per ι in secunda syllaba, »*medium* est *pectoris*: στηθίνιον in Etymologico: perperam. »At στηθύνια hic per υ recte, *pectuscula agnina.* Frequens »dictio apud LXX: ut Levitici cap. 7. & 8. ac 10.« Denique ad *vers.* 1. animadverterat idem, perperam in editt. Ven. & Bas. ὀνομάζεται legi: & ex melioribus libris, cum quibus & nostri faciunt, νομίζεται ille restituit, quod recte omnes lib. IX. p. 370. d. agnoscunt.

AD CAP. LXXI.

Νικόστρατος, ἢ Φιλέταιρος. Adiici poterat, ex probabili ac paene certa coniectura, fabulae nomen, ἐν Ἀντύλλῳ. vide III. 108. a. & 118. e. Quae sequuntur poëtae verba, in quatuor versus erant distributa, quorum primus a Τί οὖν excurrebat usque πολυτελῶς: alter, Ἀλλὰ - - ἀγόρασον: tertius, Καὶ νήττη' - - κοψίχους: quartus, Ὀρνιθίων - - χαίρειν. Quibus quodnam insit metrum, dicat nobis is qui istam distributionem probaverit. Mihi, prout verba digessi, legitimum esse metrum senariorum iambicorum visum erat. *Vers.* 2. μὴ πολυτελῶς, ἀλλὰ καθαρείως. Recte κα-

d Σαρείως noſtri codd. quod & e ſuis commendavit Caſaub. Reclamante metro καθαρίως editum erat. Idem mendum corrigendum VII. 311. d. & VIII. 359. b. ubi idem prorſus dictum ex aliis poëtis citatur. Vide Zeun. ad Xenoph. Cyrop. I. 3, 8. & Var. lect. ad Polyb. XI. 9, 5. *Verſ.* 5. ὀρνιθάρια dedit noſter cod. *a.* Et deſiderabatur ſubſtantivum in recto caſu, ad quod referretur adiectivum συχνά. *Verſ.* 6. Percommode χαρίεν γάρ ſcribi iuſſit Caſaub. pro χαίρειν γάρ, quod in membranis reperiri ait. Noſtri quidem mssti γὰρ particulam ignorant. Membranae, quas Caſaubonus dixit, Farneſianae videntur eſſe, quarum collatione ab H. Stephano olim inſtituta ſe uſum eſſe profeſſus eſt in Praefatione Animadverſionum: & eſt mihi ad manus exemplum editionis Baſil. quod olim Caſauboni fuerat, in cuius ora h. l. manu ipſius Caſauboni ſic ſcriptum eſt: » *Cod. St.* χαίρειν γάρ. F. χαρίεν γάρ. «

e Ἀντιφάνης δ'ἐ. Ante haec verba Caſaubonus vocem ΨΑΡΕΣ, tamquam titulum, contextui inſeruit, quam vocem ignorant ibi edd. vett. & mssti. At, eam non modo parum neceſſariam, ſed ne ſatis quidem commode ibi inſertam eſſe, declarat ratio qua ad *ſturnorum* mentionem faciendam tranſit auctor. Quod vero mox ſcribitur, καὶ ψάρας ἐν τοῖς βρώμασι καταλέγει; ſi vera ea ſcriptura eſt, indicaverit Athenaeus, ab aliis vulgo in *eſculentis animalibus* non ſolitum eſſe haberi ſturnum. Atqui Galenus, aequalis Athenaei, lib. VI. de Tuenda Valetud. (referente Geſnero de Avib. p. 679.) inter perdices, turdos, merulas, & huiuſmodi, quae quidem boni ſucci eſſe ab omnibus exiſtimantur, ψάρους, hoc eſt *ſturnos*, etiam commemorat. Quo magis mihi probabile viſum erat, προπόμασι hoc loco, non βρώμασι, ſcripſiſſe Athenaeum. Vide II. 58. b. c. & 64. f. & 66. c. d. χῆνες, ψᾶρες, κίτται. Corrige ψάρες, ut habent edd. & mssti: temere ψᾶρες in noſtrum exemplum irrepſit. Deinde ſi κίτται eſſet ſcriptum, iuſtum ſenarium efficerent iſta verba,

Χῆνες, ψάρες, κίτται, κολοιὸς, κόψιχος.

Quod ait, Παντῶν ἡμᾶς λόγον ἀπαιτεῖς &c. recte obſervavit DALECAMPIUS, eſſe iſta Deipnoſophiſtae alicuius verba, Ulpianum alloquentis. Ibi, pro ἡμῶν, quod in ed. Ven. & Baſ. erat, recte ἡμᾶς edidit Caſaub. cui noſtri adſtipulantur codices. καὶ δὴ καὶ παρ' Εὐβούλῳ. Vide ſupra ad initium capitis LXX. τέτταρ' ἢ καὶ πέντε. Deeſt καὶ

cod. *a.* στρουθάρια δ' οἷον ἐντραγεῖν. Reddidi, *aviculas ex his quae comeduntur.* Dalech. *ſtrutharia quot ad ſatiandos nos ſufficiant.* CASAUB. »accipio, *pullos avium, tantum quod* »*incipientes apti eſſe ad edendum.* Alii, [Dalecampium dicit] »ὅσον ἐντραγεῖν, quos non ſequor.« Κερχνῆδες »Avicu»lae ſunt non ſemel Ariſtophani nominatae. κέρχνη He»ſychio; niſi eſt mendum.« CASAUB. — Quaecumque ſit iſta avicula, nomen habere utique videtur a *milio*, quo veſcitur. κέγχρος, *milium:* pro quo etiam levi tranſpoſitione literarum κέρχνος dicebant, in derivatis certe nominibus, quemadmodum ad II. 53. d. obſervavimus. Itaque cum Geſnero (de Avib. pag. 548. ſub fin. coll. p. 48. extr.) *miliariam* (ſcil. avem) interpretatus ſum; de qua Varro: *In ornithone, praeter alias aves, quidam alunt miliarias ac coturnices, quae pingues veneunt care.* τά τ' ἀλλ' ἅ τ' ἂν ἐπιτύχῃς. τά τ' ἄλλ' (vel ἄλλα) ἅ τ' ἂν edd. ἅττ' ἂν geminata τ litera dedere noſtri libri, quod Atticis pro ἅ τινα ἂν uſurpatum ſatis conſtat. Sed poſſit-ne verbum ἐπιτυγχάνειν cum accuſ. caſu conſtrui, aut ἅττα potuerit-ne etiam pro genitivo ὧν τινων vel ὅτων poni, dubitare me profiteor. Quare videndum, ſatis-ne perſanatus is locus ſit. Metrum quidem etiam in toto illo Eubuli fragmento ſolutum luxatumque eſt.

AD CAP. LXXII.

Quod edidimus, ἴσον καὶ κυάμων τρώγειν, κεφαλῶν f τε οὐ τοκήων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων βεβήλων, cum κυάμους & κεφαλάς τε editum eſſet, recte κυάμων dedere noſtri mssti, perperam quidem κεφαλάς τε tenentes. Utrobique vero genitivum poſuit Euſtath. ad Iliad. ι'. p. 660, 4. cum ait: ἴσον εἶναι μεταλαμβάνειν αὐτοῦ, καὶ κυάμων τρώγειν, καὶ κεφαλῶν οὐ μόνον τοκήων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων βεβήλων. Latere autem in iſtis verbis integrum hexametrum, ex alio Euſtathii loco (ad Iliad. ν'. 925, 15.) docuit Caſaub. ubi ſic: Τοῖς παλαιοῖς λόγον φασὶν εἶναι ἕτερον τοιοῦτον·

Ἰσόν τοι κυάμους τε φαγεῖν κεφαλάς τε τοκήων·
διὰ τὸ,
ψυχῆς αἰζηῶν βάσιν ἔμμεναι ἤδ' ἀναβαθμὸν
ἐξ ἀΐδεω [ſic Caſ. pro vulgato ἀΐδαο] ὅταν αὐγὰς
εἰσανίωσιν. —

»Pythagoricae ſcholae (inquit CASAUB.) hoc ſcitum fuit:

f »quo alluſit Lucianus, cum Pythagoram facit apud infe»ros fabas edere, haec dicentem: Δὸς μόνον κυάμους· ἄλ»λα παρὰ νεκροῖς δόγματα ἔμαθον γὰρ, ὡς οὐδὲν ἴσον κύα»μοι καὶ κεφαλαὶ τοκήων ἐνθάδε.« — Lucian. Dial. Mort. XX. ſect. 3. ubi vide Interpretes.

οὐδένα γοῦν commode dedere noſtri libri. In verbis illis, διὰ τὸ τὰς αἰσθήσεις ἁπάσας σχεδὸν ἐν αὐτῷ εἶναι, aegre ferebat Caſaub. adiectam iſtam vocem σχεδὸν, quoniam ex philoſophorum praeceptis, & ex Galeni praeſertim & Hippocratis, *omnium quae ſenſu percipiuntur fons & principium cerebrum* fuerit dicendum.

Ἀπολλόδωρος — — οὐδ' ὀνομάζειν τινὰ τῶν παλαιῶν, φησὶν, ἐγκέφαλον. Monuit ad h. l. CASAUBONUS, e veteribus non modo medicum Hippocratem ſaepe in ſuis ſcriptis nominaſſe τὸν ἐγκέφαλον, ſed & Homerum Odyſſ. ι'. 458. (cui loco plura alia adiici potuerant:) tum & Euripidem in Theſeo, apud Scholiaſt. Ariſtoph. ad Veſp. 312. Sed iſtas Apollodori argutias paulo poſt ab ipſo Athenaeo confutatas videmus. Conf. Heyn. ad Apollodori Fragm. pag. 1149. Quod ſi culpâ levare doctum illum Grammaticum vellemus; ſtatuendum foret, τινὰς τῶν παλαιῶν
a eum ſcripſiſſe, non τινά. Σοφοκλέα γοῦν — — λευκὸν μυελόν. Vide Sophocl. Trachin. 751. ed. Brunckii, qui ſic corrigendum cenſuit:

Κρατὸς δὲ λευκὸν μυελὸν ἐκραίνει μέσου,
διασπαρέντος αἵματος, κόμης δ' ὁμοῦ.

Docuit tamen idem Brunck in Notis, cum Athenaei libris in vulgatam ſcripturam conſentire Sophoclis codices. Obſervavit h. l. CASAUBONUS, apud Platonem in Timaeo (p. 395. ed. Bip.) *cerebrum* dici *medullae partem:* ipſumque Timaeum, unde iſta habet Plato, dixiſſe, ἀρχὰν καὶ ῥίζαν μυελῷ εἶμεν ἐγκέφαλον, *principium & radicem medullae cerebrum eſſe.* Ibi ex codicis msti praeſcripto Batteux in Timaei editione pag. 44. μυελὸν εἶμεν ἐγκέφαλον legit, i. e. *medullam quae in capite eſt.* Quo pertinet, quod ex Galeno de Uſu Partium lib. VIII. adnotavit Caſaub. ipſum nomen ἐγκέφαλος, *cerebrum* ſignificans, non abſolute accipiendum, ſed intelligendo ὁ μυελὸς ἐγκέφαλος vel ἐγκεφαλίτης. De quo iam H. Stephanus in Theſ. II. 153. monuerat. Denique adnotavit CORAY, hodiernis adhuc Graecis *cerebrum*, leviter mutato vocabulo, τὸν μύαλον & τὸ μύαλον vulgo vocari; & ἀμύαλον hominem dici *fatuum.*

Qui ex EURIPIDE citantur verſus, ſunt ex Troad. 1181 ſqq. edit. Muſgravii, cuius vide Notas. Scripturam verbi ῥιφέντα ex msstis noſtris recepi. Paſſim iam & alibi iſtud verbum in Aor. ſec. poſitum in msstis reperire me memini, ubi temere editores aoriſtum primum ſubſtituerunt. In *Euripidis verſ. extr.* pro ῥαγέντων perperam ῥα- b
φέντων habent iidem noſtri libri cum edd. vett. quem errorem ex Euripidis libris correxit Caſaub. In eiſdem porro edd. vett. corrupte *vſ.* 2. τύχη legebatur pro τείχη, & *vſ.* 4. ἐκ γε pro ἐκγελᾷ, ubi verum reſtituit Caſaub. conſentientibus (quod ſciam) noſtris msstis.

Ἔχει δ' ἐπιστασί-αν. »Ἐπιστασία, pro *obſervatione*, »Graecum non eſt quod ſciam: itaque lego, ἔχει δ' ἐπί-»στασιν.« CASAUB. Et ego ἐπίστασιν malebam, de quo vocab. vide noſtrum Lexicon Polyb. & Indicem in Epictetum: quo minus vero in contextum hc reciperem, retinuit cum librorum in vulgatam ſcripturam conſenſus, tum idem vocabulum eadem notione apud Polyb. II. 2, 2. & II. 40. 3. olim vulgatum, ubi quidem meliores utique libri ἐπίστασιν dabant. ἡ τῶν ποιημάτων τούτων ἐκδοχή. Dalech. *animadvertenda in poëmatibus aetas, ſeculique ſucceſſio*: quae quam aliena ſit ab hoc loco interpretatio, mireris non animadverſum eſſe a docto Caſaubono. ἐκδοχὴ eſt *acceptio verborum auctoris, interpretatio.* Sic paſſim apud Polybium, locis in Lexic. Polyb. indicatis. Eadem notione verbum ἐκδέξασθαι habemus apud Noſtrum III. 85. f. & X. 430. d. Dalecampium tamen fideliter ſecutus eſt Gallicus Interpres: *Il ne faut pas manquer d'obſerver les différentes époques des poëmes.*

PHILOCLIS *verſiculus* in ed. Ven. ſic ſcriptus: Οὐδ' ἂν ἐγκεφάλου γ' ἔσθω λίπος. Nec aliter in Baſ. niſi quod ibi per errorem ἐγκεφάλον expreſſum. Eo refertur Dalecampii verſio: *Cerebri pinguedinem non comedo.* CASAUBONUS ſic edidit: Οὐδ' ἂν ἐγκέφαλον γ' ἔσθων λίποι. Dein *in Animadv.* »*Philoclis verſum*, inquit, adiuvante nonnihil »Euſtathio, ita ſcribimus, ὡς οὐδ' ἂν ἐγκεφάλων γ' ἔσθων »λίποι. Dictum παροιμιῶδες ac venuſtum de homine ſcele-»ratiſſimo, aut certe voraciſſimo, *hic vel cerebra ſine fine* »*comederit.* Nam veſci cerebris, antiquitus peſſimi hominis »erat argumentum.« — Nos ita plane edidimus, ut noſtri praeivere codices, qui conſentiunt cum ratione quam in contextu ſecutus eſt Caſaub. niſi quod γ' particulam igno-

b rent, qua quidem facile carebat verſus. Eſt ſenarius iambicus, cui deeſt pes primus, & prior ſyllaba ſecundi pedis. Euſtathius ad Iliad. ι'. p. 660. totam fere iſtam Athenaei de *cerebro* diſputationem repetens, lin. 9. ita ſcribit: πολλὴ γὰρ χρῆσις τῆς λέξεως παρά τε τοῖς ἄλλοις, καὶ τῷ εἰπόντι ὡς οὐδ' ἂν ἐγκεφάλων ἔσθιον λίπη: in eamdem fere ſententiam, quam ex vett. edd. expreſſerat Dalecampius. Quod ſi librorum noſtrorum ſcripturam tenens Caſaubonus, tamen ab Euſtathio adſciſcere aliquid volebat; poterat ἐγκεφάλων ſumere, quoniam perinde & genitivo & accuſativo caſui locus hic erat, itemque perinde in plurali & in ſingulari (ſive ſententiam ſpectes, ſive metrum) poni illud nomen poterat: ſed ὡς certe particulam, qua ad coniungendam orationem uſus Euſtathius eſt, non debebat doctus Animadverſor pro parte verborum poëtae accipere. ARISTOPHANIS verſiculus eſt ex Ran. 134.

c τοὺς γινομένους ἀπ' αὐτῆς πταρμοὺς προσκυνεῖν. ἀπ' αὐτῆς dedere mssti noſtri; quod verum putavi ea notione, quam in latina verſione expreſſi. De re ſic CASAUB. »*Sternutamentum* veteres *adoratione expiabant*; quod non *ſa*»*crum* eſſe tantum putabant, μόνον τῶν πταρμῶν, [volue»rat, μόνον τῶν πνευμάτων: vide Ariſt. Hiſt. Anim. I. 11. »coll. Problemat. Sect. XXXIII. num. 9.] ut in Hiſtoriis »ſcripſit Ariſtoteles; verum etiam *Deum*. [Ariſtot. Probl. »Sect. XXXIII. num. 7.] Xenophon de Exped. Cyri lib. »III. [pag. 236. ed. Leuncl. Baſ.] Τοῦτο δὲ λέγοντος αὐ»τοῦ, πτάρνυταί τις. ἀκούσαντες δὲ οἱ στρατιῶται, πάν»τες μιᾷ ὁρμῇ προσεκύνησαν τὸν θεόν. Alii morbum aut mor»bi indicium ſternutationem interpretabantur: ideo ſter»nutantibus bene precabantur uſitatâ formulâ, Ζεῦ σῶ»σον.« Formulam iſtam, Ζεῦ σῶσον, habes in Ammiani Epigr. 15. T. II. Analect. Br. p. 387.

τὰς συγκαταθέσεις βεβαιοῦμεν. Ex noſtris msstis hoc recepi. βεβαιουμένας habent edd. quod & ipſum quidem ferri potuiſſe intelligo, licet per ἀνακολουθίαν quamdam (nec vero eam inuſitatam) abſolute ſic poſitus fuerit ille accuſativus participii; quum, pro connexione cum ſuperioribus, βεβαιοῦσθαι oportuiſſet. In *Homerico verſu*, (Iliad. α'. 524.) minus aptum ad metrum eſt ἐπινεύσομαι, quia ſic brevis foret ultima ſyllaba vocis praecedentis κεφαλῇ, quae longa eſſe debet: rectius κατανεύ-

σομαι apud Homerum vulgatum. Fuisse tamen etiam antiquam hanc scripturam, quam Athenaei libri habent, intelligitur ex Scholiaste Villoisoni, ad illum locum monente: Οὕτως, καταυεύσομαι, οὐχὶ ἐπινεύσομαι, Ἀρίσταρχος ἐν τοῖς πρὸς Φιλητᾶν προφέρεται.

AD CAP. LXXIII.

Cum pro φυλλὶς, φύλλης esset editum; CASAUBONUS in Animadv. tentatis variis aliis emendationibus, sic commentari pergebat: »Scribebam φύλλια: memor »legisse apud Galenum & Comici interpretem, sic voca»ta fuisse ἡδύσματα κηπαῖα, *olera quorum usus in condi*»*mentis*; ut origanum, apium, hyssopum, rutam, corian»drum, alia id genus. *Piperi* ista iungi appositissime, ne»mo ibit inficias. [conf. II. 56. d. ibique not.] Ne id qui»dem placet: & φυλλὶς scribo ex lib. III. [pag. 120. d.] »ubi dicitur, *salubre esse si in gustationibus apponatur* φυλ»λὶς, aut φυλλιὰς, ut in Levinii codice. Etiam auctore »Hesychio, φυλλιὰς est ὑπότριμμά τι ἐκ λαχάνων σκευα»ζόμενον. α — Eodem pertinere videtur φυλλὰς, IV. 133. f. coll. Poll. VI. 71. apud quem φυλλάδες sunt τὰ χλωρὰ ὑποτρίμματα. Nobis h. l. nihil opus fuit ex coniectura agere: nam perspicue φυλλὶς dedere nostri codices. τὸ κύπειρον, neutro genere, nusquam aliàs, nisi apud Homerum legitur: (latine tamen *cyperum* neutro genere reperitur apud Varronem, Petronium, Columellam:) posteriores Homero Graeci fere nonnisi (ὁ καὶ ἡ) κύπειρος dixerunt, nonnumquam etiam κύπερος, unde duo genera fecit Plinius XXI. 18, 69 sqq. unum *cipiri*, penultima longa; alterum *cyperi*, brevi penultima: sed unum idemque nomen esse, diversa ratione pronunciatum, plura quidem genera sub se comprehendens, docuit Bodaeus ad Theophr. p. 465 sqq. ubi multa docte quidem, sed confuse, ut solet, de ista planta congessit. *Iunci* genus est *odorati*, *gladiolum* nonnulli vocant; *radix* sive *bulbus*, ob *vim aromaticam*, medicis multo in usu erat. In cibum vero adhibitum κύπειρον non aliter reperio, nisi ea ratione quam Plinius XXI. 17, 67. his verbis commemorat: *Bulborum generi quidam annumerant & cypiri, hoc est gladioli, radicem. Dulcis ea est, & quae decocta panem etiam gratiorem faciat ponderosioremque, simul subacta.*

d Ἂν μὲν ἄρα πέπερί τις &c. » ANTIPHANES *Comicus* ver-» ſibus iſtis in ſycophantas Athenienſes, niſi fallor, inve-» hebatur; qui ſuis calumniis urbis illius nomen reddebant » exoſum. Nam *qui Athenas piper* aliaſque merces peregri-» nas, in Aſiae emporiis emtas, *importabant*, per calumniam » *in periculum capitis ſoliti vocari, tamquam regis Perſarum* » *ſpeculatores*, non mercatores. Sic apud Ariſtophanem mi-» ſelli Megarenſes & Boeoti, qui res ſuas vaenum Athe-» nas deferebant, tanquam inſidiatores deferuntur vexan-» turque. « CASAUB. — Brunckius in Supplem. Notarum ad Ariſtoph. Aves 1052. T. III. p. 213. dubitans an bene graecum eſſet illud γράφω σε μυρίαις δραχμαῖς, pro γράφομαί σε, potuerat, ſi in mentem veniſſet huius loci memoria, ad iſtum *Antiphanis verſum* provocare:

στρεβλοῦν γράφουσι τοῦτον ὡς κατάσκοπον.

At ipſam hanc ſcripturam, quam editi quidem libri omnes agnoſcunt, ſuſpectam facit codicum noſtrorum ſcriptura, στρεβλοῦν φράφῃ τοῦτον; quae, quamvis corrupta & monſtroſa, verae tamen lectionis veſtigia indicare videtur. Sic enim ſuſpicor ſcripſiſſe poëtam,

στρεβλοῦν γράφῃ σὺ τοῦτον ὡς κατάσκοπον.

tu hunc torquendum denuncias, ut ſpeculatorem.

In EUBULI *verſ.* 1. rectius κνίδιον minuſculâ literâ ſcriberetur: nec enim a Κνίδῳ, Cretae urbe, nomen habuit illud *granum*, (licet eodem errore *Gnidium* apud latinos ſcriptores edi ſoleat) ſed ab ἡ κνίδη, *urtica*, quia *vis ei ardens urenſque* ineſt. Vide Plin. XIII. 21, 35. & XVII. 9, 46. conf. Bod. ad Theophr. p. 1184 ſq. Eſſe thymelaeae ſemina, quam alii chamelaeam vocant, ex Plinio adnotavit Dalech. κνίδειον eſt in noſtris codd. aut certe in eorum altero; quae ſcriptura & alibi reperitur. Recte vero κνίδιον edd. nam in κνίδη prima ſyllaba longa eſt. *Verſ.* 2. διαπάτει τὴν ὁδὸν ed. Ven. & Baſ. διάπαττε recte edidit Caſaub. cui noſtri ſuffragantur libri. Nec vero, quidnam aliud ſignificent haec verba, niſi id quod idem Caſaub. dixit, *viam conſperge*, video equidem. Et quamquam, quid ſit quod *cnidio grano aut pipere, admixtâ myrrhâ, viam conſpergere* iubeatur mulier, definire in abrupto verſiculo non auſim; tamen quae hoc loco in immortaliter de Athenaeo meritum virum ruſtica Gallicus interpres convicia cumulavit, non ea me commovere potuerunt, ut crederem homini ſuo ſenſu abundanti, cum pro auctorita-

te contendit, τὴν ὁδὸν hîc pro κατὰ τὴν ὁδὸν esse positum, d & idem atque καλῶς (*bien, comme il faut,*) valere. *Conyzâ*, quae continuo deinde commemoratur, decoctâ illâ quidem, conspergi olim solita esse domorum pavimenta abigendorum culicum pulicumque caussa, ex Bodaeo pag. 577. disco: sed spectare Eubuli verba ad similem aliquem usum moremve, non confirmem.

In Ophelionis *vers.* 1. cum καὶ βίβλον, (non, ut editum erat, βιβλίον) daret codex noster *b.* quem Brunckius olim tractaverat, (cui, ni fallor, cod. *a.* etiam adstipulatur) commode idem vir doctus in ora sui libri adnotavit, ita, uti edidimus, inserta τε particula, scribendum illum versum, quem Toup in Emend. in Suid. Part. II. p. m. 301. sic refingendum censuerat,

Λιβυκὸν πέπερι καὶ θυμίαμα, βιβλίον &c.

Ophelionis comici poëtae mentionem feciſse *Athenaeum secundo Deipnosophistarum libro*, diserte adnotavit Suidas, in Ὠφελ. Eiusdem rursus verba nonnulla paulo post citantur. Quemnam vero hîc ἐμβρόντητον *Platonis librum* poëta dixerit, difficile dictu: ridendum proponere voluisse philosophum, satis intelligitur. Quare non incommode Toupius cum istis verbis Horatiana illa contulit, ex Epist. 1. lib. II.

Deferar in vicum vendentem thus, & odores,
& piper, quidquid chartis amicitur ineptis.

»In *versu* 1. Nicandri [*Theriac.* 875.] scribunt pars e »veterum πολύθρονα, non πολύχνοα. Utramque scriptu»ram poëtae illius scholiastes agnoscit.« Casaub. — *Ibidem*, pro κονίζης, quod habent editi, κονύζης e nostro cod. *b.* adnotavit Brunck. quae lectio nostris in schedis ex eodem cod. excerptis praetermissa est; nec, quid alter habeat codex, certo iam adfirmare possum. Scripturam per υ probant Hesych. & Suid. sed alii aliter, ut etiam H. Steph. adnotavit in Indice Thes. conf. Bod. ad Theophr. p. 577 sq. Alterum Nicandri versum respexit alius e Deipnosophistis infra, III. 126. b. Theophrasti locus est in Hist. Plant. IX. 22. ubi ὥσπερ ὄροβος κέλυφος ἔχον legitur, quod & apud Nostrum reponendum putavi. Sic voluerat, puto, etiam Casaub. in cuius tamen editione ὥσπερ ὄροβος κέλυφος ἔχων legitur. Recte vero dein apud Athenaeum πρόμηκες scribitur, & paulo infe-

rius θερμαντικά: pro quibus mendose ἀπόμηκες & σπερματικὰ vulgo legitur apud Theophr.

f »Theophrasti *libri* περὶ Πνιγμοῦ etiam Laërtius facit »mentionem. [V. 45.] Puto locutum philosophum eo »loco, unde hîc quaedam describuntur, de *cicutae veneno*, »quod *suffocatione* necem inferre scimus. Aperte hoc do»cent praecedentia, διὸ καὶ πρὸς τὸ κώνειον βοηθεῖ ταῦτα. »Quare falluntur, qui pro κνίδης καρπῷ τριφθείσης vo»lunt scribi κνιδίῳ κόκκῳ. [Sic nempe Dalech.] Non ve»niebat illis in mentem, praecipuum medicae artis aucto»rem Dioscoridem inter cicutae remedia *piper & urticae se*»*men* iunctim nominare. Nicander quoque in Alexiph. »[v. 201.] Ἢ πέπερι κνίδης τε μετὰ [μίγα scr. e cod. »Med.] σπερμεῖα λεήνας, νείμειας.« Casaub.

εἰ μὴ μόνον τὸ μέλι. »Adde ex Eustath. [ad Il. λ'. pag. »784, 10.] καὶ τὸ τί. Atque de plenis nominibus cape: »nam τρόφι, κρῖ, ἄλφι, ἔρι, & si qua alia hoc genus »inveniantur, non sunt ἀπαθῆ.« Casaub. — De κοῖφι vide H. Steph. in Indice Thes. Habet tamen & κοΐφι Eustath. l. c. Confer Etymol. M. p. 524, 18. & quae ibi adnotavit Sylburg. Peregrinis nominibus in ι desinentibus, Eustathius l. c. τὸ σίνηπι adiecit, & τὸ σέσελι. At sicut νάπυ, sic & σίναπυ & σίνηπυ per υ scribitur apud Nostrum, II. 68. e. nec aliter mssti IX. 366. d. e. & 367. a.

AD CAP. LXXIV.

Σαμιακοῦ ἐλαίου. Σαμικοῦ edd. & cod. *b*. & sic paulo post iterum edd. in Alexidis *versu*; formâ inusitatâ: nam aut Σάμιος dicitur, aut Σαμιακός. Et Σαμιακοῦ ex mssstis utrobique corrigendum monuit Casaub. cui priore loco suffragatur noster cod. *a*. posteriore loco codex uterque. Quod in *Alexidis versu* a nobis neglectum est, corrigat aequus Lector; ubi metrum quoque, ob primam vocis syllabam brevem, Σαμιακοῦ flagitabat.

a σχῖνον. σχίνον edd. & cod. *a*. Rectius σχῖνον dedit cod. *b*. Sic pag. 62. f. omnes dabant, ubi & metrum primam syllabam longam manifeste indicabat. Et ibi quidem *scillam edulem*, hic *lentiscum* arbustum denotat; sed id ad nominis scripturam nil differt. Accurate de hoc vocab. egit H. Steph. in Thes. III. 1199. De *lentisco* arbore sive arbusto vide quae collegit Bodaeus ad Theophr. p. 230 sq.

ἐν Καρμανίᾳ φησὶ γίνεσθαι ἔλαιον ἀκάνθινον, ᾧ χρῆ- a
σθαι βασιλέα. » *Usus est eo oleo rex* vel ad ciborum condi-
» mentum, vel ad illitum corporis. E qua *spina* id fieret,
» non explicat. κατ' ἐξοχὴν Graeci ἄκανθαν, *spinam*, vo-
» cant, e cuius fructu *acacia* exprimitur. Quidam legunt
» *oenanthinum*, pro *acanthino*. « DALECH. — In ἀκάνθινον
consentiunt libri & Eustath. ad Od. ζ'. p. 248. 19. ubi di-
serte etiam adiicit, ἐξ ἀκάνθης factum esse illud oleum.
Strabo, monens lib. XV. p. 726. *arborum magnarum omnis generis, oleâ exceptâ, feracem fuisse Carmaniam*, eumdem fortasse, quem Athenaeus, CTESIAE locum ob oculos habuerat. Quaenam vero sit *spina*, quam dixerit Ctesias, incertum. Quod dein legitur ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσ. φόρων τρίτῳ βιβλίῳ, videndum ne in voce τρίτῳ, quae est in editis, aliud quid lateat. Mssti quidem nostri non τρίτῳ, sed τούτῳ, habent. Infra, lib. X. p. 442. a. nude citatur Κτησίας ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν φόρων.

ἅλας Ἀμμωνιακὸν tacite reposuit Casaub. cui adsen- b
tiuntur nostri mssti & Eustath. Od. δ'. 173, 26. Sua auctoritate, ut videtur, Venetus editor Ἀμμωνιακοὺς posuerat; immemor scilicet, non modo οἱ ἅλες dicere Graecos, sed & τὸ ἅλας, τοῦ ἅλατος: unde proverbium apud Suidam, Ἅλασιν ὕει. conf. Etymolog. p. 71, 15. & 536, 30. De *Aqua e Nilo fluvio ad Persarum regem mitti solita*, conf. quae ex eodem DINONE Plutarchus refert in Vita Alexandri p. 686. d. Adde quae e Polybio Athenaeus supra tradidit, II. 45. b. c. Θεόφραστος ἐν τῷ. ἐν τῇ cod. *a*. Mox ἐκ τῶν φαυλιῶν ἐλαιῶν tacite correxit Causs. φαύλων habent edd. vett. & mssti, quod teneri utcumque poterat, quemadmodum & αἱ φαῦλαι ἐλάαι II. 56. b. consentientibus libris & Eustathio scriptum vidimus. Sed quoniam non modo alii auctores, quos Bodaeus ad Theophr. pag. 80. & 315. citavit, verum etiam ipse *Theophrastus* φαυλίας ἐλάας, non φαύλας, dicere adsueverat; non male utique fecit Casaub. quod istam vocis formam praetulit. At ex grammatica lege (cum sit adiectivum nomen) non φαυλιῶν oportebat, sed φαυλίων penacute; quemadmodum apud ipsum THEOPHRASTUM in libello de *Odoribus* pag. 444. ed. Heins. expressum est, pariterque apud eumdem de Causs. Plant. VI. 11. Quod autem ὠμοτριβὲς *oleum* in isto libello dicit Theophrastus, ad solas *olivas* pertinet, non, ut Athenaeus ait, ad *amygdalas*. In AMPHIDIS ver-

ſiculo φακῆ ſcripſi cum ed. Ven. non acute φακὴ, ut in ed. Baſ. & Caſ. Conf. I. 30. b.

AD CAP. LXXV.

c In CRATINI *verſu*, ὑμῶν dedere noſtri libri, pro ἡμῶν quod editum erat. Pollux VI. 65. eumdem verſum citans, ὑμῖν legebat, quod ad uſum ſermonis etiam commodius. Quod vero apud Poll. abeſt verbum ἔσται, claudicat ibi verſus. τὸν τάλαρον interpres Pollucis *catinum* interpretatus eſt; cogitans forſan, *garum* in *qualo* ſive *fiſcella* non portari. At potuit olla vel lagena, garo repleta, in qualo deponi. PHERECRATIS *verſum* ex msstis (quibuſcum & noſtri faciunt) reſtituit Caſaub. Deerat ille ſimul cum *Sophoclis* nomine in ed. Ven. & Baſ. quaſi *Triptolemus* fabula *Pherecratis* fuiſſet, quae *Sophoclis* fuit. Integrum SOPHOCLIS *verſum* conſervavit Pollux loco citato:

Οὐδ' ἡ τάλαινα δοῦσα ταριχηροῦ γάρου.

id eſt, Caſaubono interprete: *Miſera, quae ne ſalſamentorum quidem liquamen dare ſuſtinuit.*

Πλάτων· Σαπρῷ γάρῳ &c. Particulam Ἐν, quam initio illius verſus ponebant edd. cum msstis, delendam eſſe, niſi Comoediae nomen excidiſſe velis, monuit PIERSON ad Moer. p. 437. Adhaeſerat ea particula ex ultima litera vocis praecedentis Πλάτων: de quo frequente erroris fonte paſſim ad Polyb. & Epict. dixi. Vide Lexic. Polyb. voce Ἐν. num. 7. & Indic. in Epict. eadem voce. Paulo poſt, non opus erat ἐστὶν τοὔνομα ſcribere, quod e ſuperioribus editionibus adhaeſit: ſatis erat ἐστὶ τοὔνομα. In msstis plerumque compendioſe ſcribitur illud verbum; editoris eſt, ν literam vel adiicere, vel omittere, prout res fert.

AD CAP. LXXVI.

Ὄξος. – – ἦδος καλοῦσι. In mendoſum εἶδος & hîc & IX. 366. c. coniurarunt ſcripti editique: & apud Poll. VI. 65. ubi de eodem nomine agitur, pariter εἶδος olim legebatur. Itaque caute CASAUBONUS: »Niſi obſtaret, in»quit, tot librorum conſenſus, perplaceret ἦδος. *Acetum* »κατ' ἐξοχὴν eſſe appellatum ἦδος, quaſi ἥδυσμα, teſtis »Heſychius. Apponam illius verba ſicut legi debent; nam

»in vulgatis exemplaribus corrupta ſunt multis modis. c »Ἥδος· ἡδονὴ, καὶ ὄφελος, καὶ ὄξος· οἱ δὲ ὠφέλημα, ἢ »ἥδυσμα, ἀπὸ τοῦ ἥδειν· τινὲς δὲ ἡδονὴν καὶ ὄξος. Sic iſta »debent continuari: in editionibus perperam inſertae ſunt »notulae duae: ἦδ' ὃς, ἔφη ἐκεῖνος. &, ἦδ' ὡς, κατὰ τοῦ- »το δὲ οὕτως. Non ſolum autem ἦδος pro *aceto* Attici; »ſed etiam ἆδος alii, mutato Aeolice ſpiritu, dixerunt. »Heſychius: Ἆδος, παρὰ Δεινολόχῳ ὄξος. Omitto quae »alii Grammatici. Ex ſuperioribus verbis Heſychii colli- »gas, etiam ἡδονὴν, quae vox idem ſignificat atque ἦδος, »uſurpaſſe quoſdam pro *aceto*. Vix credidiſſem, niſi ve- »niſſent in mentem verba huius τραπεζοῤῥήτορος lib. VIII. »[p. 357. f.] ubi de piſcium condituris loquens, *piſces ſa- »xatiles optimos eſſe* ſcribit, τῇ ἡδονῇ [ἁπλῶς] σκευασθέν- »τας, hoc eſt, ut nos interpretamur, *ſimpliciter cum ace- »to paratos*. Ex variis locis Gaſtronomiae Archeſtrati li- »quido conſtat, hanc eſſe piſcium ἁπλῆν σκευασίαν. « — Vide Heſychii interpretes: quorum e numero Albertus, quod de voce ἡδονὴ pro ὄξος uſurpata ex Heſychio colli- gebat Caſaubonus, id quidem non excidere magno viro debuiſſe monuit. Caeterum Grammaticorum conſenſus du- bitare nos non ſivit, in voce εἶδος ſuo more hallucinatos eſſe noſtros librarios, ει pro η perperam ponentes: quare Caſauboni coniecturam pro certa in contextum recepimus. Nam & apud Pollucem veram ſcripturam meliores libri dederunt; eamdemque Etymologus pag. 626 extr. & Eu- ſtath. ad Od. α'. p. 56, 10 ſqq. veterum Grammaticorum, Ori, Aelii Dionyſii, Pauſaniae, teſtimoniis firmant. Illud unum dubitari poterat, ἦδος aſpero ſpiritu, an leni ἧδος eſſet ſcribendum; de quo iam inter ipſos veteres fuiſſe diſſidium Euſtathius docet. Apud Pollucem ἦδος hodie re- ceptum eſt; at optimus codex msstus ἦδος habebat. conf. etiam Etymol. p. 420 med.

Aegyptii aceti mentionem feciſſe Iuvenalem adnotavit Caſaub. nempe Sat. XIII. 85. ubi *Pharicum* dicit. Ἀριστοφ. d ἐν Πλούτῳ. *Verſ.* 720. ubi paria Didymo habet Scholia- ſtes: gemina vero Noſtro, nec nominato tamen Didymo, protulit Heſych. in Ὄξος. Ἐν δὲ Κλεωναῖς ὀξύτιδές εἰσι. »Lego, ἐν δὲ καὶ Κλεωναῖαι ὀξίδες vel ὀξύδες: nam utro- »que modo ſcriptum invenio apud Ariſtophanem & Pollu- »cem. Deſcribebat poëta convivii apparatum: inter alia »*adeſſe* aiebat *& Cleonaea acetabula;* de *aceto Cleonaeo* intel-

d »ligens, ut interpretatur Athenaeus. ἐν pro ἔνι, ut ſaepe.« CASAUB. Conf. p. 41. harum Animadv. ubi ad I. 3. f. iam eadem fere idem adnotaverat. — Hodie cum apud Ariſtoph. tum apud Pollucem ubique ὀξίδες, non ὀξύδες editur. ὀξυτίδες nuſquam reperiuntur: ac ex duplici ſcriptura (ὀξύδες & ὀξίδες) imperite in unam confuſa utique ortum illud vocabulum videtur. Verum autem ὀξίδες puto. In Ariſtophanis Fragmentis apud Brunckium iſtud fruſtra quaeſivi.

Ad DIPHILI *verſus* haec adnotavit CASAUB. »Loque»batur poëta de quodam non lauti quidem, ſed multi cibi. »Eum *abdidiſſe ſe*, ait, *in gurguſtiolum* ſuum, quales ſunt »pauperum habitationes ſaepe ſubterraneae: ibi *coenam* »*ſumſiſſe Laconicam*: potus loco fuiſſe *aceti congium*. Cum »oſtenderet qui audiebat, *mirari ſe* credere; *Quid miraris?* »ait: *aceti Cleonaei menſuram quantam dixi capit iſte.*« In eam ſententiam idem Caſaub. *verſ.* 2. ὄξους τε pro ὄξους δὲ, & dein ὄξους μέτρον pro ὀξὶς μέτρον ſcribendum cenſuit. Quae mutationes parum vel neceſſariae vel commodae mihi viſae erant; quamquam haud ſatis perſpectam mihi eſſe poëtae ſententiam profiteor. Ὀξὶς idem valet atque ὀξύβαφον, quod non modo *acetabulum* ſonat, ſed & menſurae nomen eſt, quae ſe quicyathum capiebat, & apud Atticos quidem *quarta pars* erat *cotylae*: *apud Cleonaeos* autem, ait qui hic a poëta loquens inducitur, *acetabulum* integram *capiebat cotylam*. Poſt Ὀξὶς ſi deletum *comma*, quod ibi poſui, malueris, non repugno. Structuram poſteriorum verborum talem concipere poſſis, Ὀξὶς, μέτρον Κλεοναίων, χωρεῖ τοσοῦτο, nempe κοτύλην: aut paulo fortaſſe commodius in hunc modum, Ὀξὶς Κλεωναίων χωρεῖ μέτρον τοσοῦτο. Ad ſententiam perinde erit. Cleonae oppidum Argolidis, in via quae Argis Corinthum ducebat.

In PHILONIDAE *verſu*, τούτοισιν erat in ed. Caſaub. (caſu, puto, magis quam conſilio) pro αὐτοῖσιν, quod ex edd. vett. & mſstis reſtitui. Sed metrum verſui non ineſt, niſi initio aut καὶ τὸ κατάχυσμ' legas, aut, quod magis fortaſſe placuerit, Τὸ δὲ κατάχυσμ' αὐτοῖσιν. *Eorum condimenta aceto carent*, id eſt, (ut notavit DALECH.) *inſulſa & inſipida ſunt.*

e In verbis HERACLIDIS *Tarentini*, medici, manifeſte opponuntur συνιστάνειν & διαλύειν, tum vero & τὰ ἐκτὸς

& τὰ ἐν τῇ κοιλίᾳ. Atqui, si (prout ex vulgata scriptura e necesse est, quae in verbis τὰ ἐν ὄγκῳ adversativam particulam ignorat) iuncta intelligas illa τὰ ἐν κοιλίᾳ τὰ ἐν ὄγκῳ, eaque cum Casaubono (in Animadv. ad III. 79. b.) sic interpreteris, *illa quae sua mole stomachum habent impeditum:* ut taceam alia, quae, ad medicae artis rationem exacta, falsa & absurda debent videri; consequens erit, ut statuamus, auctorem illum res *prorsus oppositas & contrarias* per vocem παραπλησίως, quae *similiter, simili ratione* sonat, coniunxisse. Quod quum citra evidentem absurditatem dici non possit, unice vera mihi visa erat Dalecampii ratio, perspecte intelligentis, adiectâ *adversativâ particulâ* τὰ δ' ἐν ὄγκῳ esse legendum, cum locum hunc latine sic redderet: *Heraclides - - scribit, acetum foris adhibitum, externas partes, intro sumptum, ventrem adstringere, tumores autem discutere, quod humores in nobis varii misceantur.* Verbum συνιστάνειν, quod proprie *sistere* significat, τῷ διαλύειν oppositum, poterat vel *coagulare, inspissare,* vel *adstringere* exponi, prout vel ad *fluida* vel ad *solida* referretur. κοιλίαν, ex usu medicorum, poteras perinde & *ventriculum* intelligere, & *alvum*, & *ventrem universum.* (vide Foes. Oecon. Hipp. h. v.) τὰ ἐκτὸς possint dici, *quae sunt extra corpus hominis;* itemque quae sunt *in exterioribus corporis humani partibus.* Equidem, cum latinam versionem concinnarem, quam graeco contextui subieci, τὰ ἐκτὸς cogitaveram *res externas;* & τὴν κοιλίαν, *ventriculum* hominis; συνιστάνειν vero (quoniam ex postremis Heraclidis verbis, διὰ τὸ δηλονότι διαφόρους ἐν ἡμῖν μίγνυσθαι χυμούς, colligi videbatur, omnia ista non nisi de *humoribus* ac *fluidis* dici) de *coagulatione* sive *spissatione* accipiebam, quemadmodum v. gr. συνιστάνειν τὸ γάλα idem ac πηγνύναι valet apud Poll. I. 251. Itaque in prioribus verbis hoc mihi dicere visus erat auctor: *acetum in humores qui sunt in ventriculo, eamdem vim exercere, quam exercet in fluida nonnulla quae sunt extra corpus humanum.* Rectius haud dubie facturus eram, si cum Dalecampio medico τὰ ἐκτὸς de *exterioribus corporis partibus*, & τὴν κοιλίαν de toto *ventre* & de *interioribus omnino corporis partibus* accepissem. τὸ συνιστάνειν vero perinde erat, sive cum eodem Dalech. de *adstringendis partibus solidis*, sive de *spissandis fluidis* & *sistendo* horum *fluxu* acciperes; qui coniuncti sunt effectus, ab eadem causa proficiscentes. Ac videtur po-

e tiſſimum hic agi de *ſanguinis fluxu ſiſtendo;* quam in partem ſimiliter Plinius, e veterum medicorum ſcriptis ſua hauriens, ait: *Acetum medetur in ſanguinis fluxione; foris, in ſpongiâ impoſitum; intus, potum quam acerrimum.* lib. XXIII. ſect. 27. Sed nihil magnopere impedit, ſi paulo latius etiam extendenda Heraclidis verba ſtatuas, ut ad plures ex illis aceti effectibus referantur, quos ibidem Plinius recenſet; quos fere eoſdem duobus his verbis Dioſcorides comprehendit, (V. 13.) Ὄξος ψύχει καὶ στύφει. Iſta vero, τὰ ἐν ὄγκῳ, haud dubie non in eam partem trahenda erant, in quam Caſaub. interpretatus eſt; ſed recte a nobis cum Dalecampio expoſita ſunt de *humoribus* qui *in tumoribus* inſunt; in quos humores, cum ſint diverſae a ſanguine naturae, contrariam vim ait exercere *acetum*, *reſolvens* illos *diſcutiensque.*

Δεκελικὸν & mox Δεκελικοῦ dedit noſter codex uterque, recte: & ſic quidem in Alexidis verſu neceſſarium etiam fuiſſe ob metrum, monuerat iam Holſten. ad Steph. Byz. Δεκέλεια populus Atticae. ALEXIDIS *verſus* ita, ut eos edidimus, conſtituendos adnotaverat Brunck in ora ſui exempli. In *poſtremo verſu* pro ἄγεις, eſt ἄγειν in cod. *a.* Λεκτέον δὲ ὀξύγαρον. Λεκτέον δὲ ὅτι γὰρ cod. *a.* ſub quo an aliud quid lateat neſcio. Λεκτέον δὲ ὀξυγὰρ cod. *b.* cum edd. vett. quod haud dubie ex ὀξύγαρον decurtatum debuit videri. Caſaubonus ſic ediderat: Λεκτέον δὲ,.... ὀξὺ γὰρ, cum *lacunae ſigno*, quaſi ibi vox aliqua intercidiſſet: ſed in Animadv. ſuffragatus eſt ſententiae docti viri Levinii, qui ὀξύγαρον legendum monuerat. Nec tamen adparet, quid ſit quod h. l. docere Athenaeus voluerit: nam ὀξύγαρον, ὀξύμελι, & quaecumque ſunt alia vocabula ex ὀξὺς compoſita, conſtanter omnia ab omnibus (ut conſentaneum erat) per *υ* ſcribuntur, ut nil opus fuiſſe videatur de iſta ſcriptura aliquid praecipere. Unum vocabulum ὀξὶς (quod quidem cum illis conferri non poterat, quia non eſt compoſitum) per *iota* ſcriptum ſupra
f vidimus. Ubi LYSIAE citatur *oratio*, perperam ἀλκίας erat in edd. vett. pro αἰκίας, quod reſtituit Caſaub. conſentientibus noſtris msstis. Vide Lyſiae Fragm. in edit. Reisk. pag. 17.

AD CAP. LXXVII.

Σοφοκλεῖ ἐν Φαίαξιν. Fabulae nomen e Grammatico f San-Germanenſi edidit Brunck in Lexico Sophocleo, voce Ἀρτύματα: quem vide. Apud Aeſchylum, διαβρέχεις intellige *nimia aqua diluis.*

»THEOPOMPI hiſtorici verba ex ea parte Hiſtoriarum »illius deſumta ſunt, qua Xerxis in Aegyptum expeditio »narrabatur. Habes integrum illum locum, atque in eo »verba hîc recitata, apud Longinum [ſect. XLIII.] περὶ »Ὕψους.« CASAUB. — De Cambyſis deſcenſu in Aegyptum egiſſe eo loco Theopompum, probabilior videtur Toupii ſententia, in Notis ad Longin. Ex Longino ἀρτυμάτων correxi, cum ἀρτύματος eſſet in edd. & ἀρτύματα in msstis noſtris. Ξύλακες dedere noſtri mssti: quod cum in cod. *a.* olim vidiſſet etiam Ruhnkenius, praeferendam iſtam formam cenſuit (in Notis ad Longin. & in Not. ad Callimachi fragm. 360. pag. 557. ed. Ern.) ut rariorem, a ſing. Ξύλαξ, vulgatiori Ξύλακοι, quam habent editi libri tam apud Athen. quam apud Longin. Quid vero huc facerent βιβλία, aut quo pacto in earum numero rerum, quae eſſent πρὸς τὸν βίον *utiles*, potuerint *libri* commemorari, non magis equidem, quam Toupius, perſpicio: quare, dum certius aliquid proferatur, pro βιβλίων, quod apud Longinum quidem pariter atque apud Athenaeum vulgo legitur, βολβῶν utique malim, quod eſt a Toupio propoſitum.

παρὰ Σοφοκλεῖ. » Coniiciebat VALCKENARIUS, Athe- »naeum reliquiſſe παρὰ Σοφίλῳ ἐν Ἀνδροκλεῖ, »quae forte compendioſe ſcripta auctorem Epitomes fe- »fellerunt. Sane iſta, Ἐγὼ μάγειρος ἀρτύσω σοφῶς, e com- a »oedia ſunt.« BRUNCK *in Lexic. Sophocl. voce* Ἀρτύματα. Fit autem illa coniectura eo etiam probabilior, quod ex VI. 228. b. diſcimus, de *obſoniis* (in quibus parandis potiſſimum exercebatur *ars coquorum*) habitum fuiſſe ſermonem in illa ANDROCLIS fabula: quo accedit, quod eadem verba παρὰ Σοφοκλεῖ, paulo ante poſita, facile decipere potuerint ſcribam parum diligentem.

In CRATINI *verſiculo*, cum laboraret metrum, probavi ut facillimum, ſic tutiſſimum remedium a Valckenario propoſitum ad Herodot. VII. 153. οὐ πρός γε παντός ἐστιν &c. Caſaubonus, quamquam intelligens elegantem

a illum usum praepositionis πρὸς, tamen longius a librorum scriptura discedere non veritus est, sic scribi volens, οὐ παντὸς ἀνδρός ἐστιν: imitatum ratus poëtam proverbium illud, οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς. Casauboni emendationem adoptavit Grotius in Excerpt. p. 489. Sed aliud nunc demum animadverto, quod, cum Graecum constituerem contextum, observationem meam effugerat. CRATINI Comici *fabula*, Γλαῦκος inscripta, nulli alii auctori commemorata est: ac fuerat sane argumentum illud (de quo conf. lib. VII. p. 296 sq.) tragoediae magis, quam comoediae, idoneum. Atqui, nostros Codices msstos si audias, ne Athenaeus quidem talem aliquam Cratini fabulam nominavit: nec enim Γλαύκῳ illi habent, sed γλαῦκον, quod verum omnino videtur. Igitur ex eorumdem praescripto sic rescriptum hunc locum velim:

Κρατῖνος· — Γλαῦκον
οὐ πρός γε παντὸς ἐστιν ἀρτύσαι καλῶς.

id est; »CRATINUS ait: *Glaucum* (piscem) *recte condire*, »*non cuiusvis sane coqui est.*« De *glauco pisce* vide VII. 295. & confer VII. 293. b. & quae ad II. 62. d. notavimus. Igitur, donec alius reperiatur testis, eiiciendus fuerit titulus Γλαῦκος ex albo fabularum Cratini.

In citandis ANTIPHANIS *versibus*, Epitomator quidem κατελέγειπου scripsit, Athenaeus vero haud dubie ἐν Λευκάδι scripserat, quod ex Polluce VI. 66. etiam Casaubonus adnotavit. Adfert ibi Pollux eos ex his versibus, qui in medio sunt, a verbo σπάμου usque χλόης. Ibi pariter ac vulgo apud Athenaeum continuo tenore adposita sunt verba, tamquam nullo metro adstricta. Esse autem verba a Polluce prolata trochaicos versus, recte vidit Salmas. ut ibi adnotavit Iungermann: idemque metrum in his, quae apud Athenaeum vel praeponuntur vel subiiciuntur, haud obscure adparebat. Sunt scilicet quatuor tetrametri catalectici in syllabam; quorum singulos, cum pro spatio nostro paulo longiores essent, in duo hemistychia divisimus. *Vers.* 1. In voce ἀστάφιδος, ultima syllaba longa est ob sequentem spiritum asperum. *Vers.* 2. pro νίτρου, est λίτρου apud Poll. paulo melius; quoniam ea forma Atticis magis frequentata. Duas voces, ῥοῦ & μέλιτος, quae apud Athenaeum deerant, e Polluce adieci. Recte vero, apud Nostrum *Vers.* 3. βοτανίων: rectius certe quam apud Pollucem βατανίου, (id est, *patinae* vel *patel-*

lae,) quod non erat huius loci. Videntur autem sub βοτανίων nomine variae *herbulae aromaticae* promiscue comprehendi, quas φύλλια aliàs dicebant Graeci. cf. Animadv. noſtr. pag. 384. ad II. 56. f. *Ibid.* ἐλαῶν cum Athenaei libris legas, an ἐλαίου cum Polluce, parum intereſſe videtur. Prave vulgo diſtinguebantur verba, ἐλαῶν εἰς ἀβυρτάκην, χλόης: ubi monuit CASAUB. »Ita ſcribendum, »ἐλαῶν, εἰς ἀβυρτάκην χλόης, *olivarum, & herbae virentis* »*ad abyrtacam.* ἀβυρτάκη, genus *condimenti* quod *e ſucco virentium herbarum* conficiebant.« *Verſ.* 4. ταρίχων ſi in ſuo cod. reperit primus editor, bene fecit quod tenuit. Sin ταρίχους ille codex dabat, ſicut noſter uterque, nil opus erat ut id mutaretur; nam & in plurali quidem τὰ ταρίχη dicebant graeci, ſed & ſingularem collective uſurpabant. Pleraque ex iſtis condimentis, quae his verſibus recenſentur, iunctim pariter nominata reperies IV. 170. VII. 293. b. & 309. f.

a

ἀρσενικῶς ὁ θύμος καὶ ὁ ὀρίγανος. Nempe non modo in b neutro genere, τὸ θύμον & τὸ ὀρίγανον, ſed & in maſculino. cf. Euſtath. ad Il. σ'. 1201, 31 ſq. ANAXANDRIDIS hexametros repetens Caſaub. in Animadv. *verſ.* 1. pro τέμνων, τεμὼν ſcripſit: qua mutatione, invitis libris, nil opus eſt; nam & in τέμνων corripi prima ſyllaba ob debilem poſitionem potuit. *Verſu* 2. haud dubie praeſtare videtur τὸ τάριχος, quod habet Euſtath. l. c. quum praeſertim iſta forma nominis τὸ τάριχον nuſquam alibi apud Noſtrum, ac ne quidem lib. III. p. 119. ubi ex profeſſo de hoc vocabulo agitur, occurrit. Nec tamen mutare conſtantem h. l. librorum lectionem auſus ſum, quoniam & diſerte Τάριχα, ὄψα πολυτελῆ, adnotavit Suidas, & ipſum τὸ τάριχον etiam ex Plutarchi libello, Virtutem doceri poſſe, ab H. Steph. in Theſ. III. 1249. e. citatum video. Pro μιχθὲν autem, quod cum libris omnibus etiam Caſaub. in Animadv. tenuit, non dubitavi ex eodem Euſtathio μιχθεὶς recipere, quod manifeſte ad ὃς δὴ (ſcil. ὀρίγανος) debuit referri. In IONIS hexametro, perperam libri noſtri χειρὶ pro χερὶ ſcribunt.

Fabulae titulus, quae ab aliis PLATONI, ab aliis CANTHARO tribuebatur, Ναυμαχία erat, citata a Noſtro VII. 312. d. & 314. a. Verba, quae ex illa adferuntur, legitimum efficiunt *ſenarium*; in cuius initio Ἤ ἐξ cum apoſtropho excudendum curavi, ut eſt in codicibus noſtris,

cum plene olim Ἢ ἐξ ederetur. Euſtathius l. c. eumdem verſum citans, ἢ particulam praetermiſit.

AD CAP. LXXVIII.

c Σικυοὺς σπερματίας. »*Cucumerem ſpermatiam*, interpre» tatur Athenaeus *peponem*; Heſychius *melopeponem*; alii ali» ter.« CASAUB. Multa ſane in hoc capite obſcura & controverſa, quae ad liquidum perduci hodie eo minus facile poſſint, quod iam olim a multis confuſa ſunt nomina, de quibus hic agitur. Vide auctores citatos ad Heſych. voce Σικυὸς σπερματίας: quibus adde Bodaeum ad Theophraſt. pag. 782. Salmaſ. Homon. Hyl. Iatr. p. 38. & Palmer. Exercit. p. 488. De σικυῷ, id eſt, *cucumere* ex profeſſo agit Noſter lib. III. p. 73. & ſeq.

CRATINI verba ſic ſcripta erant, quaſi duobus conſtarent verſibus, quorum prior a Πώποτ' uſque φίλον excurreret, alter ab ἐν Πάρῳ uſque ὠνούμενον. Nec variant quidquam libri. In ſenarios iambicos, ita ut edidimus, diſtributos voluit Caſaub. inſerto *vſ.* 1. verbo εἰπέ. *Verſ.* 2. vero idem Caſaub. pro φίλον, quod habent libri omnes, φίλος legebat, iungens παῖ Λαέρτα φίλος. Sic & Palmerius l. c. niſi quod pro Dorico genitivo Λαέρτα communem & Atticum Λαέρτου poſuit; vertitque, quemadmodum haud dubie Caſaubon. etiam acceperat, *ô fili Laërtae amice*. Ubi tamen non ferendum mihi viſum erat nomen φίλος in nominativo caſu iunctum cum παῖ, quod in vocativo poſitum. Quare librorum lectionem φίλον tenui, ad ἄνδρα referens. Et hactenus quidem bene, ut puto. Sed metrum denuo ſub examen revocans, intelligo, eumdem *verſum ſecundum*,

τὸν ἄνδρα, παῖ Λαέρτα, (ſive Λαέρτου) φίλον ἐν Πάρῳ,

labe adfectum eſſe, quae ferri non poſſit, nempe trochaeo aut certe ſpondaeo in quarta ſede. Nam in φίλον quidem prima non neceſſario brevis eſt, ſed produci etiam ob liquidam literam λ poſſit: at praecedens ſyllaba (ſive Λαέρτου, ſive Λαέρτα legas) haud dubie longa eſt: unde fit, ut quartus pes, niſi trochaeus, certe ſpondaeus ſit, quod perinde contra ſenarii iambici normam eſt. Quare quoniam, ut in iambos digererentur iſta verba, adiecto etiam verbo εἰπέ opus fuit, videndum, ne minoribus ambagibus, (non-

nisi τὸν articulum ad φίλον adiiciendo) in duos trochaicos c distribui potuerint debuerintque, qui sic decurrerent:

Πώποτ' εἶδές μοι τὸν ἄνδρα, παῖ Λαέρτου, τὸν φίλον
ἐν Πάρῳ σικυὸν μέγιστον σπερματίαν ὠνούμενον;

Ad illa, Πλάτων, Λαΐῳ· &c. adnotavit CASAUB. »*Me-*
»*leager*, quem irridet PLATO comicus, *staturâ procerâ* fuit,
»*cruribus gracilibus*: quam habitudinem corporis sannis ur-
»banorum hominum fuisse opportunam dicebamus ad Sue-
»tonii librum IV. [C. Calig. c. 3.] In *vers.* 2. deest prin-
»cipium. Legi potest μέγας τε, κόκκυξ ἠλίθιος περιέρχε-
»ται. *Sicyopepon eunuchias* poëtae dictus, ad differentiam
»*spermatiae*: hi erant compacti & breviores; illi fluxa
»carne & in longum producta figura, qualis fuit cucu-
»meris scytalici. De *eunuchia cucumere* Plinius: [XIX. 5,
»23.] *Sunt qui herbâ, quae vocatur culix nomine, tritâ, semen*
»*eorum maceratum seri iubeant, ut sine semine nascantur.*
»Caeterum Platonis hanc Fabulam omnia exemplaria *La-*
»*ium* nominant. [Λάϊος etiam apud Suidam in Πλατ. κωμ.
»recensetur in Fabulis Platonis.] Similis ex eâdem fabulâ
»in Scholiis Aristoph. Pluti, locus: [ad vers. 179.] ubi Πλά-
»των Λαΐῳ φησὶν lego, non Λαΐ.« — Casauboni emendatio-
nem in Schol. Aristoph. probavit adoptavitque Hemsterh.
p. 57 sq. Platonis locum ex professo retractavit PALME-
RIUS Exercit. p. 484 sqq. ubi multa etiam de *peponum* toto
genere disputat, & nostros *melones* non ignotos fuisse ve-
teribus, contra aliorum sententiam, contendit. Quod autem
πέπονος εὐνουχίου κνήμας de *crurum gracilitate* interpretatus d
est Casaubonus, PALMERIUS contra de *suris magnis* & *pe-*
ponum magnorum more protuberantibus accipit. »Eunuchi enim,
»inquit, saepe in amplissimam corporis molem crescunt,
»ut boves castrati, qui tauris multo maiores evadunt.
»Sic forte εὐνούχιος [εὐνουχίας rectius dixisset] πέπων di-
»citur *magnus & protuberans*: & sic intelligi suadet ANA-
»XILAS, cuius locus statim sequitur, Τὰ δὲ σφυρὰ ᾠδει
»μᾶλλον ἢ σικυὸς πέπων, *Malleoli vero tumebant magis*,
»*quam pepo.*«

In THEOPOMPI comici verbis de amasia agi videtur. Verba, quod ad metrum spectat, ita, ut edidimus, distribuenda nobis visa erant. Μαλθακωτέρα, pro μαλακωτέρα, quod editum erat, dedere nostri codices. Iidem cum ed. Ven. ignorant καὶ particulam, quam inter πέπονος & σι-

d κυοῦ temere interſeruit editor Baſileenſis, & imprudens tenuit Caſaub.

» PHANIAE verba ſequuntur, Βρωτὰ μὲν ἁπαλὰ τῷ ἐπικαρπίῳ σικυὸς καὶ πέπων, &c. quae non experta ſunt » fatum clementius quam caeteri omnes fere loci illius ſcriptoris, qui in his libris hodie reperiuntur: ſunt enim » plerique omnes depravati aut mutilate deſcripti. Dalecampius ſententiam concinnavit ut potuit. Nos quoque » nihil adiuvant ſcripta exemplaria. An hoc voluit Phanias? *cucumeris ac peponis, dum adhuc ſunt teneri, & carnem & ſemen edi ſine noxa: poſtquam maturuerunt, tantum carnem.* » Haec ſententia hanc lectionem poſtulat: Βρωτὰ μὲν ἁπαλὰ τῷ περικαρπίῳ σικυὸς καὶ πέπων μετὰ τοῦ σπέρματος· πεπτομένων δὲ τὸ περικάρπιον μόνον. Nihil » affirmamus tamen, ſed ſuſpicionem noſtram dubitanter » proponimus. περικάρπιον pro *carne ſemen ambiente* in mustis fructibus, vox eſt Ariſtotelis & diſcipulorum eius » Theophraſti ac Phaniae. « CASAUB. — Similiter Dalech. pro ἐπικαρπίῳ, περικαρπίῳ interpretatus erat, ſed & alia mutaverat, latine ſic reddens hunc locum: *Phanias ſcribit, cucumerem immaturum cum carne quae ſemen circumdat, in cibo lautum eſſe, peponem vero detracto ſemine* &c. Prima ſpecie videri poterant loco huic lucis nonnihil adfundere Galeni verba, quae aliâ quidem occaſione (ad oſtendendam peponum & melopeponum differentiam) Palmerius pag. 486. adtulit: Τῶν πεπόνων οὐκ ἐσθίοντες οἱ ἄνθρωποι τὸ τῆς σαρκὸς ἔνδον, ἐν ᾧ τὸ σπέρμα· τὸ τῶν μελοπεπόνων ἐσθίουσι. Id eſt: *Peponum homines non comedunt id quod intra carnem eſt, ubi eſt ſemen: melopeponum vero id ipſum comedunt.* Sed propius inſpecta ea verba, vereor, ne nihil huc facere comperiantur. Ipſa vero PHANIAE verba, ab Athenaeo hic prolata, non tam deſperata mihi, quam Caſaubono, viſa erant. ἐπικάρπια quaenam dixerit ille auctor, perſpecte iam olim H. Stephanus explicaverat, Theſ. II. 80. d. e. nempe *ramuſculos*, ſive *pediculos, e quibus fructus dependet, & qui ſunt ſuper fructum.* De eo ſignificatu iam ſupra ad II. 51. c. dictum eſt: a quo cur hîc diſcederemus, aut cur mutaretur illud vocabulum, nullam cauſſam ſatis idoneam vidi. Iamque etiam ad oram mei libri adnotaveram, poſt ἁπαλὰ particulam ἅμα, quae in iſta connexione verborum ſine incommodo omitti non poterat, videri excidiſſe, ſcil. a praecedente voce in

similimas literas exeunte (nam αλα in antiquis codicibus d eis ductibus scribi solet, ut ab αμα vix discernas) absorptam; cum eamdem emendationem a Villebrunio T. I. pag. 269. occupatam vidi; qui, in eamdem nobiscum sententiam locum hunc interpretatus, haud incommode fortasse etiam Plinii verba huc traxit, (ex XIX. 5, 24.) *cucurbitae caulis primus usus in cibo.* In ed. Venet. capite truncata vox πικαρπίῳ; deinde cum apostropho 'πικαρπίῳ in ed. Bas. sed integram vocem ἐπικαρπίῳ habent mssti cum ed. Cas. Locum istum in hunc modum constituendum iudicavit doctus Coray: Βρωτὰ μὲν ἁπαλὰ ἅμα (ex correctione Villebr.) τῷ περικαρπίῳ (ex emend. Cas.) καὶ τῷ σπέρματι, σικυὸς καὶ πέπων· πεττομένων δὲ, (ex em. Cas.) τὸ περικάρπιον μόνον ἄνευ τοῦ σπέρματος. De vocab. περικάρπιον conf. II. 70. e.

In Dioclis *Carystii* verbis, ἕψανα antepenacute editum erat, quasi a singulari subst antivo τὸ ἕψανον, quod nullum est. Ex analogiae & usus lege ἑψανὰ scripsi, i. e. *coctilia;* intellecto subst antivo λάχανα vel βρώματα. Sic passim apud Aristotelem distinguuntur ἑψανὰ, ὀπτανὰ, ὠμά: *quae elixantur;* quae *assantur* vel *torrentur*, aut veluti panis *coquuntur;* & *cruda.* Poterat pro adiectivo ἑψανὰ etiam eâdem notione subst antivo ἑψήματα uti, quemadmodum II. 61. c. ex eodem Diocle ista verba adferebantur: Ἄγρια ἑψήματα, τεῦτλον, μαλάχη &c. Ac videtur iste locus in Dioclis opere cum his verbis, quae hic citantur, proxime coniunctus connexusque fuisse: & pro ἑψήματα, quo ibi Diocles usus est, fortasse hoc loco Athenaeus aut Epitomator suo arbitrio ἑψανὰ substituit. Pro εἶναι θρίδακα, quod & Casauboni & nostri libri dedere, in ed. Ven. & Bas. imperite εἰησιθρίδακα legebatur, monstro ex perperam accepta abbreviatione vocis εἶναι orto. Nec vero caussam ullam video, cur commodam librorum scripturam cum Casaub. in hanc refictam velimus, ἑψανὰ τῶν ἀγρίων εἶναι, τὴν ἀγρίαν θρίδακα. Mox ἀδριανὸν σίναπυ cum edd. tenet cod. *a.* nec multo aliter cod. *b.* in quo ἀδρυανὸν σίναπυ: & duas istas voces nullo interposito commate iungunt edd. vett. puto & mssti. Recte vero, si quid video, monuit Casaub. »Pro ἀδρια»νὸν, quod nihil hîc significat, κοριανὸν rescribendum, »aut simile aliud.« Dalecampius, *Adrianum* tenens, & a *sinapi* distinguens, notulam hanc adiecit: »Ut quibus-

e »dam placet, *Apium*.« Ubi, quoſnam dixerit, aut quo illi fundamento niſi ſint, mihi non liquet. In *Notula ſub Contextu* noſtro, κορίαννον geminâ literâ ν ſcripſi, ut p. 70. a. & alibi ſcribitur: quod vero in eadem Notula σίναπι per *iota* in fine expreſſum eſt, temere factum; nam quamquam haud raro apud alios ea ſcriptura occurrit, tamen apud Athenaeum & hîc & alibi per υ ſcribitur, nec opus erat conſtantem librorum ſcripturam mutare. conf. quae ad II. 66. f. notavimus. Dein κρόμυον erat editum, ut p. 64. e. ſed recte κρόμμυον dedere mssti.

Ad iſta Dioclis verba, κρόμμυον· τούτου εἶδος Ἀσκαλώνιον καὶ γήτειον, haec monuit Casaub. »Cum facit *ſpecies cepae*, *Aſcaloniam* & *getheum*; ſine dubio γήτειον eſt »ea *cepa*, quam vocat Plinius *gethyum*. Heſychius: Γήτια· »κρόμμυα, ἃ καὶ γήθυα καλοῦνται. Alii γήθυον putarunt »eſſe *porrum ſylveſtre*. Heſychius: Γήθυα· ἀμπελόπρασα. οἱ »δὲ, γηθυλλίδας. (ſcribe γηθυλλίδας, & vide librum IX. »[p. 371. f.] Athenaei) οἱ δὲ, μεγάλα κρόμμυα. ἄλλοι, »χλωρά. Euſtathio [ad Iliad. σ'. p. 1211, 10 ſq.] nihil dif»ferunt γήτειον, γήθυον, & γήτιον. Legi etiam γῆθυ, pro »*cepa*. Pſellus in verſibus politicis, quibus obſcuras vo»ces expoſuit: Κόκαλον δὲ ὁ στρόβηλος· τὸ δὲ κρόμυον, »γῆθυ.« — Perinde & γήτειον & γήτιον ſcribi pronunciarique poteſt, prout metrum deſiderat: utramque ſcripturam habes IV. 170. b. Pro γήθια, quod IX. 371. f. editum eſt, γήθυα habent veteres noſtrae membranae: eaedemque γητίῳ, pro γηθύῳ, XIV. 662. e. In tribus poſterioribus nominibus ſubito mutata ſtructura orationis erat: cum praeceſſiſſent accuſativi ad verbum εἶναι relati, nunc in eodem ſermonis tenore ſequebantur nominativi, φύσιγγες, σικυὸς πέπων, μήκων: quod cum librariorum errore commiſſum exiſtimarem, reſtituendos accuſativos, φύσιγγας, &c. putavi. In quo ſi quis audacius me verſatum iudicaverit, reponat, me non repugnante, in contextum quae a me in ora ſunt adpoſita. φύσιγγες, quas ab *allio* hîc diſcernit Diocles, aliis erat *propria* quaedam *allii ſpecies*, aliis erant *alliorum capitula*, σκορόδων κεφαλίδες, ut ex Heſychio adnotavit Casaubonus; ubi ſimul monuit reſtituendam eam vocem Theophraſto Hiſt. Plant. VII. 4 extr. & ſic ibi legendum: φέρει δέ φασι καὶ τὸ σκόροδον ἐπὶ τῆς φύσιγγος σκόροδα, ὡς καὶ τὰ κρόμμυα. »Dixerat modo Theophraſtus, (inquit)

» ſolitum fieri in cepis, ut ex eadem radice novae ſobo- e
» les pullulent: addit nunc, etiam in alliis ſimile uſu ve-
» nire; *agnaſci enim capitibus alliorum nova allia.*«

In eiuſdem DIOCLIS verbis, ἐφθὸς ὁ σικυὸς &c. non abſolute intelligendum mihi videbatur nomen σικυὸς de *cucumere*; quippe de quo deinde III. 74. b. c. adferuntur Dioclis verba: ſed de *peponis* illa ſpecie, cui σικυὸς πέπων nomen erat. Contra CORAY noſter totum hunc locum, ἐφθὸς δ' ὁ σικυὸς uſque διαχωρητικώτερος ad unum eumdemque *cucumerem* referendum cenſet: ita quidem, ut ὁ σικυὸς ἁπαλὸς ſit *cucumis immaturus*; ὁ πέπων vero, *cucumis maturus*. Quae fortaſſe veriſſima fuerit interpretatio.

τὸν πέπονα καλεῖ σικύαν. σικύα aliàs ſpecies quaedam *cucurbitae* vocabatur, ut ſupra dictum II. 59. a. Sed omnino multa in omnium iſtorum nominum uſu confuſio eſt.

In DIPHILI medici loco cum ἐπικρατητικὸς lege- f
geretur conſentientibus libris, adnotavit CASAUBONUS:
» Scribo cum Dalecampio ἐπικεραστικός. In libris
» Medicorum ſaepe imperiti librarii pro ἐπικεραστικὸς ſcri-
» pſerunt ἐπικρατητικὸς, ut factum iſto loco, vel contra. Si-
» gnificatio tamen longe diverſa: nam, *quae alvum ſiſtunt*,
» ἐπικρατητικὰ dicuntur, contraria τοῖς ὑπακτικοῖς: at ἐπι-
» κεραστικὰ vocarunt, ſive εἰς ἐπίκρασιν ἐπιτήδεια, ut
» libro III. loquitur Athenaeus, [immo idem Diphilus
» apud Athen. III. 91. f.] illa, *quae malum in corpore humo-*
» *rem valent temperare, ac tandem mutare*, ut explicat Gale-
» nus lib. II. de Facult. Simpl. Medic. & libro IX. Metho-
» di. Idem auctor ἐπικεράσαι & ὑπαλλάξαι τὴν ἐνιζηκυῖαν
» τοῖς μορίοις ποιότητα dixit in commentario Qui ſint Pur-
» gandi; & ἐπικέρασιν καὶ κένωσιν alibi coniungit: quae
» omnia naturam τῶν ἐπικεραστικῶν nobis aperiunt.« —
Conf. Foeſ. Oecon. Hippocr. voce Ἐπίκρασις. Caſauboni Dalecampiique emendationem adoptavit Salmaſ. in Homon. Hyl. Iatr. p. 38. Equidem cogitaveram, verum-ne eſſet fortaſſe ἐπικρατητικὸς hoc ſenſu, quod ἐπικρατεῖ, id eſt, *diutiſſime duret*, *in ſtomacho*: quam in ſententiam Plinius XIX. 5, 23. de *Peponibus* ait: *Vivunt hauſti in ſtomacho in poſterum diem, nec perfici queunt in cibis.* Sed huic ſententiae quum e diametro adverſetur id, quod continuo deinde idem Diphilus ait, εὔφθαρτον eſſe *peponem*, id eſt *facile alterari in ſtomacho concoquique*, abieci illam cogitationem, & doctorum, quos dixi, virorum ſecutus ſum

f iudicium. Et ad *pepones* relatum esse a Plinio id quod de *cucumeribus* Diphilus III. 74. c. commemorat, monuit iam ad Plin. l. c. Harduinus. Dein, quum post ἐπικρατητικός· — proxime sequerentur illa verba κακοχυλότερος δὲ, ὀλιγότροφος δὲ καὶ εὔφθαρτος, *asteriscum* interposuit Casaubonus, quo lacunam indicaret, quam cum Dalecampio sic explendam censuit, ut legeretur, ὁ σικυὸς κακοχυλότερος, ὀλιγότροφός τε καὶ εὔφθαρτος. At de σικύῳ vel σικυῷ, i. e. de *cucumere*, adferuntur infra p. 74. c. eiusdem Diphili verba, ab his non modo diversa, sed partim etiam prorsus his contraria. Quare mihi omnino per errorem huc irrepsisse visa sunt ista verba κακοχυλότερος δὲ, adeoque reiicienda.

AD CAP. LXXIX.

In Epicharmi Fragmento, ἀπολελεμμένας τὸν καυλὸν, vertunt *decorticatae caulem*, a verbo ἀπολέπω deducentes; nec ita male fortasse. Mihi vero Dorice, ut ἐμμὶ pro εἰμὶ, & similia, sic ἀπολελεμμ. pro ἀπολειμμ. dictum visum erat, ut esset *lactuca*, cui *demtus caulis*. conf. pag. 69. b. In versione nostra sub contextu, corrige *demtus*, pro mendoso *demta*.

a Strattidis cantilenam, continuo verborum tenore vulgo scriptam, versiculis diversi generis putavi constare; quos ita distribuere tentavi, ut tres primi cum duobus postremis essent anapaestici, tres medii iambici, inaequali quidem fere omnes mensura, sed haud ingrato modulo. In quo si audacior fui, ac plurimum fortasse a vero modulo aberravi, lubens meliora discam ab artis magistris.

Vers. 1. pro mendoso κατ' εὐφύλλους, καταφύλλους legendum perspecte docuerat Valckenar. in Diatr. Eurip. p. 231. quam emendationem etiam Corayo nostro proprium ingenium obtulisse video. Ut κατάδενδρος & κατάσκιος dicitur, & id genus alia; eâdem analogiâ κατάφυλλος fuerit *herbis repletus*, *herbosus*, *frondosus*. Casaubonus in vulgata lectione tollendum aut κατὰ aut sequens ἀνὰ censuerat. *Vers.* 2. Ad ποδῶν pertinuisse puto illud ποδοῖν, olim in margine notatum, tamquam in locum τοῦ ποδῶν reponendum, quod dein perperam alieno loco *vs.* 4. positum videtur. *Vers.* 3. βαίνετ' ἐφαπτόμεναι percommode dederunt nostri codices. Corrupte βαίνουσ'

τ' ἐφαπτόμεναι edd. Ven. & Baſ. βαίνουσί τ' ἐφαπτόμεναι a
ed. Caſ. βαίνεται vero in msstis eſſe ait idem Caſaub. *Verſ.* 4. ποδοῖν perperam, ut modo dixi, ex ora in contextum receptum, aliam vocem, quae ibi erat, extruſiſſe videtur. *Herbas* interpretatus eſt Dalech. Inde ποῶν in ora ſui libri correxit Purſanus, commode: quod & in Gallica verſione expreſſit Villebr. Poſſes vero etiam ποωδῶν vel potius ποιωδῶν ſuſpicari, id eſt, *herbacea quaevis*. Id ſi placet, fuerit quartus verſus Anapaeſticus dimeter hypercatalecticus. *Verſ. ult.* pro σελίνων Caſaubonus σελινίων vel σελινιδίων legendum putaverat, ut ſimile eſſet praecedentibus σατυριδίων & Θριδακινίδων.

Θεόφραστος. Vide Hiſt. Plant. VII. 4. Inde recte ἀπαράβλαστος adſcivit Caſaub. pro ἀπαράβλητος, quod habebant edd. vett. & mssti. τῶν δὲ πλατέων. E ſuperio- b
ribus editionibus in noſtram hoc irrepſit; nec e msstis quidem aliud enotatum: omnino vero πλατείων in foem. cum Theophraſti libris ſcribi debuit, nempe τῶν πλατείων Θριδάκων. καὶ θύραις χρῆσθαι ſcripſi cum noſtris codd. ſicut eſt apud Theophr. Tranſpoſitis verbis χρῆσθαι καὶ θύραις edd. Dein pro κηπουρικαῖς, κηπωρικαῖς ſcribitur apud eumdem Theoph. quod perinde eſt. Sequentia verba ſunt ex medio cap. 2. lib. VII. Inde παλιβλαστεῖς correxi, cum perperam παλαιβλαστεῖς apud Athen. haberent edd. & mssti. Paulo rectius fortaſſe fuiſſet παλιμβλαστεῖς: ſed & iſtud ferri poterat. *Caule reciſo regerminant*, ait Plin. XIX. 7, 36.

AD CAP. LXXX.

Βρένθιν. Apud Heſychium ſcribitur: Βρένθιξ· Θριδακίνη, Κυπρίοις. Utraque fortaſſe in uſu fuit ſcriptura, βρένθις, & βρένθιξ. conf. quae de vocab. πέζις vel πέζιξ notavimus ad II. 61. e. f. καταφυγὼν recte dedere mssti noſtri, de quo reponendo monuerat etiam Caſaub. Perperam καταφαγὼν edd. ex παραδιορθώσει (ut videtur) primi editoris.

Ταῖς Θριδακίναις. Praepoſitionem Ἐν hic non ferebat metri ratio, quia in Θριδακίναις ſyllaba Θρι & κι longae ſunt, ut mox e primo ex Eubuli verſibus adparet: quare eam delevi. Quum vero proxime ante ἐν contra regulam φησὶ vulgo legeretur, ubi φησὶν ſequenti vocali opor-

tebat; ſuſpicatus ſum, in vetere aliquo codice φησὶν ταῖς Ἰριδακ. olim fuiſſe ſcriptum, (ν ἐφελκυστικῷ praeter neceſſitatem, ut ſubinde aliàs adiecto) deinde vero ex eâdem literâ ν voculam ἐν initio vocis ſequentis ortum traxiſſe: de cuiuſmodi origine eiuſdem voculae paulo ante ad
c II. 67. c. dictum. Ἀναγκαίαν τύχην Sophocles Ai. 485. *ſervitutem* dixit: longe aliud comicus AMPHIS (*verſ.* 6.) *neceſſarium malum* intelligit, nempe genitale membrum. Prorſus vero invitâ Minervâ ex illo comici verſu Hadr. Iunius Proverbium exſculpſit, *Neceſſariam fortunam terere.* In eiuſdem AMPHIDIS *verſ.* 4. monuit doctus CORAY, Helleniſmi rationem particulam ἂν requirere, itaque pro στρέφοιθ' ὅλην τὴν νύκτα legendum ὅλην ἂν νύκτα. Equidem, ſicut lubens iſtam acciperem particulam, ſi ferret verſus; ſic articulo τὴν aegre iſto loco cariturus eram.

Quae ex CALLIMACHO hîc adferuntur, ea in Fragmentis huius poëtae & Grammatici, a Bentleio aliiſque collectis, in ed. Erneſti fruſtra quaeſivi. In EUBULI *verſ.* 1. recte παρατίθει edidit Caſaub. quod & noſtri codices agno-
d ſcunt. Perperam περιτίθει edd. vett. Quod ad verba νεκύων βρῶμα, (*verſ.* 5.) i. e. *mortuorum cibus*, adnotavit CASAUB. »Quae ſuperſtitioſa opinio adeo in animis homi»num inveteravit, ut ad Auguſtum principem multis eſ»ſet religio veſci lactucis, teſte Plinio:« reſpexit vir doctus Plinii verba XIX. 8, 38. Ad eamdem opinionem magis etiam pertinet, quod paulo poſt ex Galeni lib. III. de Facult. Medic. Simpl. idem Caſaub. commemoravit: non dubitaſſe Galenum affirmare, *ſucco lactucae tam facile tolli aliquem poſſe, quam cicutae.*

Τετρακίννην τὴν Ἰρίδακα καλεῖν. Poſſis ſuſpicari, τὴν ἀγρίαν Ἰρίδακα oportuiſſe. Apud Heſychium certe legimus: Τετρακίνη, ἡ ἀγρία Ἰρίδαξ. Videri autem poterat illud vocabulum, ſive ex librariorum veterum culpâ, ſive ipſius vulgi uſu, ex Ἰιδρακίνη corruptum, quod idem ac Ἰριδακίνη valet: pari quidem ratione & Ἰίδραξ pro Ἰρίδαξ ſubinde dictum reperitur. vide Epict. Diſſert. II. 10, 9. ibique not. Sed conſule Salmaſ. Exercit. Plin. p. 896. col. b.
e Ἰρίδακα πλατύφυλλον τετανὴν ἄκαυλον. Vide eumdem Salmaſ. ibid. col. a. In εὐνοῦχον conſentiunt apud Athenaeum (quod ſciam) libri omnes. εὐνούχιον tamen aut εὐνούχειον malles ex Plinio l. c. ſive εὐνουχίαν; quemadmodum etiam εὐνουχίαν ſive εὐνούχιον σικυὸν πέπονα II.

68. d. commemoratum vidimus. Et, εὐνούχειον etiam graecis literis expreſſum in vet. exempl. Apuleii ſcribi, docuit Salmaſ. p. 897. col. a. extr. At εὐνοῦχον apud Athen. non modo Euſtathius etiam agnoſcit ad Iliad. χ'. pag. 1390, 6. ſed & ex Heſychio defendi poſſe videtur, ſi inter ſe conferas quae apud illum in Εὐνούχιοι & in Εὐνοῦχος leguntur: vide ibidem Interpretum Notas. ἀστυτίδα recte apud Athen. omnes agnoſcunt; unde mendoſam in Plinii libris ſcripturam *aſtylida* correxerunt viri docti: quam qui tueri conantur inepte facere, recte iudicavit Caſaub. In illis verbis haeſeram, διουρητικοὺς γὰρ παρασκευάζει, quae ex vulgato uſu vocabuli διουρητ. ſic vertit Dalech. *quia ciet lotium.* At quaenam quaeſo haec cauſſa eſt, cur *Aſtytida* & *ſpadoniam* lactucam dicant mulieres, *quia lotium cieat?* Id vero abſurdum mihi, medicae quidem artis rudi, videbatur; & adhuc, fateor, videtur; licet Medico Dalecampio ſuffragantem videam Villebrunium Medicum, qui in eamdem ſententiam interpretatur, *parce qu'elle pouſſe conſidérablement par les urines.* Et, verum ſi quaeris, ne per ſe quidem ſpectata Graeca dictio iſtam admittit interpretationem: nam, in eam ſententiam, ſic dicturus fuerat auctor, διουρητικὴ γάρ ἐστι, καὶ ἐκλύτους παρασκευάζει πρὸς τὰ ἀφροδίσια, non διουρητικοὺς γὰρ παρασκευάζει. Quare mihi perſuaſi, petendam eſſe huius dictionis interpretationem ab illo verbi διουρεῖσθαι uſu, de quo H. Steph. in Theſ. T. II. col. 1497. c. & 1498. e. ex Ariſtot. de Generat. Animal. lib. III. monuit, ubi *ova* dicuntur διουρεῖσθαι, quae οὖρια, ut aiunt, vel οὔρινα & ὑπηνέμια fiunt, id eſt, *ſeroſa*, *ſanioſa*, *ventoſa*, & *ſterilia.* (conf. Plin. X. 58, 79.) Denique idem verbum διουρεῖσθαι ſimillima notione de virili quoque femine a Graecis medicis uſurpari docuit me Foeſius in Oecon. Hippocr. voc. Διορρώσιος: unde de huius loci interpretatione nullus amplius dubitationi locus ſupereſſe videbatur.

AD CAP. LXXXI.

Τῷ ἀπὸ κράμβης ἀσπαράγῳ ἐν λοπάδι. De *braſſicae aſparago* vide II. 62. f. ἐν λοπάδι, *in patina*, idem valet ac *elixo*; quemadmodum ἐν τηγάνῳ eſt *frixum.* conf. I. 5. c.

Γλαυκίας. GLAUCIAS Medicus; de quo vide Fabric. Bibl. Gr. T. XIII. p. 171, & Harduin. in Indice Auctorum a

a Plinio citatorum, poſt primum Plinii librum. Θεόφραστος. Hiſt. Plant. VII. 1. ἐπίσπορα, *reſata; quae duobus anni temporibus* (vere, & autumno) *ſeri poſſunt.* vide Bod. ad Theophraſt. pag. 733.

AD CAP. LXXXII.

ΚΙΝΑΡΑ. Ταύτην &c. Κίναρα antepenacute ſcribitur in ed. Ven. quaſi plurale neutrum eſſet, quod tamen nuſquam alibi occurrit. Dein Ταῦτα edd. omnes cum ms. *b.* Monuit vero CASAUB. »Scribe ex melioribus libris Κινά»ρα. Ταύτην &c.« & ſic ſcriptum videtur in noſtro cod. *a.* Deinde mendoſe Σοφοκλῆς ἐν Κοχλίσι dabant edd. & mssti; ubi Κολχίσι corrigendum monuit idem CASAUB. »*Colchi*»*des* enim (inquit) docuit Sophocles; non *Cochlides.*« κυνάραν καλεῖ. »Hoc voluit Athenaeus: quam her»bam per ι κινάραν alii appellant, Sophocli dictam eſſe per »υ κυνάραν. Galenus ſcribit, [lib. II. de Aliment. Facult. »cap. 51.] priores *cinaram* nuncupaſſe διὰ τοῦ κ καὶ ι: »ſuos aequales amore novitatis διὰ τοῦ κ καὶ υ. Aperte »Galeno contradicit Athenaeus, non ſolum his verbis, »ſed etiam paulo poſt, [p. 71. a.] cum ita ſcribit, *etiam* »*Sopatrum Paphium, qui temporibus Alexandri M. vixit,* κι»νάραν ὀνομάσαι, hoc eſt, per ι hanc vocem extuliſſe, »non per υ.« CASAUB. Mihi tamen non tam *aperta* pugna, quam vir doctus cenſuit, Galenum inter & Athenaeum eſſe videtur. Quod ſi integrum hac parte Athenaei opus haberemus, videremus fortaſſe amice eum cum Galeno conſentientem. En Galeni verba: (citante Bodaeo ad Theophr. p. 622.) Καλοῦσι δ' αὐτὴν οἱ πάντες φεύγοντες τὸ σύνηθες, οὐ διὰ τοῦ κ καὶ τοῦ ι τὴν πρώτην συλλαβὴν ὀνομάζοντες, ἀλλὰ διὰ τὸ κ καὶ υ. Quibus ex verbis primum hoc intelligitur, Galeni aetate *conſuetam* ſcripturam pronunciationemque fuiſſe per ι. Atque id ipſum clare etiam Athenaeus dicit p. 71. a. Dein cum hos, qui κυνάρα per υ ſcribebant, id facere Galenus ait φεύγοντες τὸ σύνηθες, *a conſueta ratione diſcedentes*, non neceſſario cum Caſaub. intelligendum, *novitatis* ſtudio id eos feciſſe; potuerunt enim etiam *antiquitatis* ſtudio a ſuae aetatis conſuetudine diſcedere. In eam partem ſi accipias Galeni verba, nullum erit inter illum & Deipnoſophiſtam diſſidium: niſi forte aliis praeterea verbis (quod iam non vacat diſquirere) ma-

gis aperte Galenus ea dicat quae Noſtro adverſentur. Cae- a
terum quae Κινάρα Galeni & Athenaei aetate vocabatur, noſtrum eſſe *Articoccum* vel *Articactum* (*Artichaut*) ſatis conſtare videtur: vide Bod. ad Theophr. p. 621 ſq. & Salmaſ. Exerc. pag. 159 ſq. Sed, ab ea longe diverſum eſſe arbuſtum, quod Κυνάραν vel κύναρον antiquiores nominaverant, hoc autem cum illa ab Athenaeo perperam permutatum & confuſum eſſe, iidem docti viri monuerunt. conf. Bodaeum pag. 271. & Salmaſ. in Homon. Hyl. Iatr. cap. 59.

Καλλίμαχος γὰρ Νησιώτου αὐτὸ ἀναγράφει. » Editus b
» fuerat a CALLIMACHO Πίναξ παντοδαπῶν συγγραφέων. » In eo libro videtur contra receptam vulgo opinionem ſcri» pſiſſe, librum qui tunc temporis in eruditorum mani» bus verſabatur hoc indice, Ἑκαταίου Μιλησίου Περιήγη» σις, non eſſe *Mileſii*, verum alius cuiuſdam HECATAEI, » hominis *inſularis*, id eſt, νησιώτου. Sed quis ille? aut » cuias? nihil enim reperio. Hecataei ex veterum monu» mentis noti mihi duo: alter Abderita, alter Mileſius. « CASAUB. — Νησιώτην, Luciano commemoratum in Rhetorum Praecept. cap. 9. *Gorgiam* eſſe *Leontinum*, Graevius docuit ad Lucian. l. c. Eumdemque hîc apud Athenaeum Callimachumque intelligendum eſſe coniectavit Toup ad Longin. pag. 160. At, Gorgiam illum rhetorem *Deſcriptionem Aſiae* edidiſſe, etiam atque etiam dubitandum videtur. Equidem cum apud Plutarch. in Vita Alexandri p. 691. ed. Francf. *Eretrienſem* HECATAEUM (Ἑκαταῖος ὁ Ἐρετριεὺς, ex Eretria Euboeae) memoratum videam, qui de Rebus Alexandri ſcripſerit, ad hunc potius auctorem relatam a Callimacho illam *Aſiae Periegeſin* putem. Quod dein ſubiicitur, ὅστις οὖν ὁ ποιήσας, inſeri debebat utriuſque noſtri codicis mssti auctoritate verbum ἐστὶν, ſcriptumque ſic oportebat, ὅστις οὖν ἐστιν ὁ ποιήσας. Paulo inferius, praetermiſſam in *Latina* noſtra *Verſione* interpretationem iſtorum verborum, καὶ περὶ τὸν Ἰνδὸν &c. ſic ſupple: » *Idem ait, circa Indum fluvium naſci cynaram.* « Mox poſt iſta, καὶ Σκύλαξ δὲ ἢ Πολέμων, verbum γράφει, quod deerat editis, dedere ambo noſtri mssti. Paulo c poſt, ex eorumdem librorum praeſcripto, verbis παρέτεινε τοῦ ποταμοῦ ſubieci iſta τοῦ Ἰνδοῦ, omiſſa in editis. De utroque ſupplemento monuit etiam e ſuis codicibus Caſaubonus. Denique vero utique, *deletâ* priore καὶ parti-

c culâ, nude ἔνθεν καὶ ἔνθεν legendum arbitror; a qua dictione pendent illi genitivi τοῦ ποταμοῦ ταῦ Ἰνδοῦ.

In DIDYMI verbis, ſicut diviſis vocibus κυνὸς βάτου libri omnes ſcribunt, ſic mox rurſus κυνὸς βάτου diviſim dedere mssti, ubi iunctim κυνοσβάτου editi habebant. Deinde vero κυνόσβατος iungunt omnes, niſi quod κυνόβατος ſcribit cod. *a*. Monuit hîc CASAUB. de Heſychii errore, qui in voce Κύναρος ait, κύνα γὰρ ξυλίνην τὴν κυνόσβατον ὁ Θεόφραστος λέγει. Nempe numqnam Theophraſtus *cynosbatum* adpellavit *canem ligneum*; ſed Pythia, miniſtra τοῦ λοξίου Διεῦ.

d THEOPHRASTI locus eſt Hiſt. Plant. III. 18. Ibi de κυνοσβάτῳ eadem fere, quae apud Athenaeum, leguntur, in hunc modum: τὸ δὲ κυνόσβατον τὸν καρπὸν ὑπέρυθρον ἔχει, καὶ παραπλήσιον τῷ τῆς ῥοᾶς: id eſt, *Cynosbaton fructum rutilum habet, ſimilem fructui mali punicae*: tum ſequuntur iſta, ἔστι δὲ δένδρου καὶ βάμνου μεταξὺ, καὶ παρόμοιον ταῖς ῥοαῖς· τὸ δὲ φύλλον ἀγνῶδες. i. e. *Eſt medium inter fruticem & arborem, & ſimile malis punicis: folium vero viticeum*, id eſt, *ſimile vitici* vel *ſalici amerinae*. Apud Plinium vero XVI. 37, 31. ſic legimus; *Rubi mora ferunt: & alio genere ſimilitudinem roſae, qui vocatur cynosbatos.* Et apud eumdem XXIV. 14, 74. *Cynosbaton alii cynoſpaſton-- vocant; folium habet veſtigio hominis ſimile.* Unde CASAUBONUS ait, pro παραπλήσιον τῇ ῥοιᾷ, quod eſt apud Athenaeum, aut pro τῷ τῆς ῥοιᾶς, quod hodie apud Theophraſtum legitur, Plinium apud eumdem Theophraſtum παραπλήσιον τῇ ῥοδῇ [rectius dixiſſet τῷ ῥόδῳ] legiſſe; pro τὸ φύλλον ἀγνῶδες vero, τὸ φύλλον ἰχνῶδες. Et ſic cum apud Theophr. tum apud Athenaeum corrigendum Dalecampius cenſuerat, in verſione h. l. ita ſcribens: *rubro fructu, qualis eſt roſae; folio veſtigio hominis ſimili:* eodemque modo in Graeco ſuo exemplo correxit Purſanus, ῥόδῳ & ἰχνῶδες. Noſtrum non eſt, iſtam componere controverſiam; quam eamdem Caſaubonus levi pede tranſiliit. Videtur utique in uſu vocabuli *cynosbatos*, (ut in multis aliis) iam apud veteres multum inconſtantiae & confuſionis obtinuiſſe. Ex profeſſo hunc locum tractarunt Bodaeus ad Theophr. p. 271 ſq. & Salmaſius in Homon. Hyles Iatr. cap. 25. pag. 24. quos conſulat Lector harum rerum ſtudioſus, & amplius inquirat. Villebrunius priori loco *roſam* e Plinio adſciſcendam; poſteriori

loco tenendum ἀγνῶδες ex Theophrasti & Athenaei libris censuit, idque ad alteram *viticis* speciem referendum, nempe ad *viticem folio serrato*. Eorum in gratiam, qui Bodaeum voluerint consulere, nonnihil monere iuvabit. Primum: quam ille ait a nonnullis doctis viris ex antiquo Athenaei codice commendari lectionem, ἀγλῶδες, quod illi *splendidum* interpretantur, est ea editionis Ven. & Bas. corrupta scriptura; pro qua in ed. Cas. recte ἀγνῶδες est positum ex mss torum praescripto. Tum quae idem Bodaeus Graeca verba, Plinii lectionem ex parte confirmantia, e Varini Lexico voc. Κυνόσβατος ita citavit, quasi unius Varini auctoritate starent; ea e Scholiaste Theocriti desumta sunt ad Idyll. V. 92. ubi sic legitur: φυτάριον δὲ ὁ Κυνόσβατός ἐστιν, ὅμοιον ῥόδῳ ἔχον τὸν καρπόν. ἔστι δὲ μεταξὺ βάμνου καὶ δένδρων, παρόμοιον ταῖς ῥοιαῖς ἢ ταῖς ῥοδέαις, ἀκανθῶδες, ὡς φησι Θεόφραστος. Quibus ex verbis (ut hoc obiter addam) oriri etiam suspicio poterat, pro ἀγνῶδες apud Theophrastum alios olim ἀκανθῶδες legisse. De cacto quidem, loco paulo inferius citato, observat Theophrastus, folium illi esse ἀκανθῶδες.

AD CAP. LXXXIII.

De *Cacto* THEOPHRASTI locus exstat Hist. Plant. VI. 4. ubi nonnulla quidem ad rem facientia leguntur, quae praetermisit Athenaeus, sed & corrupta multa, ex Athenaeo corrigenda; quorum neutra nunc moror. Videndus Bodaeus p. 627 sqq. & Salmas. Exercit. Plin. p. 160 sq. conferendusque Plinius XXI. 16, 57. Quos καυλοὺς ἐπιγείους Theophrastus dicit, eos esse *repentes* vel *prostratos*, docuit Bodaeus. Apud Athenaeum πτέρνικα tenui, quod ex Theophr. & Plin. tacite Casaubonus pro πέρνικα, quod libri omnes hic dabant, adsciverat: quamquam fortasse & πέρνιξ & πτέρνιξ perinde dicebatur, quemadmodum πέρνη & πτέρνη, πέρνα & πτέρνα, ut monuit H. Steph. in Ind. Thes. Vide Hesych. in Πέρνη, & Poll. II. 193. coll. var. lect. apud eumd. VI. 52. Pro nudo τὸ δὲ περικάρπιον, apud Theophrast. est τὸ περικάρπιον ἐν ᾧ τὸ σπέρμα, τὴν μὲν μορφὴν ἀκανθῶδες. Apud Athen. corrupte περικάρδιον legebatur in ed. Ven. & Bas. Veram scripturam, quam restituit Casaubonus, tenent nostri codices. Dicunt Graeci περικάρπιον, ut adnotavit Bodaeus, *quod in fructu extra*

e *eſt, & ſemen ambit;* quod in aliis (velut in pomis) eſui aptum, in aliis ineptum, pro natura & genere fructus. Sic nunc in *cacto*, pomum ipſum (ut interpretatur Salmaſius) ſquammatim compactum, & pineae nuci ſimile, quod intus ſemen παπποῶδες incluſum gerit, περικάρπιον appellatur, quia ſemen proprie eſt καρπός. At Salmaſius (praeeunte quidem ipſo Athenaeo in verbis proxime ſequentibus) *cactum* illum Theophraſti cum Graecorum κινάρᾳ noſtroque *articocco*, qui *carduus hortenſis* Romanorum eſt, eumdem facit; a quo tamen plurimum differre Theophraſti *cactum*, ex ipſa philoſophi deſcriptione intelligi videtur, ut monuit Bodaeus; qui *articoccum* noſtrum, (eumdem quem Galeni & Athenaei aetate κινάραν vulgo Graeci vocabant) Theophraſti σκόλυμον eſſe ſtatuit: quod diffidium an recentiori aetate compoſitum ſit a viris rei ſimul herbariae & antiquarum literarum peritis, non habeo compertum. VILLEBRUNIUS, κινάραν Gallice *Artichaut* reddens, κάκτῳ graecum latinumve nomen ſervavit; (*Cactus, Cacte de Sicile*) aitque, videri hunc eſſe *Cinaram ſilveſtrem latifoliam* botanicorum, quae hodienum in Sicilia ſponte creſcat. Confer quae ex Euſtath. infra citamus ad p. 71. c. Quod dein adiicitur, ἐμφερὲς τῷ τοῦ φοίνικος ἐγκεφάλῳ, ad figuram ſpectare, non ad ſaporem vel teneritatem, quo Plinius retulit, recte monuere Theophraſti & Plinii interpretes. De *palmae cerebro*, ſive *medulla* quae dicitur, vide mox deinde cap. 85. Grammaticae ineptiae, quas e neſcio quo veterum Grammaticorum proferentem unum e Deipnoſophiſtis ſuis inducit Athenaeus, *duarum literarum mutatione* e voce *cactus* factum eſſe *cardus*, merito viris doctis exploſae ſunt. Ibi ſicut κάρδος (non κάρδυος) καὶ κάκτος libri omnes tenent: ſic & paulo ante, ubi κάρδυον erat editum, κάρδον dedere noſtri mssti, quibus ſuffragatur Euſtath. ad Od. ρ'. p. 634, 7. Ac nihil ſane impedit, quo minus credamus, ſic a Graecis pronunciatum aut decurtatum fuiſſe latinum nomen: fortaſſe vero ipſi etiam Romani brevius nonnumquam *cardus*, pro *carduus*, dixerunt.

f In corruptis EPICHARMI verbis nihil nos adiuvarunt ſcripti noſtri libri, qui in omnibus exactiſſime cum editis conſentiunt; niſi quod in prioribus verbis πῖον (*ſic*) dabant pro πιὸν, & ſub finem σερίδα, pro σεριδία. CASAUBONUS in Animadv. prioribus verbis ita, ut infra con-

textum adnotavi, ex probabili coniecturâ emendatis, hanc f
verſionem adiecit: »*Papaver, feniculus, & aſperi cacti.* Et
»alio loco, *Cactum olus licet edere: quem ſi appoſueris in*
»*pingue probe intritum, ſuavis eſt; ipſe per ſe valeat.*« Tum
idem ſic pergit: »Τὸ πῖον, ut Latinis *pingue*, de omni ge-
»nere pinguedinis & κνίσσης, oleo, butyro, adipe, & ſi-
»milibus. *Carduos* ſive *cactos Siculos* (nos vocamus *Arti-*
»*chaux*) bifariam menſis inferebant: vel *per ſe*, crudos,
»ſine ulla omnino σκευασίᾳ: vel *pingui madentes*, & oleo
»& butyro unctos. Hodie uterque mos ab antiquo ma-
»net. Ego vero aſſentior Epicharmo, *cactos paratos & con-*
»*ditos, crudis & inunctis anteponenti.* Duo loci in unum
»erant confuſi, ut ſaepe alibi. Sequitur alius locus: Θρι- a
»δακας, ἐλάταν, σχίνον, ῥαφανίδας, κάκτους. Do-
»ctis placet, ἐλάταν, σχοῖνον: *abietem, iuncum:* [nempe
»ſic Dalech.] ſed omnia exemplaria probant σχίνον. Quin
»ego alteram potius vocem corrigendam cenſeo: nam
»quis locus *abieti* inter eſculenta? Scribo, ἐλαίαν, σχί-
»νον: *oleam*, & *ſquillam.* Τὴν σκίλλαν, ait Plutarchus in
»Pericle, [p. 153.] ἔστιν ὅτε καὶ σχίνον [immo σχῖνον]
»ὀνομαζουσι. Cratinus in Thrattis Periclem σχινοκέφαλον
»appellavit; quod *ſcillae*, inter bulbos nobiliſſimae, caput
»haberet ſimile. σχίνος aliàs *lentiſcum* ſignificat: an fue-
»rit aliquis baccarum lentiſci in condimentis uſus, non fa-
»cile dixerim.« — De σχίνῳ, *ſcilla eduli*, conf. II. 62. f.
& 68. b. quibus ex locis diſcimus etiam, σχῖνον penulti-
mâ longâ fuiſſe ſcribendum, non σχίνον, ut hic expreſ-
ſum erat. Quod pro ἐλάτην, ἐλαίαν voluerat Caſaubo-
nus, probavit Bodaeus ad Theophr. p. 860. *olivam* ver-
tens, rectius quam *oleam*, quod imprudenti excidiſſe Ca-
ſaubono videtur. Monuit vero idem Bodaeus, teneri et-
iam vulgatum ἐλάτην poſſe, *palmae cerebrum* aut *palmae fru-
ctum* intelligendo. At, quod in palma arbore ἐλάτη dicitur,
id nec cerebrum aut medulla, quae dicitur, nec fructus pal-
mae eſt, nec omnino eſculentum aliquid, ut ex locis ab
ipſo Bodaeo p. 103. extr. & ſq. prolatis intelligitur; ſed
ſpatha, ſive involucrum fructuum. Me, ut tenendum h.
l. vulgatum iudicarem, commovit gloſſa apud Heſychium,
quae Bodaei diligentiam effugiſſe videtur: Ἐλάτη· λαχά-
νου εἶδος.

In eiuſdem EPICHARMI verbis, quae ſequuntur, per-
quam utique probabilis eſt Caſauboni emendatio ἥκε -

a φέρων, pro ἔοικε - - φέρειν. Nisi luxati mutilatique versus essent, possemus fortasse ex metri ratione de illius emendationis veritate certius iudicare: quod si quidem post μάραθα adesset adhuc una vox trochaeum efficiens, haberemus versum Epicharmo haud sane indignum:

Ὁ δέ τις ἀγρόθεν ἦκε μάραθα - υ καὶ κάκτους φέρων.

Sequitur ἴφυον: ubi CASAUB. »*Iphyum* inter bulbos ex »Theophrasto notum. Qui ex Plinio emendant *tiphyum*, »audiant Hesychium: ἴφυα, ἢ λυχνὶς ἄνθος. ἔνιοι λάχα»νον, ὃ ἡμεῖς λαβαντίδα καλοῦμεν. οἱ δὲ, ἄνθη ἄγρια τῶν »σπειρομένων. vel οὐ σπειρομένων. Ubi velim observent »rei herbariae periti, quid appellet *lavantidem*. *Lavendulam*, »opinor, intelligit: quae tamen oleracei generis non vi»detur esse. « *Lavendulam* isto nomine intelligendam probavit Bodaeus, ut supra ad II. 62. b. dictum. Villebrune utrobique *asphodelum* interpretatur, quem initio Martii mensis florere ait; tum pro auctoritate pronunciat: »*Bod* »*a tort de prendre l' iphyon pour la sauge.*« ὀτόστυλλον quid sit, nescire se fatetur Cas. ἕρπυλλον coniectaverat Dalech. *serpyllum* vertens. De σκόλιον vero Dalecampio adsentitur Casaub. σκόλυμον legenti, quod est *cardui* genus, de quo fuse disputantem vide Bodaeum pag. 619. a. Quam scripturam probans Villebr. praecedentem vocem cum hac iungendam censuit, αὐτόστυλον haud sane improbabiliter corrigens, & *scolymon cum ipso caule* vel *ipsa stirpe* intelligens, habito respectu ad Plin. XXI. 16, 56. & Theophr. VI. 4. ubi ipsam *radicem scolymi*, *cum cortam*, *tum crudam*, *in cibum sumi* traditur. Poteras etiam suspicari, duplicem λλ in vulgata scriptura ex μ esse ortam, ut αὐτόστυμος oportuerit; quam suspicionem firmare videbatur rarior illa apud Hesychium glossa, Στύμος· στέλεχος, κόρμος: sed verendum fuerit utique, ne Στύμος ibi ex Στύλος sit corruptum, quod percommode etiam ferebat ipsa literarum series. Dein pro σερίδια, quod erat editum, σερίδα habere msstos libros monuit Cas. quod ipsum & nostri dedere. Est autem σέρις, sive σερὶς, *intubus* sive *cichorium*; de quo vide Bod. p. 811. Gallicus interpres *escarole* reddidit. Sequitur δράκτυλον, quod *atractylin* vertit Dalech. probante Casaub. Hanc Graeci aliâs ἀτρακτυλίδα vocant: potuit tamen fortasse aliâ nominis formâ uti Epicharmus. Agmen claudunt duae voces, κάκτον, ὀνόπορδον. Ibi DALECAMPIUS, omissa voce

κάκτον, nonnisi *onopordon* in versione posuit, hâc adiectâ a adnotatione: » *Cardui* genus asinis gratissimum; sic dictum » quod *asini* eo cibati *pedant*. Galli, graecae dictionis si» gnificatum exprimentes, *Asini crepitum* vocant, vulgo *Pet* » *d'asne*. « — CASAUBONUS: » Scribe καὶ τὸν ὀνόπορδον. » Nam, quod *onopordum* cardui genus esse doctis placet, » quo auctore suam sententiam nobis probabunt? In Grae» corum commentariis [id est, *apud Hesychium*: nam apud » nullum alium graecum auctorem, si a nostro discesseris, » nomen istud reperitur:] invenio, *onopordum* esse ἐλξί» νην, quae herba muralis est. Nicandri graecus interpres » plura illius nomina commemorat, nullâ tamen istius fa» ctâ mentione, ad Theriaca. Ἐλξίνη, ait, καὶ κλύβατις, » καὶ σιδηρῖτις, καὶ παρθένιον, καὶ περδίκιον, πάντα ἐστὶ » ἑνὸς φυτοῦ. « — Sane κάκτον, per se quidem positum, ferendum h. l. non videtur, quum initio eiusdem fragmenti iam nominati sint *cacti*. Nec vero satis placet καὶ τὸν a Casaub. propositum; cum quod neutrius generis videtur esse ὀνόπορδον, tum quod nulli e caeteris nominibus praepositus articulus est. *Onopordi*, praeter Athenaeum & Hesychium, nemo e veteribus, excepto Plinio, mentionem fecit. Is, *Onopordon*, ait, *si comederint asini, crepitus reddere dicuntur.* XXVI. 27, 87. Esse *cardui* genus, non adiicit quidem Plinius: sed, cum quod de asinis tradit ille, tum manens ad hunc diem non modo apud Gallos, verum etiam apud Calabros & Siculos nomen, (cf. Harduin. ad Plin. l. c.) vix dubitare nos sinit, intelligendum ὀνόπορδον *cardui* aliquod genus. Quam in partem percommode Villebrunius (a quo lubens disco, quoties bonae frugis aliquid profert) monuit, pro ἐλξίνην apud Hesychium (in Ὀνόπορδον) ἰξίνην scriptum oportuisse, quod est *cardui* genus, Theophrasto commemoratum VI. 4. eodem loco, quo proxime dein *cacti* mentionem facit. Id si non placet, statuendum fuerit, ἐλξίνην apud Hesych. eodem modo accipiendum quo apud Plin. XXI. 16, 56. & alibi, ubi scilicet pro *ixine* Theophrasti constanter *helxine* ponitur, sive erraverit Plinius, (ut Bodaeus iudicavit p. 823.) sive id latinum nomen eidem carduo fuerit. Apud Athen. igitur, in Epicharmi verbis, videtur vox κάκτον, nisi prorsus per errorem irrepsit, generale magis nomen esse, cum ὀνόπορδον iungendum, quo ad particularem illam cardui speciem, de qua diximus, restringatur.

a In PHILETAE *Coi* diſticho, pro *νεβρὸς* eſt *νεκρὸς* in cod. *a.* notando errore ad IV. 162. f. V. 187. f. IX. 368. d.

Ibid. pro *ὀλέσασα*, quod Caſ. recte poſuit, perperam *ὤλεσα* erat in edd. vett. & msstis. Vera ſcriptura ſervata eſt apud Antigon. Caryſt. Hiſtoriar. Mirab. cap. 8. ubi proxime ante iſtud verbum pro *ψυχὴν* legitur *ζωὴν*, quod minus placet. Monuit ad h. l. CASAUB. »Hoc vult Phi»letas: *Hinnulum* ſive *hinnuli oſſa apta eſſe ad lyram, ſi* »*modo caverit vivus, ne a cacto pungeretur.* Ex oſſibus hin»nulorum tibias facere ſoliti veteres, poſteaquam Theba»ni reliquos Graecos id docuerunt; ut refert Athenaeus »lib. IV. [pag. 182. e.] Atque illorum haec fuit opinio, »oſſa hinnuli quem cactus pupugiſſet, faciendae lyrae eſ»ſe inepta. Heſychius: *Κάκτος· ἀκανθα, ὑφ' ἧς ἐὰν πληγῇ* »*νεβρὸς, ἀχρεῖα ἰσχει τὰ ὀστᾶ εἰς αὐλούς.* Reperi etiam »vetus ſcholion in optimi & antiquiſſ. codicis orâ h. l. ad»ſcriptum: *ἐὰν ὁ νεβρὸς ὑπὸ τῆς κάκτου πληγῇ, ἀχρεῖα τὰ* »*ὀστᾶ εἰς αὐλοὺς ἰσχει.*« Inſeruit hoc Diſtichon Analectis ſuis Brunck T. II. pag. 524. conf. Niclas cum Beemanno ad Antig. Caryſt. l. c.

AD CAP. LXXXIV.

Ἀλλὰ μὴν καὶ κινάραν &c. Vide notata ad p. 70. a.

b *Πτολεμαῖος δ' ὁ Εὐεργέτης.* Meminerit lector, de *Evergete ſecundo* agi, cui *Phyſconi* cognomen erat. Pro *ποταμὸς* eſt *ποταμίων* in mſ. *a.* ſub quo latere poterat *ποτάμιον*: ſed in *ποταμὸς* conſentit Euſtathius loco mox citando. *ἰχθὺς λάβραξ. λαύραξ* mſ. *a. ἰχθῦς* cum circumfl. erat editum, ut ſcribunt ſubinde ubi indicare volunt ultimam huius vocabuli productam, quae per ſe in obliquis quidem brevis eſt, in recto vero caſu anceps. Sed, & ubi ultima longa, rectius *ἰχθὺς* acute ſcribi putavi. *χρύσοφρυς* recte ſcriptum in edd. vett. ut alibi. Minus recte *χρυσόφρυς* ed. Caſ. *Ptolemaei* verba, ab Athenaeo citata, repetens Euſtathius ad Od. ρ'. pag. 634, 9 ſqq. ad po-

c ſtrema verba haec notavit: *Καὶ ὅρα τὸ φιλοῦντες τῶν ἀκανθῶν· ἐξ οὗ φαίνεται, μὴ αὐτόχρημα κάκτον εἶναι τὴν ἐν τοῖς ἄρτι λεγομένην κινάραν. αὕτη γὰρ οὐχ οὕτω πάνυ τραχύνεται ἀκάνθαις.* id eſt: *Nota iſta verba, nudantes ſpinis; e quibus adparet, non eſſe prorſus eaſdem plantas, cactum, & cinaram quae in citatis verbis nominatur: iſta enim*

non ita eſt aculeata. Cactum, puto, non tam aculeatam dicit, quam *cinaram:* nec tamen ſatis liquet.

Κίναρον καλουμένην νῆσον, ἧς μνημονεύει Σῆμος. » Semus » Delius, ſcriptor non incelebris famae. *Cinarum inſulam* » σκληρὰν, ἄκαρπον, καὶ φυτεύεσθαι κακὴν, Gyaris parem, » ex Plutarcho de Exilio [Opp. T. II. p. 610. c.] habemus » cognitam.« Casaub.

AD CAP. LXXXV.

De Palmae cerebro vel medulla, quae dicitur, plura veterum loca collecta dedit Muretus Var. Lect. XIII. 12. Theophrasti locus eſt ex Hiſt. Plant. II. 8. ubi pro ἀπ' αὐτοῦ eſt ἀπ' αὐτοῦ τοῦ στελέχους: & legenda verba quae ibi ſequuntur. ἐν ᾧπερ recte ed. 1. Caſ. cum d ſuperioribus: perperam ἐν deeſt ed. 2. 3. Caſ.

Xenophontis verba leguntur de Exped. Cyri lib. II. pag. 220. ed. Baſ. Pro τῆς ἡδονῆς ſuſpicari poſſes τῆς ἐδωδῆς: ſed ἡδονὴν de *grato ciborum ſapore* idem Xenoph. uſurpavit in Cyropaed. VIII. 2, 4. Quo pertinet quod & *condimentum* quodvis *ſuave* ciborum, ἥδυσμα graece dicitur. Scriptura φοίνιξ ex ed. Caſ. in noſtrum exemplum intravit: & ſic quidem etiam apud Xenoph. in editione, qua utor, ſcriptum video. Rectius vero φοῖνιξ fuerat, quod eſt apud Athen. in ed. Ven. ὅταν ἐξαιρεθείη. ὅθεν eſt apud Xen. ἐξαιρεθῶν corrupte ed. Ven. ὅλος, ut eſt apud Xen. ſic dedere mssti noſtri cum ed. Ven. Temere ὅλως ed. Baſ. & Caſ. Dein corrupte prorſus ἐξηνένεκται habet ed. Ven. pro quo ἐξηραίνετο e Xenoph. adſcivit editor Baſ. tum ἐξαυαίνετο ed. Caſ. de qua illegitima forma mireris nihil ab Editore in Animadv. monitum. Aliâ parte peccant mssti noſtri, in quibus eſt ἐξηυαίνεται, cum aut ἐξαυαίνεται in praeſente temp. aut ἐξηυαίνετο oportuiſſet.

Νίκανδρος, Γεωργικοῖς. Γεωργικῷ editum erat: ſed pluralem hîc, ut alibi, agnoſcere veteres libros adnotavit Caſaub. In noſtris quidem compendioſe & dubie picta eſt vocis terminatio; ſed ſequi debui conſtantem aliàs librorum uſum in citando titulo illius poëmatis. δόξομεν e ἐγκέφαλον ἔχειν. Uſitata loquendi forma. Sic Epictet. Diſſert. I. 22, 18. Δεῖ μὲν καὶ φιλοσοφεῖν· δεῖ δὲ καὶ ἐγκέφαλον ἔχειν.

ANIMADVERSIONES AD PRAETERMISSA NONNULLA EX ATHENAEI LIBRO II.

pag. 278. noſtrae Edit.

AD CAP. LXXXVI.

Iam paſſim, cum libro I. tum libro II. nonnullas ex opere olim integro Athenaei particulas, quae in ſuperioribus Editionibus, ac partim etiam ab ipſo Epitomatore praetermiſſa erant, e noſtris codicibus msstis adiecimus. Superſunt nonnullae, quas, quoniam quo potiſſimum loco inſerendae eſſent non certo conſtabat, ad finem ſecundi libri reiecimus. Ex his quatuor illa Fragmenta, quae cap. 86. & 87. poſuimus, in codice noſtro mſ. *a.* cum aliis nonnullis in fine libri XIII. ſcripta leguntur, hoc titulo, Ἐκ τοῦ β΄. βιβλίου. Haud dubie legebantur eadem in Hoeſcheliano codice ſimul cum illis Panyaſidis verſibus, quos lib. I. pag. 36. d. exhibuimus; ad quem locum vide quae notavimus p. 262 ſq. harum Animadverſionum. Eadem certe Fragmenta habet quoque codex mstus Bibliothecae Mediceae, Bandinio memoratus in Catal. Tom. II. pag. 583.

In MENANDRI *verſibus*, quae CAP. LXXXVI. retuli, nec verbum nec literam vel unam mutavi. De ſolo verbo λαβὼν, (*verſ.* 3.) quod compendioſo nexu in codice ſcriptum eſt, levis exiſtere dubitatio poterat, eſſet-ne λαβὼν, an λαχὼν, legendum; ubi ego praeferendam priorem lectionem iudicavi. Non ingratam iſtam Cantilenam Lectoribus fore ſpero; nunc primum, quod ſciam, in lucem editam. Hanc in trochaicos verſiculos diſtribui, uno ſexto excepto, cui unicum pedem amphibrachyn ſive monometrum iambicum catalecticum adtribuere placuit. Mihi ſic ſatis commodo modulo fluere iſti verſiculi videbantur: commodius metrum ſi quis docuerit, lubens accipiam. Cum πέπαικεν *verſ.* 6. *balbutiens* interpretarer, verbum πταίειν in animo habueram, & illa Luciani verba, in Somnio cap. 8. ταῦτα καὶ ἔτι τούτων πλείονα διαπταίουσα &c. ubi διαπταίειν *balbutire* ſonat. Sed nihil magnopere opus fuerit a codicis ſcriptura diſcedere: ac potuerit fortaſſe Menander παραινέσεις πέπαικεν (i. e. *adhor-*

tationes caedit) dicere pro *exhortationibus obtundit filios suos*, aut omnino *exhortationes ultro citroque iactat*; quemadmodum fere Terentius, frequens Menandri imitator, *sermones caedere* dixit, pro *sermones ultro citroque iactare*, & *intempestive multa verba facere*. Poteras alioquin etiam πεποίηκεν suspicari: sed non est verisimile, pervulgatum adeo verbum cum isto exquisitiore per librarii errorem fuisse permutatum. Verbum παραλαλεῖν absque auctoritate in Lexicis solet adferri. Habemus vero, puto, hîc fontem, (*vers.* 8.) unde ducta glossa apud Hesychium: Παραλαλεῖ· φλυαρεῖ, μὴ γινώσκων ἃ λαλεῖ.

AD CAP. LXXXVII.

Eiusdem MENANDRI *iambi*, nullam quoad metrum habent difficultatem. Caeterum nec verborum incorruptam spondere possum integritatem, nec latinae interpretationis, quam subieci, exactissimam veritatem.

ANTIPHANIS *duo Fragmenta*, quae sequuntur, iam edita erant a Koppiers in Observat. Philol. p. 58. cui ea Ruhnkenius ex eodem nostro codice excerpta communicaverat. In eorum priore non magis ego, quam Koppiers, aut metrum extricare, aut sententiam certa ratione constituere potui. Nec, quo illud pertinuerit, liquido adparet. Cum in codice nostro interiertum sit post duo Fragmenta, quorum alterum ad II. 48. a. alterum ad II. 48. c. spectabat, proxime vero ante illud de *Tripode*, quod ad pag. 49. pertinebat: videtur hoc ea occasione prolatum a Deipnosophista, ut Graecis istis ad Regis Persarum epulas admissis, (p. 48. d – f. Cap. 31. nostrae edit.) opponeretur alius nescio quis, qui, *ut mendicus, pro foribus cibum capere* coactus fuisset. In fine fragmenti καὶ τις, non καὶ τίς, scriptum in codice.

Alterum ANTIPHANIS Fragm. eo spectabat, ut, occasione eorum quae de vocabulo Τρίπους pag. 49. disputantur, adnotaret Athenaeus, diminutivum vocab. Τριπόδιον apud hunc poëtam legi. Verba ita distribui, ut praeivit Koppiers l. c. qui & adiiciendam δὴ particulam *vers.* 1. censuerat. ποτήριον tacite correctum a Ruhnkenio puto. Corrupte πότερον scriptum in codice, ni fallunt nostra Excerpta.

AD CAP. LXXXVIII.

Fragmentum de Caussis Incrementi Nili fluvii primus edidit H. Stephanus in libello, cuius iam supra p. 293. extr. harum Animadv. mentionem feci, cui titulus: »Ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου. Aristotelis et Theophrasti *Scripta quaedam, quae vel nunquam antea, vel minus emendata quam nunc, edita fuerunt.* »Ex officina Henrici Stephani Parisiensis typographi. An. »M. D. LVII.« forma octona. Ibi, post Photii Excerpta ex Sotionis libello de Fluviis, Fontibus & Lacubus, legitur hoc Fragm. pag. 144 - 146. praefixo titulo: *Περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναπληρώσεως διάφοροι δόξαι.* incipiens a verbis, Θαλῆς ὁ Μιλήσιος, & desinens in ista, *πρὸς τὴν ἄρκτον ἰέναι.* In tabula Contentorum libello praefixa, titulus huius fragmenti sic repetitur, *Περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναπλ. διάφοροι δόξαι. ἀνωνύμου.* Unde vero acceperit illud Stephanus, nusquam declaratur. In nostro cod. *a.* Epitomen Athenaei continente legitur idem fragmentum paulo in fine auctius, postremo codicis folio inscriptum; cum caetera paralipomena ex secundo Athenaei libro inscripta sint spatio vacuo, quod in postrema pagina Epitomes libri XIII. relictum erat. Porro in exemplo editionis Venetae eodem ipso, quod olim Iacobi Bedroti fuerat, Basileensis Editoris Athenaei, reperi schedam duobus foliis in quarta forma constantem, qua exhibetur notitia Codicis msti Epitomen Athenaei continentis, qui codex quidem ubinam locorum exstiterit, aut cuius fuerit, non adnotatur. (Ipsum quidem Bedrotum non usum esse codice msto, ex ipsius Praefatione constat.) Ea Notitia ab his verbis incipit: *Βίβλος ἡ καλουμένη Δειπνοσοφιστής*: tum per singulos XV Athenaei libros adponuntur prima & postrema cuiusque libri verba; & suo numero indicatur folium, quo quisque liber Epitomes Athenaei in illo codice vel initium capiebat, vel finiebatur. Iuvabit h. l. verbotenus adponere postremam illius Notitiae partem, quae sic habet:

»*Fol.* 237. *b.* Ἐκ τοῦ β'. βιβλίου. Ἔργον εἰς τρικλίνιον συγγενίας [sic ibi, pro eo quod in nostro cod. melius, *εἰς τρίκλινον* & *συγγενείας*] *εἰσπεσεῖν &c. καὶ ἑξῆς περὶ ἀμέτρου οἴνου*, Ἐκ γὰρ οἰ ἄτης τε καὶ ὕβριος αἶσα ὀπηδεῖ. lin. 26.« [id est, Fragmenta ista in cod. msto *viginti sex lineas* complebant. Primum ex illis Fragm.

modo exhibuimus cap. 86. noſtrae edit. Poſtrema verba claudunt *Panyaſidis fragmentum*, quod a nobis ſuo loco II. 36. d. pag. 138 ſq. noſtrae edit. inſertum eſt ex noſtro cod. *a.* in quo illud pariter poſtremum locum *in Praetermiſſis ex ſecundo Athenaei libro* obtinet.]

»*Fol.* 238. *a.* περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως. Θαλῆς ὁ Μιλήσιος, εἷς τῶν ζ' σοφῶν &c. τὰ δὲ λοιπὰ, βολβιτικὸν, σεβεννιτὸν, [σεβεννιτικὸν puto voluit ſcriba] μενδήσιον, σαϊτικὸν, ὀπουεπικόν. lin. 53. «

»*Fol.* 239. *a. In fine libri Catalogus eſt Authorum* DC. *qui ab Athenaeo citantur.*«

In illo igitur codice (qui an hodie, aut ubi locorum ſuperſit, ſcire perquam velim) illud Fragmentum, de quo quaerimus, haud dubie ad *Athenaeum* auctorem videtur relatum. Et in eamdem utique partem accipiendum videtur, quod noſter *codex a.* idem exhibeat; quippe qui nihil aliud, niſi quod ad Athenaeum pertineat, continet: nec fere dubito, eſſe illud ab H. Stephano pariter in aliquo codice Epitomes Athenaei, quem ille in Italia excuſſiſſet, repertum. In eodem quidem Mediceo codice, cuius paulo ante (ad cap. LXXXVI.) mentionem feci, idem Fragmentum eis, de quibus ſupra dictum, ſubiectum eſt. De *Nilo* diſputatum videmus apud Athenaeum lib. II. pag. 41. f. & 42. a. Ea occaſione facile moveri inter Deipnoſophiſtas celebris quaeſtio de *Cauſſis Incrementi Nili* potuit: & in ratione, qua hic tractatur illa quaeſtio, ac potiſſimum in formulis, quibus utitur auctor in citandis aliorum auctorum ſententiis, Athenaei ſtylus haud obſcure perlucere mihi viſus erat. Quidquid ſit, eo minus dubitare debui quin illud iſto loco adponerem, cum praeſertim & haud paulo emendatius, & nonnihil etiam auctius, quam adhuc vulgatum erat, e codicis noſtri praeſcripto exhiberi potuerit. Integrum fragmentum noſtrâ gratiâ ex praedicto codice deſcripſit vir iuvenis doctus THORLACIUS, Hafnienſis, cum ſuperiori anno Pariſiis ſtudiorum cauſſa verſaretur.

De Argumento conferri Herodotus debet, & Diodorus Siculus, aliique auctores, quorum diſputationes ſuper eadem quaeſtione adnecti vulgo editionibus Herodoti ſolent. Noſtrum eſt, nonniſi ea potiſſimum hic adnotare, quae ad lectionis varietatem aut ad veram iudicandam ſcripturam ſpectent. Igitur p. 278. noſtrae edit. *lin. penult.*

duo verba τοῦ Νείλου e noſtro cod. adiecta, deſunt Stephani exemplo. *Pag.* 279. *lin.* 2. κωλύειν τὴν ἐπιῤῥοὴν αὐτῶν, ſcil. τῶν στομάτων εἰς τὴν θάλασσαν. Pro iſtis quatuor verbis, haec octo habet H. Steph. τὴν ἔκβασιν τοῦ ποταμοῦ ἐκπίπτειν εἰς τὴν θάλασσαν. *Lin.* 3. Oportebat προσπίπτον ἀντίον τοῖς στόμασι. Vox ἀντίον, quam & noſter cod. & H. Steph. agnoſcit, noſtro errore omiſſa eſt. *Lin.* 4. καὶ τὴν ἀναπλ. Deeſt τὴν Steph. *L.* 5. οὕτω γίνεσθαι τοῦ Νείλου. οὕτως φησὶ γίνεσθαι τοῦ ποταμοῦ. St. *L.* 6. ἀπὸ χιόνος. τῆς χιόνος abſque ἀπὸ St. *L.* 7. γίνεσθαι τοῦ Νείλου. τοῦ Ν. γ. St. *L.* 8. τῶν τραγῳδιοποιῶν. τραγῳδιῶν ποιηταὶ St. *Ib.* καὶ Ἀναξ. Ἀλλ' Ἀναξ. St. *L.* 9. τὴν γένεσιν λέγει. τὴν γένεσιν, ποίησιν λέγει St.

L. 11. Commode verba illa ἐν δράματι Ἀρχελάῳ, quae deſunt noſtro codici, adiecta ſunt in Stephani editione, quae ille haud dubie in ſuo codice repererat. Nam potuerat quidem Stephanus, ex collatis inter ſe Strab. V. p. 221. c. d. & Diodoro Siculo I. 38. tum Stephano Byzant. voce Αἰθίοψ, diſcere eſſe iſtos verſus ex *Euripidis Archelao* ductos: ac potueras ſuſpicari, fuiſſe fortaſſe illum fabulae titulum cum primo verſu ex iſtis auctoribus ab H. Stephano e ſuae doctrinae copia, nulla codicis ipſius auctoritate, adiectum; qualia multa ſubinde illum ſibi permiſiſſe conſtat. At, id ſi feciſſet H. Stephanus, cum Strabone & Byzantino (nam Diodorus Siculus fabulae titulum tacuit) nude ἐν Ἀρχελάῳ ſcripturus erat, non ἐν δράματι Ἀρχελάῳ, quae eſt formula Athenaeo paſſim uſitata.

Pag. 280. *lin.* 1. Recte τεθριππεύοντος cod. noſter, ut legendum monuerat Voſſius ad Melam I. 9. pag. 608. Perperam τεθρίππου ὄντος Steph. *Ibid.* κατὰ χθόνα, ſcil. Αἰθιοπίδα, ut monuit Voſſius l. c. ubi etiam docet, eodem modo ſcriptum fuiſſe in apographo, quo uſus erat Stephanus, eamque ſcripturam temere ab illo in καθ' αἰθέρα eſſe mutatam. *L.* 2. Καὶ ἐν Ἑλένῃ. In ipſo fabulae initio. *Ib.* ὅμοιον τούτου. Deſunt haec ed. Steph. *L.* 4. ἀντὶ δίας ψεκάδος. Perperam ἂν διὰ ψακάδος St. *Lin.* 7. Aeschyli *verſus* repetiit Stanlei in Fragmentis Aeſchyli p. 648. conf. eiuſdem Stanl. & Pauwi Notas p. 885. & 1109. καὶ μαθὼν, quod habebat Stephanus, tenens Stanl. commode vertit & *expertus*. Praeter rationem καὶ παθὼν correxerat Salmaſ. Exercit. p. 296. quod adoptavit Voſſ. ad Melam l. c. *Lin.* 8. ἑπτάῤῥους recte noſter cod. ut ex coniect. emendaverant

viri docti. Perperam ἐπάῤῥους Steph. *L.* 9. κυλίνδει. κυλίνδων Steph. In πνευμάτων consentit Steph. ῥευμάτων correxit Voss. & adoptavit Stanl. *L.* 10. ἐν ᾗ, scil. ὥρᾳ, *quo tempore*. *Ib.* πυρωτὸς ἥλιος ἐκλάμψας. Sic noster cod. ut correxit Voss. Corrupte πυρωτὸν μηνὸς ἐκλάμψαν Steph. quod varia ratione partim corrigere, partim interpretari tentarunt Salmasius, Stanlei, & Pauw. *Ibid.* χθονὶ percommode noster cod. φλόγα Steph. quod & ipsum varie tentarunt viri docti. Aeschyli versum istum in animo habuit Euripides, cum scriberet illum, τεθριππεύοντος ἡλίου κατὰ χθόνα. *L.* 11 *sq.* Duo versus τήκει πετρ. & Αἴγυπτος &c. perperam inter se transpositi sunt in ed. Steph. Pro πετραίαν, habet πετραίην Steph. *L.* 13. ἀντέλλει recte ms. ut & Voss. ἀγγέλλει Steph.

Cap. LXXXIX. *Pag.* 281. *lin.* 3. πολλῶν καὶ λαμπρῶν desunt. Steph. *Lin.* 4. τὰς τοῦ κυνὸς ἀνατολὰς. τὴν τ. κ. ἀνατολὴν St. *Ibid.* ἕως τῆς ἐπιτ. Caret τῆς St. *L.* 5. ἐτησίαι. ἐτήσιος St. *L.* 6. Caret ἄνεμοι St. *L.* 7. Bene τὰ νέφη St. *Ibid.* φέρειν πρὸς τὴν Αἰθιοπίαν. πνέοντας πρὸς τὴν Αἰθιοπίαν ἄγειν St. *Ibid.* ὧν καὶ. ὧν δὴ καὶ St. *L.* 9. ἀφ' οὗ τὸν Νεῖλον ἀναβαίνειν. ἀφ' οὗ τὸν Νεῖλον πληρούμενον ἀναβαίνειν συμβαίνει St. *L.* 10. περὶ τὰς χειμ. περὶ μὲν χειμ. St. *L.* 12. ἀνατμιζομένης. ἀτμιζομένης St. *L.* 13. ὑπὸ. ἀπὸ St. *L.* 14. τοὺς ἐτησίας. τοὺς ἐτησίους St. *Pag.* 282. *l.* 1. ὄμβρον. ὄμπρον St. praepositio asterisco. Dein desunt apud Steph. octo verba, Τὴν οὖν usque Δημόκριτος.

Cap. XC. Pro Εὐθυμένης, perperam Εὐμενίδης Steph. De Euthymene, cuius haud satis perspicua, aut mira certe sententia, conf. Plutarch. de Plac. philos. IV. 1. Senec. Quaest. Nat. IV. 2. Aristot. Meteor. I. 13. Videtur ille (ni plane mentitus est quae hic ab eo scripta referuntur) e mari Atlantico in magnum aliquem Africae fluvium navigasse, quem cum Nilo coniunctum putaret. Cum isto fluvio coniunctus fuisse ingens lacus videtur, aliàs aquâ fere destitutus, aliàs dulci aquâ repletus; ad quem spectet id, quod de ipso mari in eis locis narrat navigator. In aliis Africae fluviis, praeter Nilum, reperiri pariter & crocodilos & hippopotamos satis constat. *Lin.* 4. *sq.* φησὶν, αὐτὸς πεπλευκὼς, τὴν ἔξω θαλασσαν ἐπιῤῥ. Ante τὴν ἔξω θαλ. est comma in codice; ne putes cohaerere πεπλευκὼς τὴν ἔξω θαλ. Simul vero satis adparet, ad verbum πεπλευκὼς e consecutione orationis ex communi, ut aiunt, in-

telligi debere eadem ipſa verba τὴν ἔξω θάλασσαν. Stephanus ſic habet, αὐτὸς πεπλευκὼς, φησὶν εἰς τὴν ἔξω θαλ. ἑπ. *L.* 5. Pro ὡς ἐπὶ τὴν Λιβύην, habet ἕως ἐς τὴν Λιβ. St. *L.* 6. ἐστραμμ. δὲ εἶναι. ἑστρ. τε εἶναι St. *L.* 8. ἐτησίαις. ἐτησίοις St. *Ibid.* ἀνωθουμένην recte Steph. ubi ἀνωθουμένοις e noſtro cod. enotatum. *Ibid.* ὑπὸ πνευμάτων. ὑπὸ τῶν πνευμ. St. *L.* 9. καὶ ῥεῖν. καὶ ῥεῖν ἔσω Steph. ut ſub contextu adnotavi. *L.* 13. *ſq.* τοῦ ποταμοῦ. τῶν ποταμῶν St. & caret μὲν ante χειμῶνος. *Pag.* 283. *l.* 1. ἐπιγιν. ἐπιγεν. Steph. *L.* 2. συναναφέρειν codex noſter. συναναπλήρουν St. Male uterque. Deſiderabatur paſſivum verbum aut neutrum, non activum. Nec dubito affirmare, συναναφέρειν noſtrum ex συναναβαίνειν corruptum eſſe, quod idem ac συναπληροῦσθαι valet, i. e. *incrementum capere, impleri, augeri.* Sic ἀναβαίνειν recte legitur p. 281. lin. 9. eademque notione προσαναβαίνειν apud Polyb. III. 72, 4. IV. 39, 8 ſq. Verbum βαίνειν haud ſemel librariorum temeritate cum φέρειν permutatum obſervavi: ſcilicet, ob vulgarem literae β & diphthongi αι pronunciationem ex βαίνειν primo φένειν factum; idque dein ab eo, qui emendare vellet, in φέρειν mutatum. Oenopidae ſententiam, prout hic proponitur, ex Henr. Stephani exemplo ſic latine convertit Iungerman. in Appendice ad Herodotum: » *Oenopides Chius ait, tempore hiberno fluviorum fontes exſiccari, qui aeſtate calore refoti profluant. Quod itaque repleatur illa quae accidit ſiccitas, in cauſſa eſſe aquas coeleſtes hieme decidentes: at quum in Nilum nullae tunc cadant pluviae, iis deſtitutus, haudquaquam impleri poteſt: & hanc eſſe cauſſam, cur hieme minor is exiſtat, plenus vero ſit aeſtate.*« Longe aliter eiuſdem Oenopidae ſententiam propoſuit Diodorus Sicul. I. 41.

Pag. 283. *l.* 4. ὑπεναντίως. ὑπεναντία St. *L.* 5. παραπλ. δὲ Οἰνωπίδη. Dativum caſum recte dedit Steph. qui quidem Οἰνοπίδη per ο ſcripſit ut ſupra. Perperam Οἰνωπίδης in recto caſu habet noſter cod. *L.* 6. τοῦ Νείλου τοιαύτην. Temere in noſtro exemplo omiſſum verbum. Scriptum oportebat *cum Stephano*, τὴν μὲν γὰρ ῥύσιν τοῦ Νείλου φησὶ τοιαύτην. In *noſtro codice* eſt φασὶ, minus commode. In Athenaei codicibus frequentiſſime permutata iſta inter ſe (φασὶ & φησὶ) reperiri, iam ſaepius monuimus. *L.* 8 *ſq.* ἐπὶ τροπὰς δὲ θερινὰς. ἐπὶ δὲ θερινὰς τροπὰς Steph. Pro ἐπὶ utique aut περὶ legendum, aut ὑπὸ, *ſub*, i. e.

verſus id tempus. L. 9. πρὸς τὴν ἄρκτον, ὑγραίνειν. Perperam πρὸς τὴν ἄρκτον ἰέναι habet Stephanus; & in his verbis finem ille fecit huius Fragmenti, praetermiſſis his quae de *Nili oſtiis* adiecta habet noſter codex & alii.

E *ſeptem* OSTIORUM NILI nominibus, quae hîc adponuntur, poſtremum nomen Ὀπουντικὸν ſcribi in noſtro cod. viſum erat Thorlacio. Inſpecto his diebus codice ipſo, liquido cognovi, Ὀπουεπικὸν eum dare; eamdem prorſus ſcripturam, quae & in altero Codice, de quo ſupra dictum, reperta, & e Mediceo codice a Bandinio (in Catal. T. II. pag. 583.) adnotata eſt. Sed non magis cognitum hoc nomen, quam iſtud, in Oſtiorum Nili nominibus. *Celeberrima ſeptem oſtia* illius fluvii, referente Plinio lib. V. cap. 10. ſect. 11. fuere: *Proximum Alexandriae Canopicum, deinde Bolbitinum, Sebennyticum, Phatniticum, Mendeſium, Taniticum, ultimumque Peluſiacum.* Eodem ordine eisdemque nominibus ſeptem oſtia recenſet Strabo XVII. 801. b. c. monens deinde pag. 802. d. oſtium *Taniticum* a nonnullis (ut ab Herodoto) *Saiticum* adpellari. Idem Strabo p. 801. c. docet, *Phatnicum* vel *Phatniticum* oſtium maximum fuiſſe poſt *Canopicum* & *Peluſiacum*. Atqui huius ipſius mentionem nullam facit Auctor noſter; qui pro eo (& diverſo quidem loco, ſi ordinem ſitus ſpectes) Ὀπουεπικὸν, *Opuepicum*, nominat; cuius nominis nullum veſtigium in tota Aegypti ora, quod ſciam, reperitur. Cum Strabone & Plinio conſentit Diodorus I. 33. Herodotus quidem II. 17. cum noſtro Auctore pariter *Phatnicum* vel *Phatniticum* ignorat oſtium; ſed pro eo *Bucolicum* nominat, quod a Diodori aliorumque *Phatnitico* non diverſum eſſe Weſſelingius cenſuit. Suſpicatus ſum equidem, pro corrupto Ὀπουεπικὸν fortaſſe Ὀνουφιτικὸν ſcripſiſſe Noſtrum; quo nomine eum adpellaſſet alveum, qui ab *Onuphi* oppido in mare decurrit, qui *Diolcos* apud Ptolemaeum vocatur. (conf. Cellarii Geogr. Afric. pag. 22. & pag. 27.) Licet enim minor olim fuerit ille alveus, & inter *falſa*, quae dicebantur, *Nili oſtia* numeratus: nihil tamen impedit, quo minus credamus, Athenaei aetate limo magis obrutum fuiſſe *Phatniticum* oſtium; contra commodiorem navigationi factum hunc, quem dixi, *Onuphiticum* alveum. Sed de hoc viderint doctiores.

SUPPLEMENTUM NOTARUM ET ANIMADVERSIONUM IN LIB. I. ET II.

QUUM eruditae *in Athenaeum Adnotationes*, quas CORAY noſter, Vir doctiſſimus, nobis communicavit, non prius in manus noſtras pervenerint, quam ad medium fere ſecundum Athenaei Librum progreſſae typisque iam deſcriptae eſſent noſtrae Animadverſiones; commode me facturum exiſtimavi, ſi, caeteras ſuo quamque loco inſerens, has quae ad primum Librum & ad priorem ſecundi partem ſpectant, hoc loco continua ſerie adponerem; ita quidem, ut nonnulla etiam interſpergerem, quae in eadem operis parte a nobis ſive in Animadv. praetermiſſa, ſive in ipſo Contextu minus recte conſtituta, obiter interim obſervaſſem. Iſtud Supplementum iam ſic paratum & in eo erat ut prelo ſubiiceretur, cum inſperato CODICEM illum MANUSCRIPTUM *olim* SEDANENSEM, qui ſaepe a nobis in his Animadv. laudatus eſt, (cod. *a.*) *Epitomen exhibentem Athenaei*, his ipſis diebus ad me Pariſiis delatum, in manibus meis vidi. Meminerat adoleſcens ille, qui ante hoc biennium conferendorum Codicum Athenaei operam Lutetiae ſuſceperat, in Libro tertio & ſequentibus, quibus ipſum plenius Athenaei opus exhibetur, Codicem hunc eâdem continuâ & exquiſitâ diligentiâ, qua vetuſtus Venetus minutatim excuſſus eſt, conferri a ſe non potuiſſe, cum ob temporis anguſtias, quod in eum laborem impendere licuerat, tum hoc ipſo, quod non niſi Epitome haec eſt, adeoque non pede preſſo ſequitur verba auctoris. Meminerat ſimul, quantum inter ſcripturae ductus huius Codicis & illos alterius intereſſet: in Venetis membranis

verba omnia omneſque ſyllabas cunctis ſuis elementis perſpicue eſſe expreſſas; connexas quidem literas nonnullas, velut illas στ ει υν, ſed nullum uſquam veſtigium illorum compendiorum, quae non modo lectu difficilem, ſed ſaepe etiam prorſus dubiam faciunt ſcripturam: contra Sedanenſium membranarum ſcribam omne genus libidinis ſibi indulſiſſe, quibus tachygraphi, atque etiam calligraphi nonnulli, ita intricatam reddere ſcripturam conſueverant, ut non modo difficillima lectu ſit, ſed ſaepe etiam nonniſi hariolando, quid potiſſimum dare voluerint, extricare poſſis. Quare iam pridem pulcre intellexerat noſter ille primus codicum horum explorator, haud exigui fore ad perfectionem noſtri operis momenti, ſi mihi licuiſſet hunc potiſſimum Codicem meis uſurpare oculis, & ad manus habere; quem conſulerem, ubi notulae a ſe ex eodem excerptae mihi non facturae eſſent ſatis, aut ſuper eis dubitatio aliqua oborta fuiſſet. Igitur nupera opportunitate uſus induſtrius Iuvenis, cum ad ſalutandum admiſſus eſſet Virum omni laude ornatiſſimum CHAPTALIUM, cuius auſpiciis Interiora Reipublicae negotia adminiſtrantur, me inſcio rogaverat ab hoc Viro, impetraveratque, ut illius Codicis mihi copia fieret. Quem codicem quemadmodum poſthac in tertio Athenaei Libro & ſequentibus diligenter ſum excuſſurus, ſic cupide ſtatim in eodem duos priores Libros perlegi, quo, ſi qua ſupplementa ille daret ad corrigenda nonnulla in iſtis Libris loca, ea continuo cum Lectoribus noſtris poſſem communicare. Et nec poenitendus labor, nec exiguum ſane ſpicilegium fuit lectionum, partim optimarum & unice verarum, partim probabilium utique, denique mendoſarum quidem, ſed tamen notabilium, quae vel praetermiſſae erant in prima collatione vel minus recte enotatae. Nec mirum: ſunt enim ex illis Lectionibus primum bene multae, ad quas vix fieri poterat ut adverteret animum, aut, ſi animadvertiſſet, rationem earum ullam habendam cenſeret is qui non totus in meditando contextu auctoris iam pridem fuiſſet ita occu-

patus; ut minutatim syllabatimque verba omnia excussisset, & quamlibet in partem vertisset: deinde, in eodem codice, pulcerrime licet ad speciem & splendide exarato, tamen, singulatim si spectes, ita lascive grassatus est calligraphus in adhibendis quibusque compendiorum scripturae generibus, & in his multorum perraro alibi occurrentium, ut non modo longo codicum mstorum usu sit opus, sed & peculiare studium in cognoscendo huius scribae more ponendum, quo, quid sibi voluerit homo, intelligas; & vel sic saepenumero nonnisi divinare, ac saepe etiam ne divinare quidem ulla ratione, quid vel voluerit vel debuerit, valeas. Nam in fine potissimum verborum, ubi maxime sibi indulgere soliti erant illi homines, non satis habuit vulgatos illos scripturae nexus adhibere & compendiosas notas, lubricas saepe ac levi momento discriminatas, eoque facilius confundendas; verum persaepe etiam non modo unam ultimam vocalem, (quod & ipsum ab aliis frequenter usurpatum) sed duas, tres, & plures quoque postremas vocis literas ita prorsus praetermittere consuevit, ut ne ullâ quidem adiectâ notâ, quid voluerit vel debuerit, significaret. Quae cum ita sint, non tam negligentiae postulandum Adolescentem nostrum putavi, quod alias lectiones, ratus ab impressis non dissentire, non adnotasset, aliarum consulto rationem non habuisset, alias minus adcurate excerpsisset; quam laudandam cum animi constantiam, qua taediosum illum difficillimumque laborem codicis huius conferendi suscepisset, tum & industriam & sagacitatem, quam plerisque in locis nobis probasset. Nonnulla etiam, dum codicem excutio, animadverti, quae, cum iam ab eodem nostro speculatore recte fuissent adnotata, meam observationem, quo tempore vel contextum Athenaei constituebam, vel Animadversiones conscribebam, effugerant. Ista igitur cuncta, quaecumque sunt, quae vel prius dare non potuimus, vel quae temere a nobis praetermissa erant, ad suum quodque locum relata, & CORAYI nostri *Adnota-*

tionibus intertexta, ſtudioſo Lectori hic exhibemus: ſic non erit ei neceſſe, per diverſas operis partes diſperſa *Supplementa* inutili labore conquirere.

AD EPITOMEN LIBRI I.

Ad pag. 1. *a. ed. Caſ.* (Animadv. noſtr. p. 5.) Titulum, Ὑπόθεσις τοῦ Συγγράμματος, ignorat ms. *a.*

Ibid. Λαρήνσιος. Sic ed. Baſ. & Caſ. Λαρίνσιος ed. Ven. & mſ. *a.* & *b.* omneſque puto codices, fere conſtanter. Tamen lib. II. p. 50. f. ms. *a.* Λαρήνσιος tenet. Coniecturam viri docti, qui Τερήνσιος oportuiſſe ſuſpicatus erat, retuli in Praef. contextui praemiſſa, p. 50. nor. *g.*

Ad p. 1. *c.* Μασούριος. Μανσούριος ms. *a.* inſertâ litera *ν*, ut in vetuſto editionis ſpecimine, de quo in Praefatione dictum p. XXVII. in not.

Ibid. Μάγνος. Nomen Μόνος, quod eſſe in msstis dixi, in ms. *a.* duobus punctis ſuperne adpoſitis, ut mendoſum, notatur a prima manu. Saepius iſta nota occurrit in eo codice, ubi vox mendoſa eſt, aut calligrapho mendoſa viſa erat. Et, ut ſemel dicam, omnia in iſtis membranis, etiam quae correcta ſunt, aut inter lineas vel in margine adſcripta, ab eadem manu ſunt.

Pag. 2. *a.* ἀπομαξαμένοισι. ἀποδεξαμένοισι ms. *a.* ſed ἀπομαξ. inter lineas. Vide Animadv. p. 28.

Pag. 2. *c.* πάντ' ἀρίστου. πάντα ἀρίστου ms. *a.* *Ibid.* ἱερουργιῶν, ut a nobis editum eſt, recte ſcribitur in ms. *a.* Puto & in *b.* unde enotavit Brunck.

Pag. 2. *d.* συναγωγῆς. Sic plane, ut edidimus, eſt in ms. *a.* compendioſâ quidem ſcripturâ. Quod mox ibi καταστησιγᾶσθαι *vetuſtas leges* dicit auctor, in eamdem ſententiam nonnemo apud A. Gellium XVI. 10. ait: *Omnis XII. tabularum antiquitas conſopita eſt.*

Pag. 3. *a.* De PISISTRATI *bibliotheca* vide A. Gellium VI. 17. & conf. Wolfii Prolegom. ad Homer. p. 145.

Pag. 3. *c.* τίς γὰρ τὰ οἴκοι ποθεῖ. In ms. *a.* videtur eſſe ποθῇ. Rectius (puto) fuiſſet τίς γὰρ ἂν -- ποθοίη; *Ibid. in Apollodori vſ.* 3. εὐθὺς εἰσιόντι. εἰσιόντα perſpicue ſcriptum in cod. *a.* recte, uſitatâ Graecis poëtis enallage. *Ibid. vſ.* 5. in ἔσανε conſentit ms. *a.* Videtur autem primum ἔσηνε dare voluiſſe librarius. *Ibid.* ὑπαντή-

φας δέ τις. In ms. *a.* eſt ὑπάντησέ τις, dein demum ſuper α inter lineas ſcripta vocalis η.

Pag. 3. *f.* Χίου κεράμιον. *Ad Animadv. noſtr. p.* 41. *lin. antepenult. adde:* Sed ſuper iſtis verbis, quae nimis diu nos tenuere, audiamus, ut breviter, ſic luculente, diſputantem CORAYUM. »Χῖον κεράμιον, inquit. Ita lego pro »κεράμειον. Hodiedum Chia fictilia, parviora praeſertim, »quibus pro vaſis aquariis utuntur Graeci, in tanto ſunt »pretio, ut mittantur dono ad incolas Smyrnae & Con»ſtantinopolis. Satis itaque erat, Ionem fictili Chio, vel »vacuo, viginti millium Athenienſium (ſi ſolos cives »intelligere velimus) viritim quemque donaſſe.« — In Χῖον κεράμειον conſentit noſter codex.

Ibid. συμποτικοὺς. Vox βασιλικοὺς in ms. *a.* notatur ut mendoſa.

Pag. 4. *a.* εὐτρεπίσαι στιχίδια. εὐτρεπίσθαι ms. *a.* rectè; *parata habuiſſe.*

Pag. 4. *c.* ἐγγραφάμενος. Percommode ἐκγραφάμενος dat idem codex: id eſt, *cum ſibi exſcripſiſſet, deſcripſiſſet, transſcripſiſſet.* Vide Reiskii Indic. Demoſthen. *Mox:* pro ἀνειλήφει, idem ἀνειλήφη habet, quod poteſt eſſe ex librarii uſu, ει & η permutantis. Nec tamen ille error frequens in hoc codice: quare fuerit potius Attica pluſquamperfecti forma, quae in iſto praeſertim verbo etiam vulgo ſatis erat uſitata. *Paulo poſt*, pro πλωτὰς ἐγχέλεις, ſuſpicabatur CORAY, fortaſſe Κωπαΐδας ἐγχ. legendum; coll. Athen. VII. 304. a. *Ibid.* Pro τῶν Παχύνου ξυννων, peropportune τῶν Παχυνικῶν ξύννων dat noſter codex, implicato quidem ſcripturae nexu, ſed neutiquam ambiguo. *Ibid.* Vox ἀδόξων in msto ut mendoſa notatur.

Pag. 5. *a.* Μητρέας ὁ Πιταναῖος. Μετρέας ms. *a.* Sic pro Μητρέου I. 19. d. eſt Μετρέου in ms. *b.* Sed haec temere. *Pag.* 5. *b.* ὁ ἐπικληθεὶς Φακῆ. Φακὴ ms. *a.*

Pag. 5. *c.* τὸ γὰρ δέμας ἀνδρὸς ἀνορθοῖ. Pro ἀνδρὸς poſſis & τοῦτό γ' ſuſpicari legendum, ſcil. τὸ διατρώγειν βολβούς. Id quidem commodius quam οὗτος, quod conjecturaverat Caſaub. conf. Animadv. p. 65 ſq. *Ibid.* μετ' ὀλίγον. μετ' ὀλίγα videtur indicare compendium ſcripturae in cod. *a.* Et ſic legendum puto, quemadmodum perſpicue ſcriptum II. 56. b. & alibi. *Pag.* 5. *d.* in Platonis verſ. ult. pro παύσειέ γε eſt παίσειέ γε in ms. *a.* In *Animadv.* ad eumdem locum, *p.* 68. *lin.* 6. *a fin.* ſcribe ὑπελθών? « CASAUB.

Pag. 5. *e.* (*Animadv. p.* 69.) Ἐγὼ κατέχω τινὰ ὀψοφάγον. » In hac locutione quidem τὸ κατέχω non eſt *memoria teneo*, ut exiſtimat Caſaubonus: ſed valet tantum *novi*. Infra apud Noſtrum IX. 378. d. κατέχων & ἀγνοῶν » uſurpantur ut voces oppoſitae. Hodiernis Graecis, maxime Cretenſibus, κατέχω eſt plane ſynonymum verborum οἶδα, γιγνώσκω. « CORAY.

Pag. 6. *a.* ἀνακύψαντα. ἀνακάμψαντα perſpicue habet ms. *a.* ſicut ed. Ven. & Baſ. contra quod dictum eſt in Animadv. p. 72 med. Videturque ἀνακύψαντα ab Athenaeo eſſe, ἀνακάμψαντα ab Epitomatore. *Pag.* 6. *b.* ὡς ἔοικε. Ex ſuperioribus editt. iſtud propagatum: corrige ὡς ἔοικεν, quod & recte habet ms. *a.* *Ibidem*, in eodem codice verba ſic diſtinguuntur, ἐπιμεμφόμενος τὴν φύσιν εἰς τὴν ἀπόλαυσιν, πῦξάτό ποτε &c. commodius, ut videtur: *quod ad ſenſuum voluptatem adtinet, naturam accuſans.*

Pag. 6. *e.* Φανίας. Φαινίας ms. *a.* & ſic conſtanter alibi, nonniſi uno quodam loco inferiore excepto. *Ibid.* τὴν δὲ ἠρωτημ. ἀποκεκρ. Si vera eſt librorum ſcriptura οὐκ ἀποκεκρίσθαι, intercidiſſe neceſſe eſt verbum εἰδέναι aut aliquod ſimile. *Pag.* 6. *f.* τὴν τρίγλην. Recte τὴν τρίγλαν ms. *a.* ſicut paulo ſuperius & apud Suidam. conf. Animadv. pag. 76.

Pag. 7. *b.* ὑπέρ γε τὰς ἐν Σμύρνῃ μέγιστα. Vide Praef. contextui noſtro praemiſſam, pag. LI. n. *g.* *Pag.* 7. *d.* ὑπὸ σοφίας αὐτῷ τεθησαυρ. αὐτοῦ ms. *a.* quod verum videtur. *Pag.* 7. *e.* *in Euphronis vſ.* 5. παρέθηκεν ἡδείς. ἡδείας ms. *a.* ἡδέας fortaſſe debebat, quod eſſe videtur in ms. *b.* Vide Animadv. p. 81 ſq. *Ibid. verſ.* 9. ἀποζέσαι δ' ἔλαιον ἐπιχέας. Immo vero ἀποζέσας, ἔλαιον ἐπιχέας. Sic plane & perſpicue optimus noſter codex *a.* qui & δὲ particulam recte ignorat. Eodemque modo Suidas, in Ἀφύα, apud quem prava vulgo diſtinctio verborum turbas dedit, cum ſic oportuiſſet, ἐπιζέσας, ἔλαιον ἐπιχέας, ἅλας καὶ μίκωνας ἐπιπάσας. Idem cod. *a.* recte etiam ἐπιπάσας habet, pro ἐπιπάσσας quod olim editum erat.

Pag. 8. *a.* γεγονὼς Μυκονίου. Sic h. l. per *o* breve ſcribit hoc nomen ms. *a.* quemadmodum paulo ante ter deinceps. *Ibid.* Ἀγαθὸς ἂν. Ignorat ἂν particulam ms. *a.* Vocem vero Ἀγαθὸς ab maiuſcula litera rubra incipit; ſignificans ſcilicet, nihil haec verba ad ſuperiora pertinere. In ora

ibi notatur: Παροιμία. *Pag.* 8. *b. in Eubuli vſ.* 5. ὃν φασι παρακληθέντ'. Bene noſter cod. *a.* ὃν φασί ποι κληθέντ'. *Ibid.* pro πρὸς φίλου dat idem ὡς φίλου. Quas dein duas voces αὐτοῦ τινος adiicit idem, eae ſunt ex interpretamento.

Pag. 8. *c.* Pro αἰεὶ ἀοιδοὶ, habet αἰὲν ἀοιδοὶ codex noſter. Vide vero ne ante ἀοιδοὶ interciderit οἱ articulus. *Ibid.* τί καὶ βλάπτεις ἐμέ; Noſtra de coniectura interrogative iſta extulimus. Vulgo, Μονοφαγεῖς ἤδη τὶ (ἤδη τι ms. *a.*) καὶ βλάπτεις ἐμέ. abſque interrogatione. Quare poterant etiam ſic diſtingui verba: Μονοφαγεῖς· ἤδη τι καὶ βλάπτεις ἐμέ. *Mox deinde:* verba iſta, Περὶ τοῦ τῶν Ἡρώων καθ' Ὅμηρον βίου, in ms. *a.* ipſi contextui inſerta leguntur, ut in ed. Ven. Vide Animadv. pag. 92 med.

Pag. 9. *c.* ἀπολύων τοὺς ἀνθρώπους. ἀπολυόμενος videtur eſſe in ms. *a.* *Ibid.* ἐξαιρέτως. ἐξαιρεῖται haud dubie habet idem codex, quemadmodum coniectaveram in Animadv. p. 97. Dein τοὺς πρώτου vel πρωτοῦ habet idem, quod ex προτοῦ corruptum ſuſpicatus eram.

Pag. 10. *b.* ποτῷ ὄψον. ποτοῦ ὄψ. ms. *a.* quod & ex cod. *b.* enotavit Brunck. Sic & infra, p. 24. f. *Pag.* 10. *c.* βλάπτεσθαι φησί. Scribe cum noſtro codice βλάπτεσθαι ἐν Ὀδυσσείᾳ φησί: nam id valere eam abbreviationem, qua ibi uſus eſt librarius, collatis aliis locis (I. 11. b. & 17. c.) liquido cognovi. *Mox*, pro διεκέλευε, ſic διέστε ſcriptum in ms. *a.* ſed non ſine mendae nota ſuperne adpoſita.

Pag. 10. *e.* ὡς οὔτε φλεγμονὴν οὔτε ἀκρασίαν πασχόντων τῶν εὖ βεβιωκότων, καὶ σωφρόνως ἁπτομένας. » Ultima vox refertur non ad γυναῖκας, ut putat Caſaub. » ſed ad eoſdem quibus auctor tribuit τὸ εὖ βεβιωκότων. Legendum itaque videtur ἁπτομένων, in ſenſu τοῦ γευομένων, in quo paſſim & apud alios ſcriptores occurrit. « Coray. — Sic ſententia fuerit, *& qui cibo moderate utuntur.* Quibus ſcriptis, nunc demum animadverto, quod iam pridem in ſchedis meis notatum habui, utrumque codicem *a.* & *b.* vocem πασχόντων prorſus ignorare: qua abiecta, utpote ex παραδιορθώσει primi editoris nata, deletoque commate poſt βεβιωκότων, (quod & ipſum noſter codex *a.* ignorat, ſatis quidem & frequens alioquin & adcuratus in ponendis orationis diſtinctionibus) recte omnia habent, hac ſententia: *conſentaneum eſſe ratus nullâ libidinis*

flammâ tangi (vel *corripi*) *hos qui bene & temperanter vixissent.* Sic ἁπτομένας referetur ad οὔτε φλεγμονὴν οὔτε ἀκρασίαν, eritque accusativus participii absolute positus, ex usu haud infrequente Graecorum; cuius exemplum habes apud Polyb. XI. 14, 7. *Ibid.* ταῖς ἡδοναῖς παρακολουθήσαντας. Aptius est ἐπακολουθήσαντας, quod h. l. habet ms. *a.*

Pag. 11. *a.* Ἀλλ' ἐπεὶ ἀασάμην. Nescio quid sit quod pro ἀασάμην ms. *a.* ἀκοκὴν habeat, quod quidem verbum ibidem ut mendosum notatur. *Pag.* 11. *d.* ὅτι τροφαῖς ἐχρῶντο οἱ παλαιοὶ. Post τροφαῖς insere τέσσαρσιν vel τέτταρσιν ex nostro codice, qui eo loco δ' interserit, constanter fere nudis literarum notis numeros significans.

Pag. 12. *a.* ἀπὸ μὲν σῖτον πολὺν ἦρον. πολὺν, ut nos edidimus, sic habet ms. *a.* tum idem ἤρεον, mendose quidem, sed in quo ἦρεον lateat, quod adeo adoptandum fuerit. Vide Animadv. p. 108.

Pag. 12. *d.* ἐπεὶ γὰρ ἡ τροφὴ τῷ ἀνθρώπῳ ἀγαθὸν ἀναγκαῖον ἦν, ἐπεκτείνας φησὶν εἴρηκεν ἔϊσην. Pro ἀγαθὸν habet quidem ἀγαθὴ ms. *a.* (ut vulgo edebatur) sed id ex correctione, ab eadem quidem manu: prius autem ἀγαθὸν scriptum fuisse videtur, sicut est apud Eustath. Vide Animadv. p. 111. Tum vero post ἀναγκαῖον pro ἦν est τὴν, in quo videndum ne lateat diversae lectionis vestigium. Ac statim quidem probabile videri debet, intercidisse nomen substantivum φωνὴν, ut τὴν φωνὴν sit accusativus a verbo ἐπεκτείνας pendens; ad quod verbum utique desiderabatur accusativus casus. Sed nec id quidem satis esse videtur: desideratur enim declaratio ipsius *vocis*, quam *dilataverit* Homerus, cum τὴν δαῖτα dixit ἔϊσην. Igitur vide, ne sic scripserit Athenaeus τὴν ἑὸς (vel ἐὸς) ἐκτείνας φωνὴν εἴρηκεν ἔϊσην. Sin aegre careas verbo φησὶν, quod equidem facile patiar abesse, scribes φωνὴν (φησὶ) εἴρηκεν ἔϊσην. Conf. Animadv. nostras p. 112 sq. De *Zenodoto* autem consule WOLFIUM in Prolegom. ad Homer. p. 199 sqq.

Pag. 12. *f.* ἐκ τῆς πρόσθεν βίας. Cum προαιρετικῆς ante nos editum esset, (cf. Animadv. p. 115.) suspicabatur CORAY, pro βίας fortasse βουλῆς oportuisse. Sed post id quod meliores libri dedere, nihil amplius desideratur.

Pag. 13. *a.* οἱ παρ' Ὁμήρῳ δαιτυμόνες. παρ' Ὁμ. οἱ δαιτ.

ms. *a*. *Pag.* 13. *b*. ἢ καὶ συγγράμματα. Caret καὶ ms. *a*. *Ibid.* Παγκράτην. Sic, uti ex Suida edidimus, habet etiam noſter ms. *Pag.* 13. *d*. παράκειται ποτήριον. Non dubito, hoc nomen ſignificari illa abbreviatione, quae h. l. adhibita eſt in ms. *a*. Conf. Animadv. p. 118. & 248.

Pag. 14. *a*. ἠβούλοντο. ἐβούλοντο ms. *a*. *Ibid.* δύω δὲ κυβιστητῆρες. Mendoſa ſcriptura κυβυστ. ex ed. Caſ. in noſtrum exemplum irrepſit. Sed ſicut paulo poſt uterque noſtrorum codicum κυβιστήρων, non κυβιστητήρων, ſic & h. l. alter certe ms. *a*. κυβιστῆρες exhibet, quod non repudiandum. Vide Animadv. p. 124.

Pag. 14. *c*. τὰ πρὸς ἀνάπαυσιν προφέρων. προσφέρων ms. *a*. *Pag.* 14. *d*. τὰ μάλιστα αὐτὸν τέρψοντα. τέρψαντα idem cod. *Pag.* 14. *f*. φαινίνδα. φαίνινδα antepenacute ſcribit noſter codex, & hîc & deinde conſtanter. *Pag.* 15. *a*. Ἐκαλεῖτο δὲ φαινίνδα ἀπὸ τῆς ἀφέσεος. CORAY, ἐφέσεως tenens a Caſaubono propoſitum, ſic legendum conjectavit, Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ἐφετίνδα ἢ φαινίνδα, ἀπὸ τῆς ἐφέσεως. Idem Vir doctus mox, pro παίζων, in Antiphanis verſu, παίξων malebat.

Pag. 15. *b*. In *Demoxeni verſ.* 1. recte εἶς, prorſus ut a nobis editum eſt, exhibet ms. *a*. *Ibid. ad verſ.* 2. monuit CORAY, vocem ἴσως non debuiſſe a Dalecampio per *forte* reddi; ſed valere *circa*, *circiter*, *fere*; quo ſenſu & infra lib. XI. occurrit, χωροῦντα κοτύλας πέντ' ἴσως. Sic & »Apud Hippocratem, inquit, lib. IV. Epidem. p. 1122. g. »edit. Foeſ. legitur de quodam aegro: τράχηλος σκληρὸς »ἀπεγένετο. τρίτην ὥραν ἴσως ὠδυνήθη ὕστερον. Nec men»dam huius loci, nec ſenſum vocum ἀπεγένετο & ἴσως »perſpexerunt interpretes. Lego ac diſtinguo: τράχηλος »σκληρός. Ἀπεγένετο τρίτην ὥραν ἴσως ἐξ οὗ ὠδυνήθη ὕστερον. »*Collum durum erat: mortuus eſt circiter tertiam horam poſt»quam ſecunda vice doluerat.* Eundem duplicem ſenſum in»venies & in Italorum *forſe*. Aliquando & Germani ſuum »*etwa* (quod proprie eſt *forte*) in ſenſum τοῦ *circa* deſle»ctere amant. Hinc & Heſychius explanari poteſt: Βίωρ· »(f. Βίσωρ·) ἴσως, σχεδόν. Λάκωνες. « — Nos in eamdem ſententiam *fere* ſcripſeramus: eumdemque vocis huius uſum ſaepius olim apud Polybium obſervavimus, ubi quidem ſubinde corruptam vidimus a librariis.

Ibid. In *Demox. vſ.* 7. τό τ' ἦθος, ἥ τε τάξις. In ms. *a*. ſic ſcribitur, τὸ δ' ἐ ἦθος, ἡ δ' ἐ τάξις, quod adfectum in-

dicat loquentis, ac vim & robur addere videtur verbis. *Verſ.* 9. πέρας ἐστὶ κάλλους. Codex noſter, prius verbum ad ſuperiora referens, ſic ſcribit & verba diſtinguit: ἐφαίνετο τέρας. ἔτι κάλλους, ἄνδρες, οὔτ' ἀκήκοα ἔμπροσθεν οὔτ' ἑώρακα τοιαύτην χάριν. Ipſi quidem *Verſus* in hoc Codice nuſquam diſtincti ſunt.

Pag. 15. *c.* Ἐπειδὴ σπονδαὶ ἐγένοντο. Ἐπ. σπονδίακὰ ἐγεν. ms. *a.* *Ibid.* Σιτάλκαν. σιδάλκαν ms. *a.* ſed τ ſuper δ inter lineas.

Pag. 16. *d.* Ἐρατοσθ. οὕτω δεῖν γεγρ. Abeſt δεῖν msto *a.* *Pag.* 16. *f.* Scribe Ἀπίων δὲ ὁ Ἀλεξανδρεὺς καὶ ἀκηκοέναι φησί. Particulam καὶ percommode dedit noſter codex.

Pag. 17. *a.* Ad verba καὶ πάλιν στάντα τὴν Πενελόπην, quae ſic abſque ἐκεῖ ſcripta erant in editionibus ſuperioribus, adnotavit CORAY: »Melius ἱστάντα, vel στήσαντα.«

Pag. 18. *a.* καὶ ταῦτα ἑαυτοῖς σκευάζοντας. σκευάζονται ms. *a.* recte, in verbo medio: quo adſcito, fuerit paulo fortior diſtinctio ante καὶ ταῦτα ponenda. *Pag.* 18. *c.* Οὕτω στερεόν τι πρᾶγμα. »Ironice capiendum hic »τὸ στερεὸν, pro οὕτω τσκερὰς ποιεῖ τὰς σάρκας τὸ θερ»μὸν ὕδωρ· quem ſenſum indicat vel ipſa aquae calidae na»tura. Comice auctor dixit οὕτω στερεόν: id eſt, οὕτω στε»ρεὰς ποιεῖ τὰς σάρκας.» CORAY. *Ibid.* In ſcribendo Hermippi priore ſenario indicari debuerat, primum deeſſe pedem. *Pag.* 18. *d.* οὕτω φησί τινας ὀχευτικὰς δυνάμεις εἶναι. ὀχευτικοὺς εἶναι, abſque δυνάμεις, ms. *a.* multo commodius; nam ſequentia verba ἐπιτελεῖν & ἀποκρίνεσθαι ad homines referuntur, non ad τὰς δυνάμεις. *Pag.* 18. *f.* Πάντη γάρ [σε πέρι] στέφανος. Πάντη γάρ σε στέφ. ms. *a.*

Pag. 19. *a.* μονονοὺ βοῶσι. In ms. *a.* non perſpicue eſt μονονοὺ, ſed poteſt videri nude μόνον eſſe, quod equidem malim, aut μόνον ἀεὶ βοῶσι. *Ibid.* πολίτην ἐποίησαν. »Imo ἐποιήσαντο.« CORAY. Percommode monitum, & ex uſu ſermonis. Parique ratione Euſtathius, hunc locum ob oculos habens, ad Odyſſ. θ'. p. 315, 45. πολίτην ποιησάμενοι ſcripſit.

Pag. 19. *d.* Ἐθαυμάζετο δὲ. Caret δὲ ms. *a.* *Ibid.* ἐποίησε δ' οὗτος καὶ παρὰ τὰς Ἀριστοτέλους ἀπορίας. »Forte me»lius κατὰ, ut interpres.« CORAY. Nos praepoſitioni πα-

pὰ ibi ſimilem vim ineſſe exiſtimavimus, atque in verbo παρῳδεῖν & in nomine παρῳδία. Neque vero idcirco hic circulator cum illo Matrea ſive Matrone parodo, de quo p. 5. a. & alibi agitur, confundendus videtur. *Pag.* 19. *e.* τῷ νευροσπάστῃ τὴν σκηνὴν ἔδωκαν ἀφ' ἧς &c. Nobiſcum conſentiens CORAY, ad ſcripturam olim vulgatam adnotavit: » Lego νευροσπάστῃ & ἐφ' ἧς.« Vide noſtras Animadv. p. 158 ſq. In ms. *a.* neſcias, utrum νευροσπάστῳ, an νευροσπάστῃ voluerit librarius, nam extremam vocalem ſuo more prorſus praetermiſit.

Pag. 20. *a.* Νοήμων ὁ ἡ... Abbreviata vox, quam ibi habet ms. *a.*, ut mendoſa notata eſt ab ipſo librario: nec vero dubito, Ἰθακήσιος eum debuiſſe. *Ibid.* πλάνοι ἔνδοξοι ὧν Κηφισόδωρος καὶ Πανταλέων. » Eſt hodieque apud » Graecos in inſula Chio genus hominum, his πλάνοις, » de quibus Athenaeus, perſimile; qui quaſi artem profi- » tentur iocoſam illam decipiendi induſtriam, quam Galli » per *myſtifier* aut *donner des poiſſons d'Avril* exprimere ſo- » lent. Et, quod ſingulare videri poteſt, novi ego homi- » nem Chium eiuſdem nominis Πανταλέοντος, alioquin qui- » dem etiam inter Chios uſitatiſſimi, qui in futili iſta arte » prae caeteris excellebat.« CORAY.

Pag. 20. *b.* Ὅτι οἰκουμένης. Perſpicue Ὅρος ms. *a.* quod vel ex Ὅρα ὅτι, ut dixi, vel ex Ὁ φιλόσοφος decurtatum eſt, ut τὸν φιλόσοφον *Athenaeum* dixerit Epitomator. *Ibid.* τοξεύων λέγοι. τοξεύων λέγει ms. *a.* leviter corrupto poſteriori verbo. Conf. Animadv. p. 162. *Ibid.* Ῥωμαίων πόλιν. Ῥώμην πόλιν perſpicue ms. *a.* cum quo facit Suidas in Ῥώμη. *Ibid.* κατ' ἰδίαν δὲ τὰς πολλάς. τὰς πολλὰς intellige *magnas, amplas, frequentes, opulentas.*

Pag. 21. *a.* παντὸς εἶναι μέλους. » *Omnium corporis mem-* » *brorum.* Male cepit interpres in ſenſu muſico.« CORAY. *Pag.* 21. *b.* πάντα δυναμένου. δυναμένους haud dubie habet ms. *a.* ſicut editt. vett. & Suid. (Conf. Animadv. p. 169.) Et paulo poſt idem non λαβόντος habet, ſed λαβόντα, mendoſum hoc quidem vel decurtatum pro λαβόντας. *Pag.* 21. *c.* in *Sapphûs verſ.* 1. ἀγροιῶτις habet idem codex, non ἀγριῶτις: & *verſ.* 3. ἔλκειν (non ἕλκεν) ἐπὶ τῶν σφυρῶν. Vide Anim. p. 170 ſq. *Pag.* 21. *f.* αὐτὸν τὸν Αἰσχύλον. Ignorat τὸν ms. *a.* cum edd. vett. Et facile carebimus articulo, citra neceſſitatem a Caſaub. adiecto.

Pag. 22. *a.* Ἀριστοκλῆς γοῦν. οὖν ms. *a.* ut saepe alibi. *Ibid.* ὀρχηστικοὶ ἐκαλοῦντο. Perspicue ὀρχησταὶ ms. *a. Pag.* 22. *b.* τὸν Ἀπόλλω ὀρχηστὴν. τὸν Ἀπόλλωνα videtur esse in ms. *a. Pag.* 22. *c.* Εὔμηλος δὲ, ἢ Ἀρκτῖνος ὁ Κορίνθιος. In ms. *a.* est Εὔμηλος δὲ ὁ Κορίνθιος, tum demum verba ἢ Ἀρκτῖνος, primum omissa, superne super ὁ Κορίνθιος rubris literis (ut solitus est ille librarius, ubi aliquid omissum supplet) adposita. Debuerant autem (puto) illa verba magis ad dextram poni, ut post Κορίνθιος inserenda. Vide Animadv. pag. 179. *Pag.* 22. *d.* Ἀλέξανδρος δὲ, ἐν τῇ πρὸς Φιλόξενον ἐπιστολῇ &c. Vide Plutarch. in Vita Alexandri p. 676 sq. *Ibid.* Ὅτι τὸ Μουσεῖον. Quid sit quod codex noster τὸ Ἀθήνησι τὸ ἐν Πρυτανείῳ Μουσεῖον habeat, viderint docti. De Athenien si certe Museo, cuius Pausanias I. 25 sq. meminit, cogitari hîc non potest. Nec rem conficit, quod a Socrate dictum apud iudices Laërtius refert II. 42. Alexandrinum Musеum, pars regiarum aedium (τῶν βασιλείων) erat, teste Strabone lib. XVII. pag. 793. extr. Quod si regia Alexandrina etiam τὸ Πρυτανεῖον fuisset adpellata, (quod parum quidem verisimile mihi videtur,) suspicarer pro Ἀθήνησι oportuisse ἐν Ἀλεξανδρείᾳ vel Ἀλεξανδρῖνον.

Pag. 23. *d. In Alexidis vers.* 3. ἂν λέγῃ τις. Fors. ἂν λέγῃ τί τις.

Pag. 24. *a.* εἰς κόρον γὰρ ἐλθεῖν. Ignorat γὰρ ms. *a.* Debuit forsan ὃν εἰς κόρον ἐλθεῖν. conf. Suppl. ad pag. 30. c. *Ibid.* κεῖται ἄσιτος. κεῖτ' ἄσιτος ms. *a.* fere ut apud Homer. Od. δ'. 788. (Perperam Od. γ'. 788. expressum est in nostris Animadv. p. 186. sub fin.) *Pag.* 24. *b.* Ποτικολλῶν. Recte ποτίκολλον ms. *a.* sicut editt. vett. Vide Animadv. p. 187. Cognatam vocem σύγκολλος habes II. 65. f. *Mox*, ante Ὅτι Σέλευκός φησι, in ipso contextu verba haec inserit ms. *a.* Ἔτι περὶ τοῦ τῶν Ἡρώων βίου. *Ibid.* τὰς Κερκυραίας γυναῖκας. In Κερκυραίας recte cum Corseliano codice consentit noster, contra quod in Animadv. pag. 188. dictum est. *Pag.* 24. *d.* ἀπεσκληρυμμένα. ἀπεσκληριμένα ms. *a.* minus recte. πρὸς τὸ ἀπεσκληρύνθαι scribit Eustath. ad Od. δ'. pag. 148. 9. *Pag.* 24. *e.* βληθείη. In ms. *a.* videtur esse βληθῇ, ut apud Eustath. *Pag.* 24. *f.* καὶ τοῖς κακοχυμωτάτοις. καὶ ἐγκακοχυμοτάτοις ms. *a.* recte quod μο brevi vocali scripsit, ob syllabam χυ longam: sed quid sit quod pro τοῖς articulo

praepositionem ἐν nomini praetexuerit, non percipio. *Mox* idem cod. pro ποτῷ ὄφον habet ποτου ὄφ. sicut supra p. 10. b.

Pag. 25. *a.* Ἔνθεν δένδρεα μακρὰ. Recte Ἔνθα ms. *a.* *Pag.* 25. *b.* τοῖς ἁλλοῖς. τοῖς ἁλοῖς idem. *Pag.* 25. *c. in Eubuli vers.* 5. αὐτῶν ἑαυτοὺς. αὑτῶν caret ms. *a.* sed habet ms. *b.* Pro ἑαυτοὺς vero uterque codex αὐτοὺς habet. *Pag.* 25. *e.* τοῦτο σημαίνει. Commode τούτου σημεῖον ms. *a.*

Pag. 26. *c.* πέπτει ῥᾷον, ξηραντικώτερος ὤν. πέττει & ξηραντικὸς habet ms. *a.* quemadmodum & ex ms. *b.* enotaverat Brunck. Quare utrumque in contextum adoptandum. *Pag.* 26. *f.* ὁ Ταύρανος. (Vide Animadv. p. 198.) In ms. *a.* sic scriptum: ἀπὸ ἐτῶν ι: ὁ γαύρανος δὲ. *Ibid.* ὁ Μαρσικὸς. ὁ Μαρσικὸς δὲ ms. *a.* *Ibid.* ὁ Ἀγκωνιτανὸς. ὁ ὰ νιτάνος (sic) idem ms.

Pag. 27. *a.* λιπαρός πως. In ed. Ven. erat λιπαρὸς πος (sic) cum exiguo dein spatio vacuo. In ms. *a.* est λιπαρὸς πο cum exiguo item spatio. *Ibid.* ἐμφερὲς ἔχει. Ante ἔχει in ms. *a.* vox est & capite truncata & in fine ambigue scripta: puto voluisse librarium φερῶς dare, debuisse vero ἐμφερῶς, quo posito reliqua recte habet noster codex, cuius ex praescripto sic refingendus locus: ὁ Βυξεντῖνος ἐμφερῶς ἔχει τῷ Ἀλβανῷ τῷ ὁμφακίᾳ. Sic melior codex (quamquam nec ipse vitiis vacans) praestat ingeniosae coniecturae ex qua hunc locum constituerat suppleveratque primus Athenaei editor. *Ibid.* τοῦ Φαλερίνου εὐστομ. Sic recte, ut alibi, mss. *a.* & *b.* Temere h. l. Φαλέρνου erat editum.

Pag. 27. *b.* Σιγνῖνος. Σίγνινος ms. *a.* *Ibid.* ὁ Σπωλητῖνος δὲ οἶνος. δὲ ignorat ms. *a.* non male.

Pag. 28. *a.* Ἀπὸ Ταϋγέτου. Ἀπὸ Ταϋγέτοιο ms. *a.* *Mox vs.* 4. perspicue ἐξοχώταται, ut volueram, sic habet idem ms. *Dein* idem sic scribit & verba distinguit: ἅρμα Θηβαῖον· ἀπὸ τῆς ἀγλαοκαρπους Σικελίας ὄχημα δαιδάλεον ματεύειν: ubi si τᾶς ἀγλαοκάρπου correxeris, omnia recte habebunt, & tenenda fuerint. *Pag.* 28. *c.* Κνίδια κεράμια. κεράμεια ms. *a.* Conf. Animadv. & Suppl. ad p. 3. f. *Pag.* 28. *d.* Νάπυ Κύπρου. Κύπριον videtur esse in ms. *a.* quod commodius: & sic est quoque apud Polluc. VI. 67.

Pag. 28. *e.* (coll. Animadv. p. 213.) In contextu co-

dex noſter perinde ac ſuperiores editiones ſic habet: Χίου δὲ οἴνου καὶ Θασίου μέμνηται Ἐπίλυκος. Χῖος καὶ Θάσιος ἡθημένος. Tum a maiuſcula rubra litera incipiens, ut ſolet ubi novum adponitur teſtimonium, pergit: Οἶνος Λέσβιος, ὃν αὐτὸς &c. Super voce Ἐπίλυκος eſt ſignum, quod refertur ad ea quae in interiori ora minutis rubris literis (qui mos eſt illius calligraphi, ubi aliquid quod in contextu praetermiſerat, in ora libri ſupplet) ſcripta leguntur. Ea nonnihil abeunt ab his, quae ex Corſeliano codice a Schotto depromta in noſtro contextu repraeſentavimus, & paulo commodius ſic habent: Καὶ ἀντίδοτον δὲ Θάσιον ἔγχει. ὃ γὰρ λαβών μου καταφάγει τὴν καρδίαν, ὅταν πίῳ τοῦτ', εὐθὺς ὑγιὴς γίνεται· Ἀσκλήπιος κατέβρεξε. Recte utique δὲ, pro καὶ, poſt ἀντίδοτον: tum recte ὃ (non ὅ) & καταφάγει, non καταφαγεῖν: perperam vero λαβών μου, pro λαβόν μου, *quidquid me prehenderit, corripuerit, quod cor corrodat meum.* Denique pro γίνομαι, quod habebat Schottus, (quod in γίγνομαι mutaveram praeter neceſſitatem) haud incommode γίνεται dat, ad καρδίαν referendum. Verſus eodem modo, quo a nobis factum, diſtribuendi fuerint: ſed primus aliquam habet difficultatem, cui medebimur, ſi pro ἔγχει licuerit ἔγχεε ſcribere:

– – Καὶ ἀντίδοτον δὲ Θάσιον ἔγχεε.

In *verſ.* 2. ſi opus eſſet, poſſemus ὅ τι γὰρ pro ὃ γὰρ ponere. Videntur autem ipſi iſti verſus, Epilyci eſſe: verba autem ſequentia, Χῖος καὶ Θάσιος ἡθημένος, ex alio quodam ſcriptore proſaico eſſe depromta; fortaſſe iungenda cum ſequentibus *Clearchi* verbis. Paulo poſt, ad iſta verba Λεσβίου πόματος &c. in ora exteriore noſtri codicis haec ſcripta: Ὅτι ὁ Λέσβιος οἶνος ἡδίων τῶν ἄλλων πάντων, φησὶν Ἄλεξις. Quae ſunt Athenaei verba, ex integro opere conſervata.

Pag. 29. *b. in Archeſtrati vſ.* 5. Βύβλινον. Βύβλιον ms. *a.* non male. Sed idem infra p. 30. *f.* & 31. *a.* in Βίβλινον & Βιβλίνου conſentit. *Pag.* 29. *d.* Κάρυα, ῥοιὰς, φοινίκια. Scripturae compendium, quod h. l. eſt in ms. *a.*, φοίνικας ſignificat, quod adeo in contextu ponendum, ut iuſſerat Caſaub. (Vide Animadv. noſtr. pag. 213. ubi corrige repetitum operarum errorem, bis φοινίκας pro φοίνικας ponentium.) Caeterum νωγαλίσματα pro νώγαλα haud dubie *Epitomator* (neſcio an etiam *Athenaeus*) ſcripſit; idemque deinde poſt οἴνου vocem μικρὰ omiſit:

quae vox utique cum Caſaub. addenda, & νώγαλα ſcribendum fuerit, ſi ipſos *Poetae* verſus reſtitutos velis. *Mox ibid.* ὑπανεώγνυτο, quemadmodum edidimus, ſic habet h. l. ms. *a. Ibid.* Νῦν δ' ἂν ἴδοι. Recte ἰδῇ uterque cod. *a.* & *b. Ibid.* καὶ λέγει. καὶ λέγεται ms. *a.* male.

Pag. 29. *f.* Φανίας. Φαινίας ms. *a.* ut fere conſtanter. *Ibid.* Περκώπην. (Vide Animadv. p. 223.) Περκώτην ms. *a.* & ſic in eadem re ſcribit Schol. Ariſtophan. ad Eq. 84. & Plutarch. in Themiſt. p. 127. a. Et eſt Περκώτη Troadis oppidum, Homero memoratum Il. β'. 835. & ſaepius alibi: quare mirum videri poteſt, quid ſit quod in Stephani Byzantini Epitome legatur, τὴν Περκώτην prius Περκώπην fuiſſe nominatam; cum iſtud nomen iam Homeri aetate fuerit uſurpatum. Sed nimirum ſemel apud Homer. Il. λ'. 229. memoratur Περκώπη, quod nonnulli idem oppidum cum Περκώτη ſtatuunt: Euſtathius vero pag. 776. l. 40. diverſum ab illo eſſe contendit, & mox ibidem l. 43. *hanc* Περκώπην & Παλαίσκηψιν ait *Themiſtocli a rege Perſarum donatam eſſe* στρωμνῆς χάριν καὶ ἱματισμοῦ, κελεύσας ἐκείνῳ στολὴν φορεῖν βαρβαρικήν. Quibus ex verbis intelligitur, ex ipſo hoc Athenaei loco iſta accepiſſe Euſtathium, nec vero cum noſtro ms. *a.* Περκώτην hic legiſſe, ſed cum aliis Περκώπην. Verumtamen apud ipſum etiam Homerum, praedicto loco, vetuſtiſſimae editiones cum pluribus msstis, & duobus Scholiaſtis (Pſeudo-Didymo, & Scholiaſte Villoiſoni) non ἐν Περκώπῃ, ſed ἐν Περκώτῃ, legerant.

Pag. 30. *b.* ὁ Πρίαπος. ὁ Πρίηπος ms. *a.* bene, ionicâ formâ. *Pag.* 30. *c.* Πράμνιον οἶνον, ὃν καὶ. Caret ὃν ms. *a.* notando errore ob alia eiuſdem generis exempla; quale unum notavi ſupra in Supplem. ad p. 24. *a. Pag.* 30. *d.* λαγῶν. λαγωῶν ms. *a.* bene. *Ibid.* Φυκοῦσσαι. Sic recte ms. *a.* ſed idem mox perperam Λοπαδοῦσαι. *Ibid.* Οἰνοέων. Οἰνοΐων idem. *Pag.* 30. *f.* Ἐν δορὶ μέν μοι. Caret μοι ms. *a.* male. Recte vero idem *vſ. ſeq.* κεκλιμένος.

Pag. 31. *a.* μηδένα. Sic, quemadmodum ex coniect. edidimus, videtur eſſe (compendioſe quidem) in ms. *a.* Sed praecedit haec vox, ſequitur κρυπαλᾷν. *Pag.* 31. *b.* Συρακούσας. Συρακόσας ms. *a. Ibid.* Χρησμός. Πὶν' οἶνον &c. In ora noſtri codicis adſcripta ſunt haec verba: Ἐν τῷ χρησμῷ, φησὶν, ὁ Ζεὺς πὺτομάτισεν. Quae verba ex pleniore Athenaei opere conſervata ſunt. φησὶν ſcil.

Athenaeus. *Pag.* 31. *c.* ἀπὸ Ἄνθου τινὸς. Nil mutat ms. ſed Ἀνθηδόνου, puto, oportebat; ſi a viro, non ab *Anthedone* oppido, nomen Ἀνθηδονιὰς deductum ſtatuas. *Ibid.* σταδίους ἑπτά. στάδια ξ'. ms. *a.* id eſt, ἑξήκοντα, *ſexaginta.* στάδια etiam, non σταδίους, alibi paſſim uſurpat. *Pag.* 31. *e.* Πράμνειον. Πράμνιον ms. *a. Ibid.* αὐτίτην. ἀντίτην videtur eſſe in ms. *Ibid.* Ἄμφις δ' οἶνος. Ἀμφίας ms. *a.* recte. Vide Animadv. p. 235. *Pag.* 31. *f.* ὑπνωτικὸν. ὑπνωτικὸν, ut volueram, ſic eſt in ms. *a.* Puto & in *b.* unde Brunck ad oram ſui libri adnotavit.

Pag. 32. *a.* ἰσχυρώτερος. ἰσχυρότερος ms. *a.* bene. *Pag.* 32. *b.* διψηρὸς, ἄτοπος· » Forſan ἄποτος. « Coray. *Pag.* 32. *c.* πεπτικός τε. πεττικός τε ms. *a.* ſed alibi iſtam formam πεπτ. in *adiectivo* tenet: in *verbo* quidem alteram formam πεττ. conſtanter praefert. *Pag.* 32. *e.* ἁλμοπότιν. ἁλμόποτιν ms. *a.* cum accentu in antepenult. *Ibid.* τετύχηκε θαλάσσης. Super τετύχηκε in ms. *a.* rubro ſuperſcriptum eſt verbum κεκοινώνηκε. Iſtud Epitomatoris eſſe videtur; hoc Athenaei.

Pag. 33. *a.* διὰ τὸ πολὺς εἶναι τῇ δυνάμει. Scripturae compendium, quo uſus eſt noſter calligraphus, πολὺς valere poteſt, quemadmodum edidimus. *Pag.* 33. *c.* σκληρὰ τὰ τοιαῦτα ὕδατα. Recte *ignorat* ms. *a.* vocem τοιαῦτα, perincommode h. l. poſitam.

Ibid. Ad iſta *Sophoclis* verba, ὑφ' ἧς τὸ κρυφθὲν ἐκφανεῖς ἀνάκτορον, haec adnotavit Coray: »Ultima vox ut »exprimat *principum*, quod Interpres voluit, debebat ſal»tem ſcribi ἀνακτόρων, gen. plur. nominis ἀνάκτωρ. »Aſt, ſi lectio ἀνακτόρων vera eſt, quod probabilitate »haud caret, malim eam interpretari *regiae*, a ſing. τὸ »ἀνάκτορον. Heſychius ἀνακτόρων interpretatur per οἴκων »βασιλείων. Difficile ſane eſt, fabulae deperditae particu»lam & quaſi laciniam reſarcire vel interpretari. Nihilo »minus aliam proponam conjecturam, priore non minus »veriſimilem. Scripſit forſan Sophocles ἀνάκτορος: quod »vocabulum, relatum adiective ad ἀνάγκης, hunc exhi»bet ſenſum, ὑφ' ἧς ἀνάγκης ἀνάκτορος (i. e. ἀνασσούσης, »idque in ſenſu τοῦ κελευούσης) ἐκφανεῖς κ. τ. λ. Ἀνασσέ»μεν Heſychio eſt κελεύειν. Amat porro Sophocles parti»cipia cum adiectivis commutare. In Oed. Tyr. 966. po»nit ὑφηγητῶν pro ὑφηγουμένων, & in eadem fab. 1260. »ὑφηγητοῦ pro ὑφηγουμένου. «

In eadem regione ubi in Contextu ſcripti ſunt iſti *Sophoclis verſus*, in interiore *Ora Codicis ms. a.* haec leguntur verba rubro ſcripta: Αὐτὸς ἐμαυτοῦ Ἰώλεώς τε καὶ Ἀλκείδης γενήσομαι. id eſt, *Ego mihi ipſe & Iolaus & Hercules ero.* Quod percommode dictum, an & alibi aut ubinam ſcriptum reperiatur, mihi non liquet: &, cum haud dubie e poëta quodam ductum ſit, metrum tamen non expedio, niſi fortaſſe Ἀλκίδης penultima brevi, pro Ἀλκείδης, ſcribere licuerit; quod neſcio an hactenus ferri poſſit, ut per paronomaſiam quamdam non tam ab avo Herculis *Alcaeo*, quam a nomine ἀλκὴ, *robur*, derivatum iſtud nomen ſtatuerit poëta. Ea ſi valet ratio, erit legitimus ſenarius cum initio ſequentis:

Αὐτὸς ἐμαυτοῦ Ἰώλεώς τε καὶ Ἀλκίδης
γενήσομαι. — —

Pag. 33. *d.* κώμη περιελείφθη μέγεθος. κώμης περιείληφε μέγεθος ms. *a.* *Pag.* 33. *e.* κρᾶσιν. κράσιν idem ms. *Pag.* 34. *a.* ὀκτὼ σταδίους. στάδια videtur eſſe in ms. *a.* ut p. 31. c. *Pag.* 34. *c.* ἔφθας, καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο. Et καὶ particulam & diſtinctionem poſt ἔφθας ignorat ms. *a.* commode. *Ibid.* τὰς - - ἀμεθύστους. Eàdem ratione dicitur ἡ ἀμέθυστος, qua ἡ ἄλιμος & ἡ ἀδιψος, II. 58. f. ſcilicet σύνθεσις. *Pag.* 34. *d.* Οἶδ' ὅτι καλοῦμεν. Εἰ δ' eſt in ms. *a.* quod verum videtur. Sic vero ὅ τι diviſim ſcribendum fuerit, & punctum poſt κράμβην commate mutandum, hâc ſententia: *Si id, quod nos ῥάφανον vocamus, vos hoſpites contra κράμβην nominatis, tu id curare putas mulieres?* Poteras etiam, ſi opus eſſet, coniectare Εἶθ' ὅτι legendum, pro Εἶτα ὅτι. Nec vero diſſimulare debeo, tria verba in fine, οἴει δὲ τί, deeſſe noſtro codici. Eſt autem nonnihil ſpatii vacui relictum. *Pag.* 34. *e.* παύσετε. παύσεται ms. *a.* bene: *deſinet*, ut vertit Dalech.

AD EPITOMEN LIBRI II.

Pag. 35. *a.* Inſcriptionem noſter Codex auratis literis hanc habet: Ἀθηναίου ἐκ τοῦ δευτέρου βιβλίου: & ſic deinde initio reliquorum librorum. In interiore ora, fere ubi in contextu illa verba ſunt, Ὅτι τὸν οἶνον &c. rubro ſcripta haec leguntur, οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τοξεύειν: quae ſcilicet ex pleniore Athenaei opere, in quo illis hac in regione uſus auctor erat, conſervata ſunt. Simillima dictio-

ne iam uſus erat I. 20. b. *Pag.* 35. *b.* ἐπὶ βασιλείᾳ. Hoc ſic in ms. *b.* ſcriptum eſſe adnotavit Brunck. In ms. *a.* vero ἐπὶ βασίλεια ſcribitur, minus recte. *Ibid.* Mendoſum αὐτὸν κατορ. tenet ms. *a.* Corrigendum eſſe αὐτὸ, iam a Brunckio adnotatum erat. *Pag.* 35. *c.* Verba iſta, Ὁ τῶν Κυπρίων τοῦτό φησι ποιητὴς ὅστις ἂν εἴη, de quibus in Animadv. p. 255. dictum eſt, leguntur quoque in interiore ora noſtri codicis. *Pag.* 35. *d.* Εὐρείτας. Εὐρείτας idem cod. *a.*

Pag. 36. *b.* In *Mneſithei verſ.* 13. recte τῶν σωμάτων abſque γε habet noſter ms. *a.* itemque ms. *b.* ex quo eam emendationem duxit Br. Vide noſtras Animadv. p. 257 ſq. *Pag.* 36. *d.* (*pag.* 138. *noſtrae Edit.*) In *Panyaſidis verſ.* 4. πότος bene dederat Hoeſch. Noſter vero ms. *a.* ποτὸς ſcribit. In eiuſdem *Panyſ. vſ.* 14. non κακὴν ἐπιθήσειε, (ut in Var. Lect. p. 139. noſtrae edit. dictum) ſed κακὴν δ' ἐπιθήσειε, habebat & Hoeſchelii codex & noſter ms. *a.* *Pag.* 36. *e.* In *Alexidis vſ.* 4. ἀπανθήσαντα δὲ. ἀπανθίσαι πάλιν ms. *a.* *Pag.* 36. *f.* τὰ δέ τοι κεκρυμμ. τὰ δὲ κεκρυμμ. ms. *a.* Debuerat ſcilicet τὰ δὲ καὶ κεκρ. ut eſt apud Stobaeum: ſed καὶ abſorptum a ſequente ſyllaba κε.

Pag. 37. *c.* ἐγκλινθέντες. »Imo ἀνακριθέντες, *interrogati.*« Coray. Percommode; niſi paulo longius recederet a ſcripturae veſtigiis. Tum vero & id ipſum, *interrogati*, mox illis verbis πυνθανομένων τῶν ἀρχόντων continetur. Quo minus dubito, ex ἐγκληθέντων corruptam eſſe ſcripturam librorum noſtrorum, qui ἐγκληνθέντων habent.

Pag. 38. *a.* οἰκεῖος - - οἰκεῖος. Utrobique οἰκείως habet noſter ms. *a.* *Pag.* 38. *c.* τὴν τοῦ οἴνου κρᾶσιν. κράσιν idem. *Pag.* 38. *d.* ἔδειμεν. ἔδειμ idem ms. cum exiguo ſpatio, & mendae nota. *Ibid.* ἄκρατον μόνον ὅσον γεύσασθαι. »Ex hoc loco emendat Caſaubonus locum parallelum p. »693. e. ubi legitur ἀκρατούμενος, ὃν γεῦμα καὶ δεῖγμα. »Malim utroque loco legi ἀκράτου μὲν ὅσον γεύσασθαι, »δεῖγμα &c.« Coray. *Pag.* 38. *f.* ἅμα δ' εὐωδίας. Nobiſcum faciens Coray, ad vulgatam lectionem εὐδίας adnotaverat: »Lego εὐωδίας. Mox habes καὶ τὰ τῶν ἀνθῶν »εὐώδη. conf. p. 32. a.«

Pag. 39. *a.* in *Sapphûs vſ.* 2. θεοῖς οἰνοχόησεν. ὠνοχόησεν ms. *a.* optime: ſic & apud Euſtath. Od. ι'. pag. 360, 49. Quamquam & negligi augmentum verbi potuit, quemadmodum in proſa etiam oratione οἰνωμένος pro

ὠνομένος dici apud Epictetum nuper obſervavimus. *Pag.* 39. *b.* ἐννεαπλασίαν. ἐνναπλασίαν ms. *a.* *Pag.* 39. *c.* πλέον. πλεῖον idem. *Ibid.* Ubi de *Cratini* ebrioſitate agitur, in *Ora ms. a.* eſt neſcio quid; ſed videtur voluiſſe aut debuiſſe librarius, ζήτει καὶ παρ' Ἀριστοφ. ἐν Ἱππεῦσι. Scil. *Ariſtoph. in Equit.* ubi vide Schol. ad verſ. 526. At diſertius de eodem *Cratino* locutus eſt Comicus in Pace. *Ibid.* Μουνυχίᾳ. Μουνυχίῳ idem ms. *a.* ſicut Ἰκαρίῳ pro Ἰκαρίᾳ pag. 40. *a.* *Pag.* 39. *e.* οὐ γὰρ ἀπὸ πάσης εὐθυμίας - - τὸ καυχᾶσθαι. Huc ſpectant (ut monuit CORAY) quae habet Suidas in Οἰνοποτάζων, ubi ait, ἐν συμποσίῳ παρὰ τὸν οἶνον αἱ καυχήσεις γίνονται. Quae ille ex pleniore Athenaei opere depromſiſſe videtur. *Pag.* 39. *f.* In *Bacchylidis vſ.* 7. Αὐτὴ μὲν πόλεων ſcribit cod. *a.*, ut αὐτὴ ſit ἡ ἐλπίς. Id ſi probetur, fuerit tamen id, quod ſequitur, μοναρχήσειν ad ipſum *bibentem* referendum. Sed praeferam equidem vulgatum αὐτός.

Pag. 40. *a.* Ubi eſt verſus Sophocleus in Contextu, ibi in interiore ora rubro haec ſcripta ſunt in ms. *a.* ὡς ὅγε πίνων, εἰ μὴ γέγηθε, μαίνεται. Id eſt: *Qui bibit, niſi laetus eſt, inſanit.* Ubi ſi πιὼν pro πίνων ſcripſeris, habebis legitimum ſenarium,

Ὡς ὅ γε πιὼν, εἰ μὴ γέγηθε, μαίνεται.

Qui verſus fortaſſe apud Sophoclem proxime ſecutus erat eum, qui in contextu adpoſitus eſt.

Paulo poſt, ubi in noſtra ed. incipit cap. XI. ab illis verbis, Ἀπὸ μέθης καὶ ἧς τῆς κωμῳδίας &c. ibi *in exteriore ora* eiuſdem *ms. a.* haec lacinia ex Athenaei opere olim integro ſervata eſt: Ὅτι Σιμωνίδης τὴν αὐτὴν ἀρχὴν τίθησιν οἴνου καὶ μουσικῆς.

Pag. 40. *c.* in *Alexidis vſ.* 1. τὸ τοιοῦτον μόνον. »Interpres melius legiſſe videtur τοσοῦτον μόνον.« CORAY. Vide Animadv. noſtr. p. 283. *Pag.* 40. *d.* τὸ μετὰ τὸ ᾄδειν. Forſ. τῷ μετὰ τ. θ. aut παρὰ τὸ μετὰ τὸ ᾄδειν. cf. Animadv. p. 284. *Ibid.* καλοῦμεν τὰς ἔτι μείζους. Forſ. καλοῦμεν καὶ ἔτι τὰς μειζ. ut καὶ ἔτι idem valeat ac ἔτι καὶ νῦν, *adhuc etiam, etiam nunc.* *Pag.* 40. *e.* In *Alexidis vſ.* 4 *ſq.* χάριν τινὰ ἔχειν ἑαυτῷ. χάριν τιν' ἔχειν αὐτῷ ms. *a.* *Pag.* 40. *f.* ἀνελευθέρως τε. ἀνελευθέρους τε idem. Et *ibid.* καὶ ἐπὶ καιροῦ habet idem cod. pro nudo ἐπὶ καιροῦ.

Ibid. Ubi initium capit in noſtra Edit. caput XIII. ibi

Codex noſter in interiore ora haec habet: Τοσαῦτα οἰνολογήσαντος, ἤτοι περὶ οἴνων εἰπόντος: & continuo deinde: λαφύσσοντος (ſive λαφύσσονται) οἴνων ὀνόματα. Ubi duo prima verba, & tria poſtrema, ex Athenaei opere ſervata ſunt, media ab Epitomatore adiecta. Amavit verba ita iocoſe formata, ut illud οἰνολογεῖν: vide I. 23. *a.* & quae ibi adnotavit Caſaubonus, e cuius Nota ad eum locum intelligimus, eadem verba, quae h. l. codex habet noſter, ex alio codice msto ipſi pariter innotuiſſe. Poſtrema verba an apud Athenaeum cum ſuperioribus proxime connexa fuerint non liquet, cum praeſertim haud adpareat, utrum λαφύσσοντος an λαφύσσονται voluerit librarius; nam terminationem verbi nulla ratione indicavit. Si λαφύσσονται legas, ſenſus erit, *deglutiunt vinorum nomina:* & ipſum iocoſa quadam ratione dictum.

Ibid. Ἡδὺ γάρ ἐστ' ἐν δαιτὶ. Ἡδύ ἐστιν ἐν δαιτὶ ms. *a.* cum hoc loco, tum in Fragmentorum nonnullorum Supplemento, quod Epitomae libri XIII. adtextum eſt.

Pag. 41. *b.* στήσαμεν, ut edidimus, ſic perſpicue habet ms. *a. Ibid.* καταιονεῖ. καταιονᾷ ms. *a.* ſed ſuperſcripta terminatio ει. Mox vero, pro ἐπαιονεῖ, unice ἐπαιονᾷ habet. Vide Animadv. p. 290. *Pag.* 41. *d.* Ἐρατοσθένης φησὶν, ὑδαρὲς &c. Ἐρατοσθένης, φησὶν ὑδαρῆ ms. *a.* comma poſt Ἐρατοσθένης ponens, & φησὶ vel φησὶν (compendioſe ſcriptum) cum ὑδαρῆ iungens: unde probabile fit, illud φησὶ ex φύσει eſſe corruptum, mox deinde vero recte ſuo loco ſtare idem verbum. Vide Animadv.

Pag. 42. *a.* καθὰ τὸν ἐν Κιθαιρῶνι, παρ' ᾧ Ζηνὸς καὶ τὸν ἐν Καρίᾳ, παρ' ᾧ Ποσειδῶνος (perperam Πωσειδ. in noſtro contextu) ἱερόν ἐστιν. Vereor ne iſta ῥῆσις, primum a Dalecampio (ut in Animadv. docui) in latina verſione in eamdem ſententiam prolata, dein a Caſaubono graece converſa, & tacite in contextum illata, mera ſit παράδοσις. Primum meminerit lector, Plinium XXXI. 5, 30. cum haud dubie eumdem Theophraſti locum, quem Athenaeus, ob oculos habuiſſet, *Cithaeronem* h. l. ignorare; & nihil aliud habere, niſi haec, *& in Caria, ubi Neptuni templum eſt:* tum vero cogitet, e *montibus* quidem *fontes* & *rivos* deſcendere; ſed, *in monte* Cithaerone *fluvium* commemorari, abſurditati proximum eſſe: denique ſciat, *Cithaeronem* etiam optimum noſtrum codicem *ignorare.* Fuerat haud dubie ille codex, quo uſus olim Venetus editor

est, scripturae compendiis atque nexibus fere ut noster Sedanensis impeditus & intricatus. Nexum, quem h. l. in suo codice reperit Musurus, Κιθαιρῶνι ille interpretatus est: aliis dein viris doctis, qui alios codices cum impresso exemplo contulerunt, idem accidit quod Godofredo nostro; cum Κιθαιρῶνι expressum viderent, compendiosâ scripturâ suorum codicum minus diligenter inspectâ idem significari arbitrati sunt. At mihi perspicuum videtur & extra dubitationem positum, eo scripturae nexu, quem hoc loco noster codex habet, nihil aliud nisi Καρία significari. Igitur sic ille praefert: καθὰ τὸν ἐν Καρίᾳ, παρ' ᾧ Ζηνὸς Ποσειδῶνος ἱερόν ἐστι. Ubi quidem, si opus esset, posses suspicari, Ζηνὸς καὶ Ποσειδῶνος oportuisse, id est, *Iovis et Neptuni templum*: e quibus templis alterum, *Neptuni*, omisso Iovis templo, nominaverit Plinius; alterum, *Iovis*, Strabo XIV. 659. b. ubi *Carii Iovis templum, commune omnibus Caribus*, commemorat. Sed quaenam tandem necessitas urget, ut istam optimi codicis solicitemus scripturam? Pluto apud Homerum Ζεὺς καταχθόνιος, apud Virgilium *Stygius Iupiter* adpellatur. Δία τὸν ἐν θαλάσσῃ, id est, *marinum Iovem*, (ex Aeschylo quidem) Pausanias memorat, II. 24. p. 166. monuitque Etymologici M. auctor, pag. 409. 7. vocabulo Ζεὺς nonnunquam etiam τὸν Ποσειδῶνα designari; quo quidem ille verba traxit poëtae, Ζεὺς δὲ κατὰ Πόντον ἐτάραξεν. Quae si vel maxime omnia contendas parum conferre ad id, de quo quaeritur, efficiendum; tamen eo valent, ut intelligatur, non debere incredibile videri, Theophrasti aetate Cares, maritimum populum, supremum Deum mari potentem sub Ζηνὸς Ποσειδῶνος nomine coluisse; sive latine *Iovem Neptunum* reddere illud velimus, sive, priori vocabulo adiective sumto, *Summum Neptunum*. Quare interim, dum in aliam partem certius aliquid adferatur, istam codicis nostri scripturam ad verbum tenendam censuerim. Idem quidem nomen an & alibi occurrat, mihi non liquet: nec, quem auctorem Dammius spectarit, compertum habeo, cum in Lexico Etymologico Homerico p. 2884. ait, *alibi* Ζηνὸς Ποσειδῶνος *templum memorari*, nisi ipsum Athenaeum in animo habuit, apud quem eadem verba Ζηνὸς Ποσειδῶνος ἱερὸν tenuerant veteres editiones. Caeterum, quod Ζηνὸς nomen apud Plinium non expressum legatur, id quidem turbare neminem debet: potuit illud suo arbitrio Romanus

ſcriptor negligere, potuere etiam librarii aut ipſi editores ſua vel levitate vel temeritate omittere.

Ibid. πίπτειν περὶ τὸν τόπον. ἐπὶ ms. *a.* ſed περὶ ab eâdem manu ſuperne adſcriptum. *Pag.* 42. *b.* Numeros illos ἐννενήκοντα ἓξ & τεσσαράκοντα ἓξ librarius noſter, pro ſuo more, brevibus notis literalibus expreſſit. *Pag.* 42. *c.* ἐν Κραννῶνι. Sic prorſus, ut editum eſt, perſpicue habet ms. *a.* *Pag.* 42. *e.* σημεῖον δὲ. Eâdem h. l. compendioſâ notâ uſus eſt noſter calligraphus, quae aliâs σημείωσαι ſignificat: quod temere illi excidit. *Ibid.* (*cap.* 17. *noſtrae ed.*) πρὸς ἣν φησι. Recte φασὶ ms. *a.* ex quo intelligo, eamdem ſcripturam a Brunckio ex *ms. b.* eſſe notatam. cf. noſtras Animadv. p. 302.

Pag. 43. *a.* τὰ βασιλικὰ καλούμενα. Eſt Leontii Scholaſtici Epigramma, num. 17. in Brunckii Analectis T. III. p. 107. ſic inſcriptum, Εἰς τὰ Θερμὰ τὰ Βασιλικά. An vero de his *Thermis Pruſienſibus* ibi agatur, mihi haud liquet. *Ibid.* Τράλλεις. Sic recte ms. *a.* quod & ex ms. *b.* adnotaverat Brunck. *Pag.* 43. *c.* in *Antiphanis vſ.* 5. τυρούς. πυρούς perſpicue ms. *a.* ex quo colligo, eamdem ſcripturam a Brunckio non ex coniecturâ, (ut in Anim-adv. pag. 310. dixeram) ſed ex ms. *b.* adnotatam fuiſſe. Quo loco ſi quis ex me quaerat, (cuius fere generis quaeſtione memini nonneminem publicè olim mecum expoſtulare) cur tandem, pro mea cum Brunckio familiaritate, non ex ipſo doctiſſimo Viro quaeſierim, quaenam eſſet illarum notularum ratio in oris ſuorum Athenaei exemplorum conſignatarum: is ſciat, nullam me diſcendi occaſionem ultro ſolere praetermittere, neque neglexiſſe quin de ea ipſa re Brunckium compellarem; qui mihi ingenue profeſſus eſt, ſe nihil aliud recordari, niſi quod promiſcue alia ex codice Pariſienſi, alia e ſua coniectura, alia ex doctorum virorum libris adnotaſſet. Quare nihil aliud ſupererat, niſi ut ipſe ego, ubi certis rationibus non poſſem, ibi de mea coniectura ſtatuerem, quid ex manuſcripto libro, quid e Brunckii ingenio ductum videretur. Nunc, collatis eiſdem notulis cum lectionibus quas in noſtro msto *a.* reperio, intelligo de earum nonnullis aliud, atque olim feceram, iudicium eſſe faciendum.

Pag. 43. *c.* Ἐν Τήνῳ κρήνη ἐστὶν. Nominatim ex Athenaeo citavit hunc locum Steph. Byz. in Τῆνος: ubi pro ἐν τῇ νήσῳ oportebat puto ἐν Τήνῳ τῇ νήσῳ, quemadmo-

dum ab Athenaeo in opere pleniore ſcriptum fuiſſe ſuſpicor. Sic & pro eiſdem verbis ἐν τῇ νήσῳ, quae apud eumdem Steph. proxime ante ex Ariſtotelis Auſcult. Mirab. citantur, apud ipſum Ariſtotelem pariter ἐν Τήνῳ τῇ νήσῳ legitur, cap. 93. ed. Beckmanni. *Pag.* 43. *d.* παρὰ τὸν Ἐριγῶνα. Recte περὶ, ut volueram, ſic perſpicue ſcribitur in ms. *a.* Fluvii quidem nomen ibidem eſt Ἐριμῶ (ſic) mendoſe & in fine compendioſe. In ms. *b.* eſt Ἐριγαιῶ aut aliquid ſimile. *Pag.* 43. *f.* Κλείτορι. Κλίτορι ms. *a.* minus recte. Vide noſtrum Ind. Polyb. in *Clitor.* *Ibid.* οὐκ ἔτ' ἀνέχεσθαι. Caret ἔτ' ms. *a.* *Ibid.* τὸ δ' ἐκ τῶν μύρτων. Ad vulgatum olim μύρων, quod noſter etiam codex tenet, adnotavit Coray: »Legendum videtur μόρων, »quae μελάγχυμα vocat Aeſchylus apud Noſtrum infra »pag. 51. d.«

Pag. 44. *a.* in *Antiphanis vſ.* 4. αὐταδίαν αὐταδίᾳ. Sic, quemadmodum cum Grotio edidimus, perſpicue dat ms. *a.* *Pag.* 44. *f.* ἀνακυκλεῖται. In utroque msto verbum mire decurtatum, & difficili nexu indicatum magis quam expreſſum. Speculator noſter, in editis ἀνακυκλεῖται expreſſum videns, msstorum compendium interpretabatur ἀνακαλεῖται. Mihi fere non eſt dubium, ἀναβοᾷ (i. e. *vociferatur*) & voluiſſe & debuiſſe ſcribam noſtri msti *a.* nec ſane terminationis verbi paſſivi ullum veſtigium adparet. *Ibid.* καὶ ἀπέστησαν πρὸ τοῦ εὑρεῖν. »Interpres legit καὶ ὑπίστησαν, *non crediderunt.* Quid ſi καὶ »οὐκ ἀπέστησαν legas? Caeterum ſimile quid narrat de »Epimenide Laërtius I. 144.« Coray.

Pag. 45. *b.* τοῦ δὲ μόνου πίνει ὁ βασιλεύς. Ignorat δὲ ms. *a.* recte, ut Herodot. I. 188. nempe τοῦ ionice pro οὗ. *Pag.* 45. *c.* Σειληνὸν. Σιληνὸν ms. *a.* quod & ex ms. *b.* adnotavit Br.

Pag. 46. *a.* μετὰ δὲ τὴν προσφορὰν &c. Perperam haec a nobis praeeunte Dalecampio, & ſilente Caſaubono, ad ſuperiora relata ſunt. Fortior diſtinctio ponenda erat poſt αἵματος. Dein a maiuſcula litera incipiendum, Μετὰ δὲ &c. tum ad συγχρίεσθαι ex illis verbis multo ante praecedentibus, Οὐ δεῖ δὲ προπίνειν, verbum δεῖ intelligendum. Itaque & in verſione (pag. 174 extr.) ſic ſcribendum: *Poſt potationem vero unguento caput illinendum.* *Ibid.* εἰς τὸ ἀποκρούεσθαι τὸ ἀπὸ τοῦ πότου. Dixi in notula ſub contextu poſita, τι, non τὸ, vulgo ſcriptum

esse: atqui non id solum tenet noster codex; verum etiam τόπου habet, non πότου. Utrumque verum, & auctori restituendum: εἰς τὸ ἀποκρούεσθαί τι ἀπὸ τοῦ τόπου: id est, *ut* (vini vaporem) *depellant aliquatenus a parte adfecta*, scil. *a capite*. Vel in vulgus notum est, quid adpellent medici *topica medicamenta*, scilicet quae ipsi laboranti parti admoventur: eâdem ratione ὁ τόπος medicis dicitur *pars corporis adfecta*. Vide Foes. Oecon. Hippocr. in Τόποι. *Ibid.* Pro τοῦ οἴνου, minime male est τῶν οἴνων in eodem ms. *a*.

Ibid. (*cap.* 25. *nostrae ed.*) ὕδωρ -- λεπτὸν καὶ διαυγές. »Lege λευκόν.« Coray. Perspecte: sic paulo post, ταῦτα γὰρ λευκὰ, & passim alibi. Noster quidem ms. hîc vulgatum tenet.

Pag. 46. *b.* καὶ εἰς χάλκεον ἢ ἀργύρεον ἄγγος ἐγχεόμενον οὐ ποιεῖ τὸ ἰῶδες. »Lege τοῦτο (sc. τὸ ἄγγος) ἰῶδες. »Gesneri emendatio, (σιδήρεον pro ἀργύρεον) iniuriâ for»san a Casaubono damnata, nititur Hippocratis verbis De »Usu Liquidorum, initio: καὶ γὰρ σιδηρίοισι καὶ χαλκείοισι »(melius χαλκίοισι) κράτιστον. p. 599. T. I. ed. Van der »Linden.« Coray. *Ibid.* καὶ ὁ Ἱπποκράτης. Caret ὁ ms. *a*. non male.

Pag. 46. *c.* τοῦ μὲν φαύλου, τοῦ δὲ χρηστοῦ, ὄντως οὐδ' ἥτις ἐστὶ διαφορά. » Malim οὐδέ τις (i. e. οὐδεμία) »vel οὐδ' ἠτισοῦν. Forte & pro ὄντως legendum ὄντων, »id est, καί περ ὄντων τοῦ μὲν φαύλου, τοῦ δὲ χρηστοῦ.« Coray. Apud Polybium quidem plus semel ὅ τι pro ὅτιοῦν usurpatur: (vide Ind. Polyb. in Ὅστις.) puto & apud alios scriptores. Quare illud οὐδ' ἥτις non videtur solicitandum. Sed de ὄντως perspecte viderat Vir doctus, haud satis commode positum esse. Scribe omnino τοῦ δὲ χρηστοῦ ὄντος, οὐδ' ἥτις &c. Sic perspicue noster ms. *a*. *Ibid.* ὅσα ἐκ μετεώρων χωρίων ῥεῖ, καὶ ἐκ λόφων ξηρῶν. Priora verba eodem quidem modo vulgo leguntur apud Hippocr. sed ibi ante λόφων abest repetitum ἐκ. Placet vero, & haud paulo commodius, quam vulgatum, videtur id, quod habet noster ms. *a*. in hunc modum, ὅσα ἐν μετεώρῳ χωρίῳ ῥεῖ, καὶ ἐκ λόφων ξηρ.

Pag. 46. *d.* καὶ ἥκιστα καρηβαρικὸν, κινητικόν τε ψυχῆς καὶ σώματος. »Negationem ἥκιστα referendam esse ἀπὸ »κοινοῦ ad sequentia κινητικόν τε &c. existimo. Aliter in»terpres.« Coray. *Ibid.* Πραξαγόρας τέ φησι ταὐτά.

Non modo concinnior, ſed ipſa etiam librorum ſcriptura eſt iſta, ταὐτά φησιν. Sic ſane & ms. *a.* & eamdem ſcripturam ex ms. *b.* adnotaverat Brunck. *Pag.* 46. *e.* πτισάνη. πτισσάνη ms. *a.* & *b.*

Pag. 47. *a.* περὶ Σαρδὼ. περὶ Σαρδόνα ms. *a.* *Pag.* 47. *b.* in *Eubuli vſ.* 2. οἰκεῖν κελεύει. Nil mutant Libri. Sed κελεύω legendum cenſeo, in prima perſona; (quicumque fuerit qui loquens inducitur:) ſic bene habuerit quod *vſ.* 4. ſequitur σὺ δ' ὀξύπεινος. *Pag.* 47. *d.* In *Alexidis vſ.* 2. ὑποβρέχει. ὑποβρέχων h. l. mss. *a.* & *b.* quod tenendum, & *vſ. ſq.* ἐνωγάλιζε legendum, (conf. Animadv. pag. 332 ſq.) licet I. 28. e. paulo aliter expreſſi ſint iidem verſus, ubi etiam verſus primus paulo plenior adpoſitus eſt. *Pag.* 47. *e.* in *Alexidis verſu:* συντόμως. σύντομον videtur eſſe in ms. *a.* quod probo. σύντομον ἀριστόδειπνον, *un court déjeuner dinatoire.*

Pag. 48. *a.* in *Anaxandridae vſ.* 2. γέροντι. In ms. *a.* eſt γερόντ, (ſcil. τ literâ ſuperne adſcriptâ cum accentu ad ρον non ad γε ſpectante;) quod γερόντιοι interpretor, idem valens ac γερόντειοι vel γεροντικαί. Si γεροντικαὶ voluiſſet librarius, caudam uſitatam ad τ adiecturus erat, qua literae ιν ſignificantur. *Pag.* 48. *b.* in *Epigramm.* ᾧ ἑνὶ χερσὶ. Recte ᾧ ms. *a.* non ὧν. *Pag.* 48. *c.* Pro ἀπεστέλλετο & Ἀνταλκείδᾳ recte ἀπέστελλε & Ἀνταλκίδᾳ habent mss. *a.* & *b.* *Pag.* 48. *f.* οὐρανόροφον. οὐρανοφόρον ms. *a.* ut mssti Caſauboni: puto & ms. *b.*

Pag. 49. *a.* Verba iſta, τήμερον ἐγὼ &c. iuſtum facient ſenarium, ſi modo primam in πράγματα corripere liceat:

Τήμερον ἐγὼ πράγμαθ' ἕξω ἐξ ἀπραξίας.

Pag. 49. *c.* In *Epicharmi vſ.* 1. quod τἰμανον habent mssti noſtri, id ex τί μὰν ὦν corruptum videtur: ὦν Dorice pro οὖν. *Pag.* 49. *d.* κατακλινθέντι. κατακλιθέντι ms. *a.* & *b.* Sed p. 47. *e.* in ſimilem iſti formam κατεκλίνθημεν conſentiebat uterque. *Pag.* 49. *e.* In *Alexidis vſ.* 2. pro νικητήριον, quod nec ad ſententiam ſatis, & ad metrum neutiquam aptum erat, νικητικὸν eſt in ms. *a.* quod verum utique videtur. Sic vero *vſ.* 1. pro ἐν ὕπνοις legendum ἐνύπνιον fuerit; niſi fortaſſe ex iiſdem verbis ἐν ὕπνοις deinde ad νικητικὸν ſatis commode ſubſtantivum ἐνύπνιον vel φάσμα ſubintelligi poſſit. In fine vero *eiuſdem vſ.* 2. idem ms. *a.* προσέχειν δή habet; quod ferri ob metrum non poteſt, niſi aliud quid turbatum ſtatuas.

Pag. 50. *b.* μέσως φησὶν εἶναι ταῦτα εὔχυλα. μετρίως habet ms. *a.* tum vero p. 51. f. ubi eadem Diphili verba repetuntur, eam vocem prorsus omittit: tenet tamen μέσως inferius lib. III. pag. 82. f. *Pag.* 50. *f.* in *Amphidis vs.* 2. ὁ πρῖνος, ut edidimus, sic cum circumflexo scripta vox in ms. *a.*

Pag. 51. *a.* πρῶτος διεκόμισεν. Sic recte ms. uterque & ed. Ven. Temere διεκόμιζεν ed. Cas. cum ed. Bas. *Ibid.* Λυσίμαχον τὸν βασιλέα. τὸν β̄. habet ms. *a.* quasi voluisset τὸν δεύτερον, quod quidem non probo. *Pag.* 51. *b.* ἐῶσιν ἐπὶ τοῖς φυτοῖς. ἐπὶ τοῦ φυτοῦ ms. *a.* recte. *Pag.* 51. *d.* μιλτοπρέπτοις. In ms. *a.* videtur μιλτοπρέπεις esse, debuisse vero μιλτοπρεπέσι. *Ibid.* μορέην τε καλῶν. καλεῖ ms. *a.* multo commodius. *Pag.* 51. *e.* διατροφὰς. διαφυὰς ms. *a.* in contextu, & διαφορὰς inter lineas.

Pag. 52. *a.* περιπεσεῖν δὲ τούτῳ τῷ δεινῷ καὶ αἰπόλια. Superiorum editionum scripturam, περιπεσεῖν δὲ οὕτω τὸ δεινὸν καὶ αἰπολίῳ, omni ex parte perspicue tenet noster ms. *a.* Ubi cum pulcre nossem, recte graece dici τὸ δεινὸν ἐπιπίπτειν τινὶ, sed Casaubono essem adsensus, eamdem constructionem cum verbo περιπίπτειν non ferendam censenti, meliora docuit CORAY, proferens ex Aristophanis Thesmoph. 272. verba illa, ἴνα μοί τι περιπίπτῃ κακόν. Igitur satis iudicavit idem Vir doctus, si οὕτω in τοῦτο mutaretur. At, verum si quaeris, ne ea quidem mutatione fuerit opus, & tota tenenda librorum scriptura. τὸ δεινὸν iam per se idem ac τοῦτο τὸ δεινὸν valet, nec illo pronomine adiecto opus est: adverbium vero οὕτω signate hic positum est, ad sequens ὡς relatum. Tum vero peropportune rursus idem CORAY monuit, αἰπόλιον unice *caprarum gregem* denotare, vocabulum πρόβατον vero de *quolibet pecudum genere* usurpari; quam in partem multa exempla Foesius in Oecon. Hippocr. collegit. Quare in latina nostra versione (p. 199.) pro *pecudum greges*, *caprarum greges* repositum velim; tum, pro *ovium duas partes*, *duas pecudum partes*: intelligendas autem adparet *duas tertias partes*, sive *duas de tribus*.

Pag. 53. *a.* ναὶ μὰ τὴν ἀμυγδάλην. ἀμυγδαλῆν ms. *a.* *Ibid.* νῦν τὰς ἀμυγδάλας. ἀμυγδαλᾶς idem. *Ibid.* ἀμυγδάλη τῆς βηχὸς. Rursus ἀμυγδαλῆ videtur esse in ms. *a.* Deinde vero pro ἀμυγδάλην μὲν videtur in eodem ms. esse ἀμυγδάλη μὲν, quod hactenus bene habere videri pos-

ſet, quod & paulo poſt (*Pag.* 53. *b.*) ἀμυγδαλῆ δὲ in nominativo videtur poſitum; ſed, quod ſequitur, τὸν καρπὸν, accuſativum arguit. Rurſus vero difficultatem habet illud ipſum ἀμυγδαλῆ δὲ τὰ δένδρα: nam ſi cum ſuperioribus conferas, videtur ἀμυγδαλῆν in accuſativo poni debuiſſe; ſi ſpectes τὰ δένδρα, quod ſequitur, videtur oportuiſſe ἀμυγδαλᾶς in plurali. Quam difficultatem levaturus H. Stephanus in Indice Theſ. p. 390. e. iſta verba ex Athenaeo citans, poſteriori loco ἀμυγδαλῆ δὲ τὸ δένδρον ſcripſit in nominativo ſingulari; at priori loco tamen ἀμυγδάλην μὲν in accuſ. tenuit.

Pag. 54. *a.* εὐχυλώτερα, & aliquanto poſt rurſus εὐχυλώτερα. Priori loco eamdem ſcripturam tenet noſter ms. *a.* altero vero loco εὐχυλότερα per o breve ſcribit, ut aliàs conſtanter: iſtud male, hoc bene. Utrobique εὐχυλότερα oportebat. *Pag.* 54. *d.* in *Nicandri vſ.* 2. καλέσαντο. καλέσαντες ms. *a.* *Ibid.* ἄμωτα καλεῖ. Scripturam hanc firmat Galenus de Aliment. Fac. II. 38. notante SCHNEIDERO ad Nicandri Alexiph. pag. 162. *Pag.* 54. *e.* πιθήκου - - δυστυχοῦς. Vide ne δυστυχὴς eadem fere ratione ſit accipiendum ac ἀτυχὴς & ἀτύχημα apud Epictetum, de quarum vocum uſu dixi ad Epict. Diſſ. I. 3, 7 ſq. & ad Polyb. V. 67, 4.

Pag. 55. *a.* in *Alexidis vſ.* 14. θειοφανὲς. Adnotavit hoc Brunck h. l. in ora ſui libri: nec vero e msto, ſed a Grotio id ſumſiſſe videtur. Noſter quidem ms. *a.* θειοπαγὲς tenet. Vide Animadv. pag. 368 ſq. & debuerat hoc a nobis ſub contextu adnotari. *Pag.* 55. *c.* ἀπέβαλεν. ἀπέβαλεν ms. *a.* quod & ad metrum convenit, & ad conſtructionem cum οὐ πώποτε commodius eſt.

Pag. 56. *a.* σῦκα τὰ ξηρὰ. Sic & mss. ſed σῦκα τε puto oportuiſſe. *Pag.* 56. *c.* πάντες αἰεὶ ἐμβάλλουσι. Non deeſt adverbium noſtro ms. *a.* ſed ſic habet ille, πάντες ἐμβάλλουσιν ἀεὶ: commode, ſi in αἰεὶ mutes. *Pag.* 56. *d.* ἐλέγοντο μόνον. Recte ἔλεγον μόνον ms. *a.*

Pag. 57. *a.* πύαρ. Notaverat hoc Brunck h. l. ex virorum doctorum coniect. non e msto. *Pag.* 57. *f.* γεγενημένη. Recte γεγεννημένη ms. *a.* Sic mox omnes γεγενῆσθαι, & γεννωμένους.

Pag. 58. *d.* in *Epicharmi* verbis: ἔγωγε μολόχης. Recte μολόχας ms. *a.* in contextu; ſed η inter lineas, ex ſcholio. *Pag.* 58. *f.* οὐκ εἶναι ἓν μέρος ἰδέας. Recte ἐν μέρει

ms. *a.* id est, *particulares species*; quemadmodum equidem, addubitans licet, suspicatus eram. (Vide Animadv. pag. 394.) Dubitationem levat id quod est apud Epictet. Diss. IV. 7, 6. ubi τὰ ἐν μέρει (quibus opponuntur τὰ ὅλα) idem valet ac τὰ ἐπὶ μέρους vel κατὰ μέρος. Cuius generis etiam exempla nonnulla H. Stephanus citavit in Thes. II. 849. e.

Pag. 59. *a.* κολοκύντας δὲ τὰς περ. Caret δὲ ms. *a.* sed eius loco *comma* habet. *Pag.* 59. *b.* στρούθεια. στρουθία h. l. ms. *a.* ut infra. *Pag.* 59. *c.* in *Hermippi versu.* ὅση κολοκύντη. Perspicue ὅσην κολοκύντην ms. *a.* quod vide ne verum sit.

Pag. 60. *a.* ὠῶν ἡμίτομα. Sic recte codex uterque, *a.* & *b.* *Pag.* 60. *c.* κ' εἰ ἀποπτίγοι βρῶμά τι. καὶ εἴ τι πνιγει βρῶμά τι ms. *a.* qua in scriptura commode in indicativo ponitur verbum, tum nec male habet καὶ, ubi elisione non erat opus. Ergo versus sic constituatur:

καὶ στρυφνὰ μῆλα, καὶ εἰ ἀποπνίγει βρῶμα τι.

Nam repetitio quidem voculae τι vix poterat ferri.

Pag. 60. *f.* in *Nicandri vs.* 2. ῥοιῆς τε πρίνου τε δρυός τ' ἄπο πήματα κεῖται. Pro ἄπο, ἔπι corrigit doctissimus SCHNEIDER ad Nicandri Alexiph. pag. 282. Mihi quidem videbatur simplex κεῖται percommode pro composito ἐπίκειται accipi posse, praepositio ἀπὸ vero recte posita videbatur, e qua penderent praecedentes genitivi; ut constructio in hunc modum conciperetur, πήματα κεῖται (i. e. ἐπίκειται) ἀπὸ ῥοιῆς τε πρίνου τε &c. In superiore *Epicharmi versu*, pro πνιξεῖσθε perperam πνιξεῖσθαι est in ms. *a.* in quo tamen haud ita frequenter occurrit ista aliis librariis solennis confusio vocalium: nam & doctum virum & diligentem fuisse huius codicis scribam adparet, qui nonnisi compendiosis verborum notis crucem subinde videtur figere voluisse lectoribus; sed easdem, puto, aut simillimas notas ille iam in exemplari, de quo suum exemplum descripsit, repererat: ac iam ipse olim Epitomator parcere chartae voluisse videtur.

Pag. 61. *a.* νοτίζοις. *Ad Animadv. nostras p.* 408. *lin.* 9. *post verba*, nullâ tamen msstorum factâ mentione, *haec addenda:* Non equidem νοτίζοις scribitur in Casauboni Animadv. sed ποτίζοις, quod & SCHNEIDERUS recepit, (in Notis ad Nicandri Alexiph. pag. 251.) existimans ex cod. msto ibi sic posuisse Casaubonum. At codicis nullius

auctoritatem ibidem invocaverat Casaub. ac ne deliberato quidem ita scripsisse videtur, sed casu, nec adtendens animum ad id quod libri dabant, quemadmodum & illud quod initio eiusdem versus ibidem posuit, κακκρύφαις ὑδάτεσσί τ', pro κακκρύφας ὑδάτεσσιν, quod tenent libri omnes. Verbum νοτίζοις vero confirmat etiam Eustathius, haec verba citans ὑδάτεσσιν ἀεικαέεσσι νοτίζοις, ad Il. μ'. p. 866. lin. ult. de quo & ipse Schneiderus monuit.

Pag. 61. *e.* (pag. 237. ed. nostr.) ῥίφι. Vocem ῥίφαι, quam hic noster ms. *a.* habet, duobus punctis pro more suo superne impositis (:) ut *mendosam* notavit calligraphus. In promtu erat suspicari, ex ῥίζαι esse corruptam; si caetera convenirent. *Pag.* 61. *f.* τὰ δὲ οὐδὲ φύει τὴν ἀνθην. φύει, sicut ex coniectura edidimus, sic perspicue scriptum in ms. *a.* reperio: dein vero τὴν ἀνθινὴν habet idem codex, non ἀνθίνην ut olim editum erat. *Ibid.* σπερματικῆς ἴχνος κορυνήσεως. Possis vertere, *vestigium clavae semen continentis.* Intelligitur foeminea plantarum pars, quod *pistillum* botanici vocant. conf. Schneiderum ad Nicandr. Alex. p. 208 sq.

Pag. 62. *a.* βρονταὶ γίνωνται. γένωνται ms. *a.* commodius. *Pag.* 62. *b.* τὴν ἀκμὴν ἔχει. Recte ἔχειν ms. *a.* quo adscito, *minus punctum post* εἶναι ponendum. *Pag.* 62. *c.* Ἀκαρνίδη. Ἀκαρνίδι ms. *a.* propius vero. *Ibid.* κἀν τῇ Ἠλείων. Sic & ms. in contextu, sed inter lineas Ἠλείᾳ.

Pag. 63. *a.* in *Philyllii versu.* γύναι. ὦ γύναι ms. *a.* repugnante metro. *Pag.* 63. *c.* in *Epicharmi vs.* 2. κόγχον δὲ τὸν σέσιλον ἄπαγ' &c. κόχλον enotatum ex ms. *b.* sed κόγχων habet ms. *a.* & deinde *punctum* post σέσιλον. Optime. Quare sic rescribe:

κόγχων δὲ τὸν σέσιλον. Β. Ἄπαγ' ἐς τὸν φθόρον.

id est:

& conchas (*commutant*) *cum sesilo.* B. *Abi in malem rem!*

Pag. 63. *e.* in *Alexidis vs.* 3. ἂν τις εὕροι. Bene εὕρῃ ms. *a.* sed id ex εὕροι correctum. *Pag.* 63. *f.* βυσαύχην. βυσσαύχην ms. *a.*

Pag. 64. *a.* τῆς τροχηλάτου κόρης. τῆς τροχηλάτης κόρης ms. *a.* contra regulam de motione adiectivorum compositorum, in *os* desinentium. *Ibid.* καὶ τὰς αὐτὰς δυνάμεις. Quam (in Animadv. p. 431.) mendosam iudicaveram librorum scripturam, αὐτὰς τὰς δυνάμεις, *absque* καὶ & *absque praecedente commate*, ea ipsa vereor ne

vera sit, & praeter rationem a primo editore mutata. Qua adoptata, ordo naturalis verborum talis fuerit concipiendus: διὰ τὸ τὰς πρώτας φύσεις (scil. αὐτῶν) ἔχειν αὐτὰς τὰς δυνάμεις ὁμοειδεῖς τῷ σπέρματι. *Pag.* 64. *b.* οἳ καὶ κρείττονες. κρείσσονες ms. *a.* *Pag.* 64. *d.* ἐν ζ' Φυτῶν. Recte Φυτικῶν ms. *a.* ut volueram. *Ibid.* πόδεια καὶ. ποδειακὰ absque καὶ ms. *a.* male. Conf. Hesych. in Πόδια, & ibi Intt. *Pag.* 64. *e.* τῶν συμποσίων. Imprudens ego perperam acceperam notulam e msstis enotatam. τοῦ συμποσίου habet codex uterque; quod minime improbandum.

Pag. 65. *b.* In *Epicharmi* verbis, συκαλίδας & συκαλίδες scribunt nostri codices, contra disertum Athenaei monitum, quod mox subiicitur. *Pag.* 65. *c.* Χερσονησίτου. Χερρονησίτου ms. *a.* *Pag.* 65. *d.* in *Nicostrati vs.* 2. δασύποδι. Perspicue δασύποδα ms. *a.* quod in contextu ponendum, ad ἀγόρασον relatum. *Vers. sq.* pro νήττι' recte idem cod. *a.* νήττια habet, ut edidimus. *Pag.* 65. *e.* Περδίκια λάβε τέτταρ'. λάβετε τέταρ' ms. *a.* Ubi si recte habet pluralis λάβετε, vide ne in fine verborum Eubuli ἄττ' ἂν ἐπιτύχῃ fuerit scribendum, i. e. *quaecumque inciderint.* At ibi quidem vulgatum ἐπιτύχῃς tenet noster codex. *Pag.* 65. *f.* κεφαλῶν τε. Sic recte ms. *a.* ut edidimus, non κεφαλάς τε.

Pag. 66. *a.* in *Euripid. vs.* 1. ὥς σ' ἔκειρεν. ὃς ἔκειρεν ms. *a.* *Pag.* 66. *d.* in *Antiph. vs.* 2. γράφουσι τοῦτον. γράφῃ τοῦτον ms. *a.* Sic & puto esse in ms. *b.* conf. Animadv. p. 445. *Ibid.* in *Eubuli vs.* 1. πεπέριος. Sic & ms. *a.* in contextu, sed πεπέριδος inter lin. quod ipsum sub fin. eiusd. pag. in contextu habent omnes: sed πεπέρεως pag. 67. a. & III 90. f. *Pag.* 66. *e.* κονίζης. κονύζης habent ms. *a.* sicut *ms. b.* quod in contextu poni debebat. *Ibid. vers. seq.* pro δ' ἢ habet δὴ ms. *a.*

Pag. 67. *a.* ἀλείφετο. Recte ἀλείφεται ms. *a.* *Ibid.* σχῖνον, ut in ms. *b.* sic & recte est in ms. *a.* *Pag.* 67. *b.* μέμνηται Θεόφραστος. μνημονεύει Θεοφ. ms. *a.* *Ibid.* ἐν Γέλᾳ φακῇ. Sic h. l. ms. *a.* *Pag.* 67. *e.* τὰ ἐν κοιλίᾳ, τὰ δ' ἐν ὄγκῳ. Iungit ista τὰ ἐν κοιλίᾳ τὰ ἐν ὄγκῳ ms. *a.* nulla interposita distinctione. *Ibid.* τὸ Δεκελικὸν. τὸ Δεκελεικὸν hoc loco (ubi etiam ferri poterat) habet ms. *a.* mox vero dein recte idem Δεκελικοῦ. *Pag.* 67. *f.* Πολλοὶ μὲν ἀρτυμάτων μέδιμνοι. In cod. *a.* sic scribitur & distin-

guitur: Πολλὰ μὲν ἀρτύματα. μέδιμνοι πολλοὶ δὲ σάκκοι καὶ θύλακες βιβλίων. Vox θύλακες ut mendoſa notata.

Pag. 68. *e.* φύσιγγας, σικυὸν πέπονα, μήκωνα. Ms. *a.* ſic ſcribit & diſtinguit: φύσιγγες· σικυὸς· πέπων· μήκων.

Pag. 69. *b.* βρένθιν. βρένθην ms. *a.* *Ibid.* in *Amphidis vſ.* 2. εἰ φάγοι. εἰ φάγει videtur eſſe in ms. *a.* quod magis placet quam quod idem poſt ὁπότε *verſ. ſq.* λαμβάνει pro λαμβάνοι habet. *Pag.* 69. *c.* *verſ.* 4. μηδέν τι πλέον. Caret τι idem ms. *a.*

Pag. 70. *a.* (cap. 82. noſtr. edit.) KINAPA. Adpoſitum accentum malebam, κυνάρα, ut in ms. *a.* Dein Ταύτην, ut edidimus, non dubie habet idem ms. *a.* perinde ut ms. *b.* *Pag.* 70. *b.* Νησιώτου αὐτὸ ἀναγράφει. Sic edidimus ex codicum noſtrorum praeſcripto. Mox *ibid.* ſcribe cum eiſdem δασέα ὕλησιν, pro ὕλησι. *Pag.* 70. *d.* (pag. 272. ed. noſtr.) ἀφίησι δ' εὐθὺς πρὸς τῆς ῥίζης. πρὸ τῆς ῥιζ. ms. *a.* ἀπὸ eſt apud Theophraſt. *Pag.* 70. *e.* περικάρπιον. Perperam περικάρδιον ms. *a.* *Pag.* 70. *f.* in *Epicharmi* verbis: τραχέες τε κάκτοι. Τοῖς ἄλλοις &c. Poſt κάκτοι *nudum comma* ponit ms. *a.* quaſi ſequentia cum ſuperioribus cohaereant. Idem dein, pro εἰς τὸ πῖον, abſque accentu εἰς το πιον ſcribit fere velut unam vocem, ſed eam duobis ſuperne punctis ut ſuſpectam notatam.

Pag. 71. *a.* Φιλητᾶς. Φιλήτας ms. *a.* *Pag.* 71. *d.* φοίνιξ. Recte φοῖνιξ idem ms. *Ibid.* ὅταν ἐξαιρεθείη. ἐξαιρεθῇ videtur eſſe in ms. *a.* recte. Apud Xenophontem ἐξαιρεθείη bene ſtat cum ἔθεν.

Ad cap. LXXXVI. *noſtrae edit. p.* 276. οὗ λαβὼν. Compendioſa nota, qua h. l. uſus eſt noſter calligraphus, non dubie λαβὼν ſignificat. Quod vero in Animadv. p. 477. dixi, *nec verbum nec literam vel unam in illis* MENANDRI *verſiculis a me mutatum eſſe*, video id imprudenti mihi excidiſſe: nec enim tunc recordabar, verſiculum quintum (p. 277. lin. 2.) ſic e msto enotatum fuiſſe, (quemadmodum & nunc in ipſo codice ſcriptum reperi) πατὴρ καὶ παραίνεσις: ubi mea de coniectura articulum ὁ adieci, & παραίνεσις in παραινέσεις mutavi; quae utrum emendatio ſit, an depravatio, iudicent doctiores ac praeſertim metricae artis peritiores. Quidquid ſit, ſcripturam codicis ſub contextu certe debueram adponere.

21456
LGr
A866S
Athenaeus Naucratita
Deipnosophistarum libri XV; with Latin
version of Casaubon; ed. by Schweighäuser.
[Vol.6.]

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED